NL-HtSA Archiefnummer 0014 Schepenbank van ’s-Hertogenbosch, 1366-1811 inventarisnummer 1272 (gedeeltelijk)

R1272, van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504

Dit schepenprotocol is geschreven door de stadssecretarissen Hendrik Pelgrom, Nicolaas Kuyst, Petrus van Os senior en Simon van der Coudenborch. In dit bestand staan de transcripties van de akten op fol. 221r tot en met 437r, geschreven door Petrus van Os senior. Deze akten zijn door hem opgetekend van 5 oktober 1503 tot en met 30 september 1504.

De transcripties zijn tot stand gekomen binnen het project ‘Ontsluiting van de schepenregisters van ’s-Hertogenbosch 1500-1811’, onder leiding van dr. Geertrui Van Synghel, senior-onderzoeker van het Huygens Instituut te Amsterdam (KNAW). Hierbij is automatische handschriftherkenning van het platform Transkribus ingezet.

Ten behoeve van de automatische transcripties is op basis van 25 folia een model gemaakt van de schrijfhand van stadssecretaris Van Os senior. Dit model is vervaardigd door Monika Buck en Geertrui Van Synghel. Het heeft een foutscore van 4,11 %. De door Transkribus automatisch gegenereerde transcripties van de akten zijn daarna gecorrigeerd en van metadata (protocol en folionummer, datum en naam van de schepenen) voorzien door Theo Ebben (2022).

R1272, fol. 221r-221v
5 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum Henricus dictus die Wijze, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta et ordinata legasset liberis quondam Christine, sue matertare, hereditariam pactionem duodecim lopinorum siliginis, quam ipse solvendam habuit ad quendam Johannem dictum van den Leempoel in Helvoert, item adhuc hereditarium censum quinque librarum pagamenti, quem sibi solvere tenetur quedam Christina Veelen, commorans inter sportifices infra opidum de Buscoducis, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Petrus, filius quondam Johannis Peterszoen, ab eodem quondam Johanne et quondam Elisabeth, sua uxore, filia quondam Petri Henricxs. et dicte quondam Christine, pariter genitus, terciam partem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes in pactione et censu predictis, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis dicti die Wijze, simul cum dicto instrumento et cum quibuscumque aliis instrumentis et litteris mentionem inde facientibus, et cum toto iure sibi in dictis instrumentis et litteris atque contentis in eisdem quovismodo competente, et effestucando resignavit modo in talibus consueto, promittens super omnia et habenda huiusmodi supportacionem et resignationem ratam servare, obligationem et impeticionem ex parte sui, dictarum Elisabeth, sue matris, ac Christine, sue avie, necnon dicti quondam Henrici die Wyze ac suorum heredum deponere. Testes Busco et Kuyst, datum quinta octobris.

R1272, fol. 221v
5 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Andreas, filius quondam Johannis Roeverszoen, promisit super omnia et habenda Leoni dicto Leeuw van Ratingen duodecim et dimidium peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim ad Carnisprivium proxime futura *(aldus)* persolvendos.
Testes Busco et Kuyst, datum quinta octobris.

R1272, fol. 221v
5 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Ghijsselen

Udo, filius quondam Johannis Wychens, unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Os, in quodam campo dicto Robbijns Camp, inter hereditatem Mathei, filii Michaelis Zeynssen, ex uno et inter hereditatem Boudewini dicti Rycoutszoen ex alio, tendens ab hereditate Willelmi dicti die Loyer ad hereditatem Johannis Dircxsoen de Os, ut dicebat, hereditarie vendidit Bele, relicte quondam Johannis dicti Robben de Os, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum iuger terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Boert et Ghysselen, datum supra.

R1272, fol. 221v
5 oktober 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Anthonius, filius quondam Johannis dicti de Eesscheren, promisit super omnia et habenda domino Johanni Ghysselen, presbitero, ad opus domicelle Katherine, sue matris, triginta novem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Erpe, datum supra.

R1272, fol. 221v-222r
5 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Heymericus, filius quondam Theoderici dicti Judas, promisisset ut debitor principalis Johanni dicto Spiker, filio quondam Theoderici dicti Spicker, emptori bladorum, quod ipse daret et solveret eidem Johanni hereditarium censum quinque librarum monete anno quolibet hereditarie Pasche ex omnibus suis bonis ab eo eotunc habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Heymericus et cum eo Adrianus et Johannes, fratres, eius liberi, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Johanni Spiker promiserunt quod ipsi Hadewigem, matrem dicti Heymerici relictamque dicti quondam Theoderici Judas, que adhuc usufructuario iure possidet omnia bona per eundem quondam Theodericum relicta, sic et talem habebit quod ipsa Hadewigis infra quatuor annos proxime futuros usufructum sibi in eisdem bonis competentem eidem Heymerico coram scabinis opidi de Buscoducis supportabit et, illo facto, iidem Heymericus, Adrianus et Johannes omnibus melioribus modo et forma quibus fieri poterit, certa bona et contrapignora pro solutione dicti census sufficientia et

satissecura et ab ista parte Mose infra villicationem dicti opidi situata de bonis pretactis prefato Johanni coram dictis scabinis assignabunt, obligabunt et impignorabunt necnon assignare, obligare et impignorare tenebuntur ac tenebitur eorum alter sic quod eidem Johanni id quoad solutionem census pretacti ratum erit et firmum perpetue permaneat secundum stilum camere opidi predicti, et in casu quo dicta Hadewigis interim obieret, quod extunc dicti Heymericus, Adrianus et Johannes adstatim post mortem eiusdem Hadewigis ididem modo et forma quibus iam supra adimplere tenebuntur ac adimplere tenebitur eorum alter absque contradictione, dolo et fraude.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 222r-222v
6 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quo cum Bertha, filia quondam Henrici dicti van der Doert alias Kemerlinck, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quatuor bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum dAstart, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Johannis dicti Geritss., ex uno, et inter hereditatem Leonii de Ponsendael ex alio; insuper hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, hereditarie supportasset michi, Petro de Os, ad opus Elisabeth, relicte quondam Gerardi van den Broeck, prout in litteris, et cum deinde dicta Elisabeth, relicta quondam Gerardi van den Broeck Goyartss., filia naturalis quondam domini Nycolai Spierincx, canonici dum vixit Sancte Ode Rodensis, condentis suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarantis, inter cetera inibi contenta dictos duos modios siliginis dicte mensure legasset Johanne, sue nepoti, et Marie Voss, sorori dicte Elisabeth, ad vitam earundem ambarum ac diucius ex ipsis viventis in humanis habendum et utendum, et post earundem ambarum mortem devolvendum ac succedendum ad dominos Arnoldum Voss et Godefridum Voss, liberos sororis dicte Elisabeth, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Petrus, filius quondam Godefridi Bogarts, tamquam maritus legitimus dicte Johanne, sue uxoris, filie quondam Johannis de Kryekenbeeck, et ipsa Johanna cum eodem Petro, suo marito, tamquam cum suo tutore, totum ius vitalis possessionis et perceptionis ad dictam Johannam spectans in dictis duobus modiis siliginis hereditariarum pactionum ac eidem Johanne in dicto testamento legatum, hereditarie supportaverunt fratri Arnoldo Voss, confessori pro tempore conventus sororum regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Wyntmoelenberch, atque fratri Godefrido Voss, cellerario pro tempore conventus Beate Marie Virginis, siti supra Donckam prope opidum de Huesden, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis litteris et iuribus occasione, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, recognoscentes insuper iidem Petrus et Johanna, eius uxor legitima, cum eodem Petro, suo marito, tamquam cum suo tutore predicto, se recepisse a fratribus Arnoldo et Godefrido predictis sommam vero triginta unius florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers monete pronunc valuate pro quolibet computando, ex causa supportationis pretacte et hoc secundum arbitramentum per certos ad hoc electos arbitros desuper pronunciatum. Recognoverunt adhuc iidem Petrus et Johanna, eius uxor, cum eodem Petro, suo marito, tamquam cum suo tutore predicto, quatenus dicti fratres Arnoldus et Godefridus ipsis benivole porrexerunt et deliberarunt duas litteras scabinales de Buscoducis, mentionantes de aliis duobus modiis siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis,

quos duos modios siliginis supradicta Elisabeth van den Broeck in supradicto suo testamento legaverat adhuc supradicte Johanne van Kryekenbeeck et quos ipsa Elisabeth solvendos habuit annuatim ex certis contrapigneribus in parochia de Erpe situatis, ab eadem Johanna inquantum dictam Mariam Voss supervixerit, hereditarie habendum et possidendum, clamantes igitur dicti Petrus et Johanna dictos fratres Arnoldum et Godefridum et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Busco et Kuyst, datum VI[ta] octobris.

R1272, fol. 222v
7 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Henricus, filius quondam Johannis Meeus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Godefridi dicti van den Bogart, unum modium bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirschot anno quolibet hereditarie et perpetue Purificationis dandum, solvendum et levandum ex quodam prato, dicto die Vloet, unius bonarii, sito inter hereditatem Godefridi van den Spiker et iuxta hereditatem Willelmi Geritszoen ex uno et cum alio latere iuxta hereditatem Thome Goesswyns., in pastoria van den Hout, parochie de Oirschot, quem unum modium siliginis predictum Everardus de Helmont dudum prefato Johanni, filio quondam Godefridi van den Bogart, hereditarie vendiderat, ut videtur in litteris de Oirscot contineri, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Arnoldi Geritss., pistori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, filii quondam Godefridi van den Bogart, ac suorum heredum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum VII[a] octobris.

R1272, fol. 222v-223r
7 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Christina, relicta quondam Franconis, filii quondam Johannis Janss. van Langstraten, naute, cum tutore, adimplendum piam intentionem et desiderium dicti quondam Franconis, sui dum vixit mariti, ut dicebat, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi adiacentibus, pariter quinque lopinatas et sex iugera terre vel circiter continentibus, sitis partim in parochia de Berlijkem et partim in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Loeffoirt, quodam aqueductu, dicto weteringe, interiacente, inter hereditatem Rodolphi die Bever ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Gibonis de Lenxvelt ex alio, tendentibus cum utroque fine ad communes plateas, de quibus plateis una in parochia de Roesmalen et alia in parochia de Berlijkem site sunt, quam pactionem predictam dictus Franco, filius quondam Johannis Janss. van Langstraten, nauta, erga Willelmum, Henricum et Johannem, fratres, liberos quondam Johannis dicti de Gelre, et Johannem, filium quondam Robberti, filii quondam Johannis de Gelre predicti, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus conventus Beate Marie Virginis, siti prope opidum de Huesden, supra Donckam ibidem, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Franconis, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum deponere, tali annexa conditione quod dicta Christina quamdiu in

humanis vivet dictam pactionem annuatim percipiet et levabit, supportatione pretacta non obstante.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 223r
10 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Willelmus, filius quondam Johannis Dircxs. van den Broeck, calcifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Christine, sue uxoris, filie quondam Henrici Stoock, ab eodem quondam Henrico et quondam Heilwige, sua uxore, pariter genite, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum et dictam sua *(aldus)* uxorem, ut dicebat, spectantes in domo, area et orto ac domo posteriori, olim dictorum quondam Henrici et Heilwigis, sitis in Buscoducis, in vico Tinctorum, inter hereditatem Goeswini Goebels ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii quondam Arnoldi Muykens, ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Johannis de Os et quorundam aliorum; item in tribus maldris siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, que tria maldra siliginis dudum Henricus Stoock et Heilwigis, eius uxor, annuatim solvenda habebant ex certis contrapigneribus, in parochia de Rode Sancte Ode situatis; insuper quecumque alia bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que dicte sue uxori per et post mortem dictorum quondam Henrici et Heilwigis iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Willelmo Mughoevel, filio quondam Willelmi, tamquam marito et tutori legitimo Willelme, sue uxoris, filie eorundem Henrici Stoock et quondam Heilwigis, simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Christine, sue uxoris, deponere, salva tamen et primodicto Willelmo, filio quondam Johannis Dircxs., reservata sua vitali pensione duorum Renensium *(aldus)*, quam dictus Willelmus Mughoevel eidem Willelmo, filio quondam Johannis Dircxs., hodierna die ex domo, area, orto ac domo posteriori predictis iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Boert et Monix, datum X^{a} octobris.

R1272, fol. 223r-223v
10 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus Mughoevel promisit ut debitor principalis dicto Willelmo, filio quondam Johannis Dircxs., quod ipse dabit et solvet eidem Willelmo annuam et vitalem pensionem duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicti Willelmi Jan Dircxs. et non ultra, mediatim Passche et mediatim Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro de et ex domo, area, orto ac domo posteriori predictis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu quinque librarum monete et hereditario censu quatuor aureorum florenorum Renensium, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum X^{a} octobris.

R1272, fol. 223v
10 oktober 1503

Willem van den Bosch en Jan van Boert

Hermannus, filius quondam Huberti de Zochel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Leonii van den Broeck, ab eodem quondam Leonio et quondam Bela, filia quondam Benedicti dicti Bits van Brede, pariter genite, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, sibi et dicte sue uxori per et post mortem quondam Johannis de Brede, avunculi dum vixerat dicte Henrice, iure successionis et alias advoluta, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Waltgeri die Harde, simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 223v
8 oktober 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Ricardus dictus Ryck Vrancken nomine sui ac Elisabeth, sue uxoris legitime, causa sui ac dicte sue uxoris testamenti ac ultime voluntatis statuisset, condidisset, ordinasset, voluisset et mandasset, videlicet quod omnia sua domus utensilia et bona parata, vulgariter dicens allen hoeren huysraet, gerede ende haeflike gueden, quocumque locorum consistentia ac reperienda, illa videlicet in quibus dictus Ricardus et Elisabeth, eius uxor legitima, decederent et que post se relinquerent, statim post mortem eorundem Ricardi et Elisabeth, sue uxoris, amborum et non prius, iure pleno et hereditario succedere deberent ad Johannem, filium quondam Nycolai die Wolff, aut ad suos proximiores heredes, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth cum suo tutore in absentia dicti Rycardi, sui mariti, de eiusdem tamen, ut asseruit, consensu, omnibus melioribus modo via iure, causa et forma, quibus melius, firmius et efficacius facere scivit et potuit premissis omnibus et singulis per dictum Rycardum, ut premittitur, factis, suum prebuit consensum pariter et assensum, ymmo ad horum eius propriam et meram voluntatem adhibuit quod supradicta sua domus utensilia et bona modo premisso ad dictum Johannem iure hereditario succedant absque alicuius seu aliquorum contradictione, premissaque omnia et singula dicta Elisabeth, cum suo tutore predicto, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda rata, grata atque firma perpetue observare et eisdem non contravenire in toto seu in aliqua parte per se, alium seu alios quovismodo.
Testes Erpe et Roever, datum VIII[a] octobris.

R1272, fol. 224r
11 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Ghysbertus,[1] filius quondam Jordani Arntszoen, hereditarie vendidit domino Reynero Templeer Arntssoen, presbitero, ad opus Elisabeth, relicte quondam Henrici, filii Gerardi

[1] *in de linkermarge* d.*d. 19 maart 1540*: “Quia litera Ghijsberti executorialis non poterat inveniri, ideo dictus Petrus de Zoemeren, tamquam rector altaris in ecclesia Sancti Johannis, literam scabinalem pro domino Reynero dudum expeditam *(….?)* dicte Elisabeth apportavit et sic exinde secundaria litera scabinalis executorialis pro dicto Gijsberto et eius successoribus est expedita. XIX[a] marcii, sabbato post Reminiscere, anno XL[o].

dicti Avensoens, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro, de et ex domo et area dicti venditoris, sita in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Hoigen Steenwech, supra conum cuiusdam viculi, dat Neystraetken nuncupati, inter eundem viculum ex uno, et inter hereditatem Henrici Bonarts alias dicti de Orthen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrici dicti Robben, institoris, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque tredecim libris hereditarii census monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue, videlicet quemlibet dictorum florenorum cum et mediante decem et octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Reynerus nomine et ex parte dicte Elisabeth hoc palam recognovit et consentiit. Testes Kuyst et Boert, datum XI^{a} octobris.

R1272, fol. 224r
12 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Johannis de Lent, promisit super omnia et habenda michi ad opus sororum regularissarum conventus de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Wijntmoelenberch, novem et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos. Testes Kuyst et Boert, datum XII^{a} octobris.

R1272, fol. 224r-225r
12 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Adrianus,[2] Michael et Daniel, fratres, liberi quondam Anthonii dicti Crabbe, pro seipsis et pro Andrea, prole impubere quondam Johannis, filii dicti quondam Anthonii Crabbe, necnon

---

Alsmede in de boven- en de linkermarge, d.d. 8 februari 1597: Ista litera census octo florenorum ad instantiam domini et magistri Petri Ruijter, presbiteri et canonici, tamquam executoris testamenti domini Arnoldi Artss. van den Dungen, presbiteri, pastoris olim ecclesie de Orthen, secundario ingrossata de consensu et vigore apostille dominorum scabinorum, ideo quod literam primario extenso, sub dicto executore in notario, incendio domus sue perierat, id quod dictus magister Petrus medio iuramento modo sacerdotali ad monitionem pretoris affirmavit, dictumque censum esse in laudabili possessione et non redemptum, promisitque alius prout in forma et Johannes de Ardone *(?)* et magister Arnoldus Houbraken confirmaverunt iuramentum dicti magistri Petri. Actum VIII^{a} februarii anno XV^{C} XCVII.

[2] *in de ondermarge fol. 224v, d.d. 5 september 1504*: Dictus Johannes, filius quondam Henrici Marcks, maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Anthonii Crabbe, omnem quintam partem totamque partem ad ipsum spectantes, premissos ut

Petrus, filius quondam Everardi dicti Molyman, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, Gerardus, filius quondam Godefridi die Molnere, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Adriane, sue uxoris, Petrus, filius Johannis de Boekel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, et Johannes, filius quondam Henrici dicti Marcx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filiarum dicti quondam Anthonii Crabbe, palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam mutuo fecisse de bonis infrascriptis, ipsis de morte suorum parentum advolutis, mediante qua divisione horreum quoddam cum suo fundo ac pecia terre mericalis, unacum tribus strepis terre arabilis et pecia pascue sibi mutuo coadiacentibus, sitis in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Petri Arntszoen ex alio, tendentibus ab hereditate Margarete, relicte quondam Judoci die Necker, et eius liberorum ad domum, aream et ortum infrascriptos, olim dicti quondam Anthonii Crabbe, quadam stega interiacente, simul cum medietate eiusdem stege; item adhuc pecia terre, unam lopinatam terre vel circiter continente, sita in parochia et tribunali predictis, in loco dicto In de Vorste Berghe, inter hereditatem dicti Adriani, filii Anthonii Crabbe, ex uno, et inter hereditatem Gerardi die Necker ex alio, tendens a communi platea ad hereditatem conventus fratrum Carthusiensium, siti in parochia de Vucht, simul cum onere exinde solvendi censum fundi atque hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis Henrico de Doerne, zoutcoeper, sex libras hereditarii census monete cuidam Henrico Bauwens, adhuc sex libras hereditarii census eiusdem monete dudum Petro Martens, et unam libram hereditarii census eiusdem monete Johanni Papen, annuatim exinde e iure solvendos, necnon cum onere viarum per premissa e iure transeuncium, ut dicebat, supradictis Adriano, Michaeli et Danieli, fratribus, necnon dicto Andree, proli impuberi, cesserunt in partem, prout alii hoc palam recognoverunt, super quibus alii atque iure ad opus eorundem Adriani, Michaelis, Danielis et Andree hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum deponere, et mediante qua divisione domus, area et ortus ac hereditas sibi adiacens, pariter tres lopinatas terre vel circiter continente, siti in parochia et loco predictis, ad locum dictum tSavendonck, inter hereditatem dicti Gerardi die Necker, quadam alia stega interiacente, ex uno, et inter primodictam stegam ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem dicti conventus, simul cum reliqua medietate eiusdem primodicte stege; item adhuc duo agri terre, quorum unus den Crommen Acker et alter den Ronden Acker sunt nuncupati, sibi mutuo coadiacentes, siti ibidem inter hereditatem dicti conventus ex uno, et inter hereditatem Johannis Hoernkens ex alio et uno fine, tendentes cum fine reliquo ad hereditatem eiusdem conventus; insuper pecia pascue, dicta dat Bemerken, sita ibidem inter hereditatem Gerardi die Necker predicti ex uno, et inter iamdictos agros ex alio, tendens ad hereditatem dicti conventus cum fine utroque, simul cum onere exinde solvendi censum fundi, unum maldrum siliginis hereditarie pactionis atque tres libras hereditarii census monete predicte dicto conventum fratrum Carthusiensium, et unum maldrum siliginis hereditarie pactionis Mense Sancti Spiritus in Lyemde, septem lopinos ordei liberis quondam Beatricis Stevens, quatuor libras hereditarii census eiusdem monete Hospitali Hominum Insensatorum, sito in Buscoducis, in vico Hynthamensi, necnon tres libras hereditarii census Johanni Papen predicto, annuatim exinde e iure solvendos, atque cum oneribus viarum per premissa e iure transeuntium, ut dicebat, supradictis Petro, Gerardo,

---

supra in littera divisione, Petro, Gerardo, Petro ac dicto Johanni partibus cessis, hereditarie supportavit dicto Petro Molyman, marito Luytgardis, sue uxoris, filie dicti quondam Anthonii Crabbe, cum dictis litteris ac iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Margarete, sue uxoris, deponere. Testes Erp et Brugmans, datum quinta septembris.

Petro et Johanni, tamquam maritis et tutoribus dictarum suarum uxorum, cesserunt in partem, prout alii hoc palam recognoverunt, super quibus alii pro se et dicto Andrea impuberi, atque iure ad opus eorundem Petri, Gerardi, Petri et Johannis hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Andree, impuberis, deponere, talibus conditionibus annexis quod quivis dictorum condividentium onera in sua portione, ut premittitur, narrata, dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod unii ab alio dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, et si alicui eorundem condividentium de premissis eis in partem, ut premittitur, cessum aliquid imposterum via iuris evincentur aut si ex premissis inventum fuerit iuridice plus fore solvendum futuris temporibus quam pronunc ex premissis de iure sit solvendum, hoc plus et huiusmodi dampna dicti condividentes equaliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet dicti Adrianus, Michael et Daniel, fratres, et Andreas, impuber, pro una medietate, necnon dicti Petrus, Gerardus, Petrus et Johannes pro reliqua medietate, atque quod iidem condividentes sibi mutuo viam prestabunt ad brevius spacium et minus dampnum, prout iidem Adrianus, Michael et Daniel, fratres, pro seipsis et pro dicto Andrea, necnon Petrus, Gerardus, Petrus et Johannes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Kuyst et Boert, datum XII[a] octobris.

R1272, fol. 225r
13 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Arnoldus dictus van den Merenvenne, filius quondam Johannis, hereditarium censum sex librarum monete, quem censum Goeswinus, filius quondam Gerardi dicti die Rademeker, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Arnoldo van den Merenvenne anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex quodam prato, sito in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem Gerardi dicti die Rademeker, filii quondam Gerardi, ex uno, et inter hereditatem Thome et Henrici dicti Weygerganck, fratrum, ex alio, tendente ab hereditate Johannis Weygerganck, filii quondam Willelmi, ad hereditatem Godefridi dicti van den Hout Joerdenssoen, pridem ad censum dato dicto Goeswino ab Arnoldo predicto pro censu predicto, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Henrico Pelgrom, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Kuyst et Monix, datum XIII[a] octobris.

R1272, fol. 225r-225v
13 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Zegerus die Ruyter, filius quondam Pauli die Ruyter, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto, sitis in parochia de Littoyen, inter hereditatem Henrici Heym ex uno, et inter hereditatem Laurencii Boden ex alio; item ex octo hont terre vel circiter, sitis ibidem, in loco dicto Opten Enghe, inter hereditatem Reyneri Goyartss. ex uno et inter communitatem ex alio; item ex medietate cuiusdam insule, dicte uuyterwerdt, pariter septem iugera terre vel circiter continente, site in dicta parochia, inter hereditatem Udonis de Bruheze ex uno, et inter hereditatem Tyelmanni de Zonne ex alio; item ex septem virgatis terre, sitis inter hereditatem conventus Sancte Geertrudis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem domini Johannis Massereels, militis, ex

alio, quam pactionem predictam dictus Zegerus erga Jacobum, Gerardum, Paulum et Cornelium, fratres, et Dympnam, eorum sororem, liberos quondam Jacobi, filii quondam Jacobi Berwout, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Godefridi Roevers, cirothecario, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Monix, datum XIII[a] octobris.

R1272, fol. 225v
13 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Zegerus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo adhuc promisit in casu quo imposterum dicta pactio per aliquem seu aliquos redimeretur et acquitaretur, et hoc meliori precio pro dicta pactione duorum modiorum siliginis danda et solvenda quam cum septuaginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, in hiis videlicet dando denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis, et alios denarios nae advenande, quod extunc idem Zegerus prefato Gerardo de illo meliori precio realiter refundet et refundere tenebitur unacum expensis litteris per dictum Gerardum desuper factis et expositis, si que fuerint, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 225v
13 oktober 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Petrus, filius Godefridi Bogarts, dedit Godefrido Byerkens Goyartss. ad opus sui et ad opus Danielis de Vlyerden Danelss. potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Ghysselen, Monix, datum supra.

R1272, fol. 225v
14 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Arnoldus, filius Nycolai dicti Arntszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Sanderi dicti Gheenen, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Theoderici van den Hoighen, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris de et ex quinque hont terre vel circiter, dicti venditoris, sitis in parochia de Os, in loco dicto In de Hoelbeemden, inter hereditatem Nycolai, filii Hermanni Coenen Philipszoen, ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Delis senioris ex alio, tendentibus a quodam fossato, dicto den Leygrave, ad quendam aggerem, dictum den Beempschendijck; item adhuc ex dimidio iugere terre vel circiter eiusdem venditoris, sito in parochia de Lyttoyen, in loco dicto Int Rosmaet, inter hereditatem fabrice ecclesie de Geffen ex uno, et inter unum iuger terre ad quemdam (*aldus*) mansum, situm in parochia de Geffen, ad quandam stegulam, dictam Trabbarts Steegsken, spectans, ex alio, tendente ab aqueductu ducis, dicto sHertogenweteringhe, ad quendam aggerem, dictum den Cruyssenbeempschendyck, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Monix, datum XIIII[ta] octobris.

R1272, fol. 225v-226r
14 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata et pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 226r
deze akte is onvolledig

Henricus de Lynther, filius quondam Johannis dicti de Lynther, hereditarie vendidit Gerongio de Busco, Woltero Bolcx et Johanni die Wolff Claeszoen, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Godefridi Cuypers Goyartss., ad opus Henrici dicti quondam Godefridi Cuypers, ab eodem quondam Godefrido et Sophia, sua ultima uxore, filia quondam Gerlaci de Nuwelant, pariter geniti.

R1272, fol. 226r
16 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Henricus dictus de Lynther, filius quondam Johannis dicti de Lynther, hereditarie vendidit Gerongio de Busco, Woltero de Bolcx et Johanni die Wolff Claeszoen, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Godefridi Cuypers Goyairtssoen, ad opus Sophie, relicte dicti quondam Godefridi, quoad eius usufructum, necnon ad opus Henrici, filii eorundem Sophie et quondam Godefridi Cuypers, quoad ius hereditarium, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet huiusmodi florenorum computando, solvendum anno quolibet hereditarie Remigii confessoris de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in domo, area, orto ac sex cameris sibi mutuo retro adiacentibus, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, supra conum vici, dicti die Postelstraet, inter eundem viculum, die Postelstraet vocatum, ex uno, et inter hereditatem Henrici de Uden, pellificis, ex alio, tendentibus a dicto vico Vuchtensi retrorsum usque ad quendam parvum viculum ibidem retro protensum, ut dicebat, ab eisdem Sophia et Henrico iuxta tenorem testamenti pretacti habendum et possidendum, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque decem et octo libris hereditarii census monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali *(aldus)* annexis conditionibus in casu quo dictus census imposterum redimeretur, quod tunc denarii ex huiusmodi redemptione provenientes iterum debeant converti ad opus ut supra in consimilem censum, atque quod primodictus census ac census in casu predicto emendus, casu quo dictus Henricus absque prole seu prolibus legitima seu legitimis decederet post mortem dictorum Sophie et Henrici amborum et non prius, succedet et iure hereditario devolvetur ad proximiores heredes eiusdem Henrici ex parte sui patris predicti, absque dolo.
Testes Busco et Kuyst, datum XVI^{ta} octobris.

R1272, fol. 226r
16 oktober 1503

Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti executores nomine et ex parte dictorum Sophie et Henrici, eius filii, hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium primodicto Henrico repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 226r-226v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Arnoldus, filius quondam Petri dicti van der Weteringen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Schymans, promisit ut debitor principalis Henrico, filio quondam Henrici Schymans predicti, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis mensure de Buscoducis ac hereditarium censum unius libre et quarte partis unius libre monete anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis tradet de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continente, dicti promittentis, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen dWybosch, inter hereditatem heredum quondam Johannis van der Heugen ex uno, et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem liberorum quondam Jacobi van den Hoevel, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque decem et septem libris hereditarii census communis pagamenti, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

R1272, fol. 226v
18 oktober 1503
Lucas van Erp en Jan Ghijsselen

Gerardus, filius filius *(aldus)* quondam Hermanni dicti Ghybens., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Henrici Schymans, promisit ut debitor principalis dicto Henrico, filio dicti quondam Henrici Schymans, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis mensure de Buscoducis atque hereditarium censum unius libre et quarte partis unius libre monete anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis tradet de et ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, dicta communiter dat Abelteren, sita in parochia de Scijnle, ad locum dictum aen dWybosch, inter hereditatem liberorum Nycolai Librechs ex uno, et inter hereditatem Jordani de Boert ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Gerardi van den Bogart ad communem viam ibidem; item adhuc ex quadam alia pecia terre arabilis, etiam quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem promittentis, dicta communiter dat Houbraken, sita ibidem inter hereditatem Aelberti van der Hagen ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Houthem ex alio, tendente ab hereditate dictorum liberorum Nycolai Librechs ad communem viam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione unius maldri siliginis, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Erpe et Ghysselen, datum XVIII[a] octobris.

R1272, fol. 226v-227r
18 oktober 1503
Lucas van Erp en Jan Ghijsselen

Lucas, filius Johannis Mathijszoen van der Heyden, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Henrici Schymans, promisit ut debitor principalis Henrico, filio dicti quondam Henrici Schymans, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis mensure de Buscoducis atque hereditarium censum unius libre et quarte partis unius libre monete anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis tradet de et ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicta die Weduwe, dicti promittentis, sita in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen dWybosch, inter hereditatem Willelmi de Zochel ex uno, et inter hereditatem Johannis Schymans ex alio, tendente ab hereditate Hadewigis, relicte quondam Johannis van der Cuylen, et eius liberorum ad hereditatem liberorum quondam Johannis Voets; item adhuc ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicta communiter den Kercacker, eiusdem promittentis, sita in parochia et loco iamdictis, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Willelmi van der Spanck ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Henrici van der Cuylen ex alio, tendente a communi via ad hereditatem dicti Johannis Mathijszoen van der Heyden; item adhuc ex dimidio bonario prati vel circiter, sito in parochia et loco predictis, in pratis dictis In de Haerde Beemden, inter hereditatem Rodolphi de Ghent ex uno, et inter hereditatem Nycolai Reynerszoen ex alio, tendente ab hereditate Rycardi Ghyben ad hereditatem heredum quondam Gerardi van den Bogart, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 227r
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Henricus dedit Johanni van den Hoevel Henricxs. potestatem monendi iamdictos pactiones et censum ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, dumtaxat de tribus primis terminis seu annis proxime futuris et non ultra, absque aliqua revocatione.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 227r
18 oktober 1503
Lucas van Erp en Jan Ghijsselen

Henricus, filius quondam Henrici Schymans, peciam terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen dWybosch, in de Hulsebraeck, inter hereditatem heredum quondam Godefridi de Gael ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex alio, que quidem pecia terre predicta dicto Henrico mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita, unacum uno bonario prati in partem cesserat, ut videtur in litteris divisionum de Scijnle contineri, hereditarie supportavit Gerardo, filio Johannis van der Haigen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Henrici Schymans ac suorum heredum et successorum deponere, excepta hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis quam Johannes van den Hoevel Henricxs. ex dicta pecia terre et certis aliis hereditatibus annuatim solvenda

habet, ut dicebat, et quam pactionem iamdictam dictus Gerardus elapso festo Purificationis proxime futuro eotunc deinceps perpetue de et ex dicta pecia terre annuatim dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Henrico ac Luce, filio Johannis Mathijszoen, eius sororio, ac reliquis heredibus dicti quondam Henrici Schymans ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout idem Gerardus hoc palam recognovit et ut debitor principalis super se et bona sua omnia ab eo ad presens habita ac imposterum ab eo habenda et acquirenda dictis Henrico et Luce, eius sororio, ad opus eorum et ad opus aliorum heredum predictorum repromisit.
Testes Erpe et Ghysselen, datum supra.

R1272, fol. 227v
14 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum[3] sit universis quod cum Ghiselbertus van der Heyden, filius quondam Theoderici Gysbertszoen van der Heyden, faber, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Heilwigi, filie quondam Hermanni de Amersoyen, relicte quondam Godefridi Scilders, hereditarium censum sex librarum monete anno quolibet hereditarie Nativatis Domini de et ex domo, area et hereditate, olim Nycolai Wall, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditatem Gerardi Wall ex uno, et inter hereditatem Jordani Loekemans et eius liberorum ex alio, pridem datis ad hereditarium censum dicto Ghiselberto ab Heilwige predicta pro dicto censu et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, et cum deinde Johannes Scilder, filius dictorum quondam Godefridi Scilder et Heilwigis, sue uxoris, condens suum testamentum inter cetera inibi contenta de predicto censu sex librarum legasset Venerabili Sacramento in conventu Predicatorum in Buscoducis tres libras hereditarii census pro memoria sua ac progenitorum suorum perpetue habendas, et reliquas tres libras hereditarii census reliquisset et donasset eidem conventui Predicatorum annuatim et hereditarie habendas et levandas pro denominatione dicti testatoris et suorum parentum singulis diebus dominicis in ambone seu oratione dominicali**,** ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Willelmus de Lytt, prior, necnon Symon de Oisterhout ac Henricus de Berlijkem, conventuales de senioribus dicti conventus Predicatorum, nomine eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventalium eiusdem, presentium et futurorum, potentes ad infrascripta, ut dicebant, dictas tres libras hereditarii census de dicto censu sex librarum prefato eorum conventui pro dicta denominatione dicti Johannis Scilder, testatoris, ut premittitur, legatas, hereditarie supportaverunt Johanni die Wolff, filio quondam Nycolai die Wolff, simul cum dictis litteris et instrumento ac iure occasione, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem, presencium et futurorum, necnon ex parte dictorum quondam Heilwigis Scilder et Johannis, eius filii, et suorum heredum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XIIII[ta] octobris.

R1272, fol. 227v
14 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

[3] *in de marge* A.

Notum[4] sit universis quod cum Ghiselbertus et fiat relatio ut iam immediate supra usque ibi constituti, et tunc sit: constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes die Wolf Janss., Everardus Hoze et Willelmus dictus Bull, tamquam decani pro tempore gilde seu confraternitatis dicti Venerabilis Sacramenti in dicto conventu Predicatorum, potentes ad infrascripta, ut dicebant, dictas tres libras hereditarii census de dicto censu sex librarum prefato Venerabili Sacramento, ut premittitur, legatas, hereditarie supportaverunt dicto Johanni die Wolf, filio quondam Nycolai, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittentes sub obligatione onnium bonorum dicte gilde seu confraternitatis, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte gilde seu ex parte dicti Venerabilis Sacramenti ac quorumcumque confratrum eiusdem gilde, presencium et futurorum, necnon ex parte dictorum Heilwigis et Johannis, eius filii, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 227v-228r
14 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Iamdicti Johannes, Everardus et Willelmus, tamquam decani ut iam supra, agrum terre cum sua lignicrescentia, situm in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Bruggen, inter hereditatem heredum quondam Henrici Beckers ex uno, et inter hereditatem Henrici Sanders ex alio et fine uno, quem agrum terre cum lignicrescentia predictum Arnoldus Reynerszoen ad opus sui et ad opus Lamberti die Wolf et Johannis de Ouden, tamquam decanorum dicte gilde seu confraternitatis, erga Johannem, filium quondam Johannis, filii quondam Andree Dircxzoen, pellificis, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit *(aldus)* Theoderico die Wolff ad opus dicti conventus fratrum Predictatorum, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte gulde seu confraternitatis, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte ex parte *(aldus)* eorum et dicte gulde deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 228r
14 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractibus A et B signatis, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti fratres Willelmus, prior, Symon et Henricus, conventuales de senioribus de conventus, nomine eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem, presentium et futurorum, super ultimodicto hereditario censu trium librarum communis pagamenti atque super toto iure eis ac dicto conventui quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus dicti Johannis die Wolff Claeszoen hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa quod ipsi nullo tempore futuro per se, alium seu alios nomine dicti conventus iuridice procedent nec ius aliquod prosequentur ad et supra easdem ultimodictas tres libras hereditarii census ex causa seu vigore aliquarum promissionum warandiam seu

[4] *in de marge* B.

alias, prefato conventui per decanos dicte gulde seu confraternitatem quovismodo factarum seu promissarum, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 228r
18 oktober 1503
Lucas van Erp en Jan Ghijsselen

Wolterus, filius quondam Theoderici van den Passche, hereditariam pactionem decem lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Gerardus, filius quondam Hermanni Scouwinck, promiserat se daturum et soluturum Johanni Bogart, filio quondam Johannis Bogart Balenzoen, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram ex pecia terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, inter hereditatem Godefridi de Derenther ex uno, et inter hereditatem Johannis Wouterszoen ex alio; item ex pecia terre, unam lopinatam terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem dicti Johannis Wouterszoen ex uno, et inter hereditatem Petri die Gorther ex alio, quam pactionem predictam Johannes et Willelmus, fratres, liberi quondam Henrici Wouters, ab eodem Henrico et quondam Yda Sanders, eius uxore, pariter geniti, Nycolaus, filius quondam Aelberti Claess., tamquam maritus et tutor legitimus Ode, sue uxoris, filie quondam Henrici Sanderssoen, Rutgerus et Egidius, fratres, liberi quondam Johannis Bogart van Hyntham, filii quondam Rutgeri, tam pro se quam pro suis coheredibus, necnon Johannes, filius quondam Theoderici Bolants, tam pro se quam pro suis coheredibus, dudum prefato Woltero hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit Yewano Kuyst ad opus Margarete, filie quondam Johannis, filii quondam Aelberti Valkens. de Maren, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Erpe et Ghysselen, datum XVIII[a] octobris.

R1272, fol. 228r-228v
18 oktober 1503
Lucas van Erp en Jan Ghijsselen

Nycolaus de Orthen, filius quondam Henrici de Orthen, relictus legitimus quondam Geertrudis, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda de et ex pecia prati ac agro terre sibi adiacentibus Wolteri dicti Stockelmans, filii quondam Theoderici dicti Stockelmans, sitis in parochia de Nuenen, ad locum dictum tLoebroeck, inter hereditatem Willelmi dicti Krekelsanck ex uno, et inter hereditatem Gibonis dicti Reynerssoen ex alio, atque ex domo, area et orto dicti Wolteri, dictis Culenhoveken, sitis in dicta parochia, inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi dicti Hermans ex uno, et inter locum, dictum die rijt van den Leemcuylen, ex alio, quam pactionem predictam Arnoldus dictus Stamelart, filius quondam Henrici, erga dictum Wolterum emendo acquisierat; insuper in hereditarie pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda de et ex pecia prati ac agro terre sibi adiacentibus predictis necnon ex dictis domo, area et orto, quam pactionem iamdictam dictus Arnoldus dictus Stamelairt erga dictum Wolterum emendo acquisierat, prout in diversis litteris, et quas pactiones unius et unius modiorum siliginis predictas dictus Arnoldus Stamelart in suo testamento ac eius ultima et extrema voluntate prefato Nycolao legaverat et reliquerat, ut dicebat, legitime supportavit Luce et Jacobo, fratribus, Christine et Eeffe, eorum sororibus, liberis dictorum Nycolai et quondam Geertrudis, ad opus eorum et ad opus

Willelme, eorum sorori, filie eorundem Nycolai et quondam Geertrudis, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Erpe et Ghysselen, datum XVIII[a] octobris.

R1272, fol. 228v
18 oktober 1503
Lucas van Erp en Jan Ghijsselen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Lucas et Jacobus, fratres, necnon Christina et Eeffa, eorum sorores, atque Johannes van den Hoevel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Willelme, sue uxoris, cum tutore, dictas pactiones unius et unius modiorum siliginis hereditarie supportavit *(aldus)* Ghysberto Toelinc, filio quondam Theoderici, ad opus sororum domus, dicte Ten Mariënacker, site in Rossem, territorii Gelrensis, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittentes cum tutoribus indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 228v-229r
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Katherijn, weduwe wilneer Corstiaens van den Meeracker, cum tutore, allen alsulkenen beesten ende quick als hair toebehoeren ende zij hebben mach op hair hoefken, gelegen tot Rode in den bosch op Cremselair, onder enen genoempt Mathijs, zoen wilneer Henricx van den Meeracker, die tselver hoefken nu ter tyt als laet oft wynne besit ende in zijnrer toelingen heeft, alse seeghden, heeft zij wittelic opgedragen denselven Mathyssen, tsamen metten alingen recht, hair dair toe ende in ennichsins toebehoerende, ende heeft dat helmelinge overgegeven in manieren in dien gewoentlic, gelovende die voirs. Katherijn met haeren mombaere voirs. op verbyntenisse van allen haeren gueden ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere, ende heeft voirts bekent die voirs. Katherijn als dat die voirs. Mathijs hair wael ende dueghdelic betaelt ende vernuegt heeft van alles des zij aen denselven Mathyssen tachter is tot desen dage toe, ende schaut dair af quijt denselven Mathyssen ende alle andere dair af quitancie behoevende.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 229r
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Mathias promisit super omnia et habenda dicte Katherine quinque florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Pentecostes proxime futuro, totidem florenos Renenses a Pentecostes proxime futuro ultra annum ac totidem florenos Renenses a Pentecostes proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 229r
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Arnoldus, filius Martini Gieliszoen de Bladel, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Johanni Hamer, filio naturali quondam Johannis Hamers, tinctori, ad spacium decem annorum Margarete virginis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, unum aureum florenum Renensem, iusti ponderis, XX^{ti} octo stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro eodem aureo floreno computando, Margarete viginis, et pro primo solutionis termino Margarete virginis proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 229r
deze akte is onvolledig

Lambertus, filius quondam Petri Bardeyn, dedit michi ad opus Christine, sue matris, relicte dicti quondam Petri Bardeyn, ac magistri Willelmi fratris.

R1272, fol. 229r-229v
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Henricus, filius quondam Henrici Boyens, hereditarie vendidit magistro Johanni van der Stegen, filio quondam Nycolai van der Stegen, hereditarium censum duodecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureum florenum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, pro XX^{ti} novem, aureum florenum Renensem, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novum aureum florenum archiducis Philippi, iusti ponderis, dictum den nyewen philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios valuatos secundum presentem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Katherine virginis, et pro primo solutionis termino a Katherine virginis et martiris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie ceterisque oneribus tradendum de et ex quodam manso dicti venditoris, sito in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, atque ex agris, pratis, pascuis ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac repiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis una libra antique pecunie atque censu ad tres stuferos vel circiter ascendente capitulo in Buscoducis, uno floreno, Beyersgulden vocato, hereditarii census Mense Sancti Spiritus in Haren, atque quatuor grossis antiquis domino de Bucstel ac uno oirtkino in censu, dicto in den wilderschijns, necnon quinque et dimidio modiis siliginis hereditariarum pactionum, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum XVIII octobris.

R1272, fol. 229v
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet dictorum florenorum cum et mediante decem et octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 229v
18 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Lambertus, filius quondam Petri Bardeyn, dedit michi ad opus Christine, matris dicti Lamberti relicteque dicti quondam Petri, magistri Willelmi, presbiteri, filii eiusdem quondam Petri, et Henrici Bogart, fabri, ac ad opus alterius eorundem, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma, tali annexa condicione quod iidem Christina, magister Willelmus et Henricus de suis receptis et levatis iustum computum, rationem legalem ac satisfactionem realem prefato Lamberto ad eius requestam semper prestabunt ac prestabit eorum alter, absque aliqua contradictione.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 229v
deze akte is onvolledig

Petrus Prijker, filius quondam Johannis Prijker, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam manso, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum den Huysberch, videlicet in domibus, areis, ortis, terris arabilibus, quatuor et dimidie modiatarum ac terris paludialibus seu pascualibus duodecim iugerum vel circiter, ac ceteris iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, in diversis particulis in dicta parochia situatis, quemadmodum quidam Arnoldus dictus de Cleve tamquam colonus premissa sub sua habet et obtinet cultura, ut dicebat, legitime supportavit Jutte et Aleidi, sororibus, liberis Petri et quondam Katherine.

R1272, fol. 229v-230r
19 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Petrus Prijker, filius quondam Johannis Prijker, tamquam relictus quondam Katherine, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam manso, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum den Huysberch, videlicet in domibus, areis, ortis, terris arabilibus, pascualibus seu paludialibus ac ceteris iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum in dicta parochia et alibi situatis, quiquidem mansus cum suis attinentiis predictis quatuor et dimidiam modiatas terre arabilis ac duodecim iugera terre paludialis vel circiter continet, ut dicebat; insuper in domo, area et orto ac domo posteriori et suis attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico Piperis, inter hereditatem Eve, relicte quondam Herberti Hals, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem olim domini Romboldi de Zavelberch, presbiteri, nunc vero magistri Lamberti van den Hoevel, presbiteri, ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem fratrum Cellitarum, dictorum Celbruederen, ibidem, ut dicebat, legitime supportavit Goeswino necnon Jutte et Aleidi, eorum sororibus, liberis Petri et quondam Katherine predictorum, ad opus eorum et ad opus Mechteldis, Luytgardis et Katherine, eorum sororum, ac Johannis, eorum fratris, liberorum eorundem Petri et quondam Katherine, sue uxoris, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XIX[a] octobris.

R1272, fol. 230r-230v
19 oktober 1503

Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum[5] sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Goeswinus, Jutta et Aleidis, eorum sorores, necnon Reymboldus dictus Henricxsoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Mechteldis, sue uxoris, et Martinus, filius Godefridi Martenszoen, pannicide, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Luytgardis, sue uxoris, pro seipsis et pro dictis Katherina et Johanne, adhuc prolibus impuberibus, propter commodum ac meram oportunitatem dictorum liberorum Petri et quondam Katherine, ymmo ad redimendum certos alios census ex premissis bonis solvendos, ut dicebat, cum tutore, hereditarie vendiderunt magistro Francisco Toelinc hereditarium censum decem et octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione aureos florenos cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, pro XX^{ti} novem, aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos florenos archiducis Philippi noviter monetatos, iusti ponderis, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios, aureos et argenteos pronunc valuatos et ante datam presencium monetatos secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Martini hyemali, et pro primo solutionis termino a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie tradendum de et ex premissis, ab eodem, promittentes cum tutore et cum eis dictus Petrus indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad quindecim aut sedecim stuvers ascendente domino nostro duci, dimidia libra hereditarii census pagamenti capelle in Roesmalen, dimidia libra pagamenti et uno sextario siliginis investito ecclesie de Roesmalen, hereditaria pactione unius modii siliginis Geertrudi, relicte quondam Johannis de Tuystheze, uno maldro siliginis hereditarie pactionis liberis quondam Mathei Kuyst, novem vasis siliginis hereditarie pactionis Elisabeth, relicte quondam Johannis Hals, hereditario censu quatuor librarum pagamenti cuidam presbitero de Dungen, hereditaria pactione quinque modiorum siliginis dicto Reymboldo, atque hereditario censu quatuordecim florenorum Renensium ex dicto manso, item quatuor libris et octo solidis pagamenti capitulo in Buscoducis, censu fundi domino duci, hereditario censu duarum librarum pagamenti capellanis beneficiatis in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, ac tredecim solidis pagamenti investito ac beneficiato in ecclesia beginarum in Buscoducis, ex domo, area, orto ac domo posteriori predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum XIX^{a} octobris.

R1272, fol. 230r
1 december 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum[6] sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in contractu A signato, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Petrus Prijker et Martinus, filius Godefridi Mertenss., tamquam maritus et tutor dicte Luytgardis, sue uxoris, palam recognoverunt se recepisse a dicto magistro Francisco centum florenos Renenses, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, in deminutionem seu defalcationem huiusmodi tricentorum florenorum Renensium, quos ipse occasione emptionis census predicti solvere tenetur, et quod iidem centum floreni Renenses in profectum dicti Martini, scilicet in assignationem suorum bonorum dotaliciorum, dictorum hilix goet, sibi Martino cum dicta Luytgarde, sua uxore, dudum promissorum cesserunt et

[5] *in de marge* A.
[6] *geschreven in de ondermarge van fol. 230r.*

conversi sunt, ut dictum, clamantes eumdem magistrum Franciscum et eius bona et alios inde quitos, ut in forma.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

R1272, fol. 230v
19 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante tricentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus et Petro predicto repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores et Petrus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori ab ante legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 230v
19 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus magister Franciscus promisit super omnia et habenda dicto Petro dumtaxat ducentos consimiles florenos Renenses Letare Iherusalem proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 230v
19 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum Petrus Prijker, filius quondam Johannis Prijker, hereditarie vendidisset Katherine, relicte quondam Gerardi de Hazelberch, hereditarium censum quatuordecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, estimando in annali solutione aureum florenum Renensem ad XXX^{ta} stuvers, tdobbel vueryseren ad duos et dimidium stuferos, et alios denarios nae advenande, solvendum hereditarie Pasche ex quodam manso dicti Petri, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Huysberch, atque ex attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut reperiendis, prout in litteris, cumque magister Franciscus Toelinc hodierna die promisisset super omnia et habenda dicto Petro Prijker ducentos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, ad dominicam qua cantatur Letare Iherusalem proxime futuram persolvendum, prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus Prijker palam recognovit et super omnia et habenda dicto magistro Francisco ad opus sui et ad opus liberorum eiusdem Petri promisit quod ipse, Petrus, dictos ducentos florenos Renenses adstatim dum eosdem receperit, convertet et applicabit ac convertere et applitare tenebitur in redemptionem et acquitationem dicti census quatuordecim florenorum Renensium et exonerationem mansi et attinentiarum predictorum et non alias, ac tantum faciet quod littera scabinalis de dicto hereditario censu quatuordecim florenorum Renensium rumpetur et cancelletur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 230v-231r
19 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Magister Franciscus Toelinc, filius quondam Ghiselberti, campum terre paludialis, situm in parochia de Nuwelant ad locum dictum die Hoogestap, inter campum ad Petrum de Vladeracken, dominum temporalem de Geffen, spectantem, dictum die Coppel, ex uno, et inter hereditatem fabrice ecclesie de Nuwelant ex alio, quem campum terre paludialis primodictum dictus magister Franciscus erga Gerardum, filium quondam Arnoldi, filii quondam Johannis de Vyfeycken, et Johannem, filium quondam Johannis van den Laer, maritum et tutorem legitimum Hadewigis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis de Vyfeycken, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Mechteldis, matris dicti magistri Francisci, relicte dicti quondam Ghysberti Toelinc, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 231r
19 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Johannes, filius quondam Nycolai dicti Colen, terciam partem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes in domo et area, sita in Buscoducis, ad forum sub curtis cameris ibidem, inter hereditatem Johannis, filii quondam Hermanni de Bergen, institoris, ex uno, et inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Godefridi Houtappels, ex alio, tendentibus *(hierna ontbreekt een woord)* communi foro predicto ad hereditatem Willelmi Voss.; item in quodam prato, sito in parochia de Scijnle, in loco dicto Int Hermalen, inter quandam hereditatem, dictam die Vier Buenres, liberorum quondam Theoderici Joirdens ex uno, et inter hereditatem Martini de Bakelaer, emptoris bladorum, ex alio, tendentibus ab hereditate Willelmi van den Nuwenhuyse ad quandam stegam ibidem; item in duabus domibus, areis et ortis, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Vranckenhostad, inter hereditatem Egidii Joirdens ex uno, et inter hereditatem Henrici, sororii eiusdem Egidii, ex alio, tendentibus a via lapidea ad fossatum dicti opidi; item in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem dictus quondam Nycolaus Colen in vita sua annuatim solvendam habebat in Vechel ex certis hereditatibus et contrapigneribus ibidem situatis; insuper in medietate domus, aree et orti, sitorum in parochia de Os, infra munimen ibidem, in quibus quidem domo, area et orto predictis quidam Johannes Robben tempore vite sue morari consueverat et idem in eisdem decessit, ut dicebat, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Henrici Smeets, institori, tamquam marito et tutori legitimo Hadewigis, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai Colen, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, recognoscensque dictus Johannes se recepisse ab Henrico predicto quascumque pecuniarum summas, que sibi provenerunt solvendas ex causa supportationis pretacte seu occasione tercie partis premissorum, clamans idem Johannes dictum Henricum et eius bona et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis quitos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 231r
19 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Arnoldus, filius quondam Willelmi, filii quondam Henrici Heymericxs., promisit super omnia et habenda Lodovico van der Lijnden, fabro, Willelmo Aelbrechss. van der Lijnden et Theoderico, filio quondam Gerardi Scellens, viginti novem et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Erpe, datum supra.

R1272, fol. 231v
21 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Katherina, relicta quondam Gerardi de Hazelberch, dedit Johanni Bacx potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Kuyst et Ghysselen, datum XXI^{a} octobris.

R1272, fol. 231v
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Willelmus, filius quondam Johannis, filii quondam Willelmi Voet, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Remigii confessoris de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, undecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum In den Borne, inter hereditatem Henrici dicti van den Acker ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Johannis van Essche ex alio; item ex pecia terre arabilis, sita ibidem in opposito dictorum domus, aree et orti ac hereditatum, inter hereditatem Michaelis dicti van der Weteringen ex uno, et inter hereditatem Goeswini dicti Theenszoen ex alio, quam pactionem predictam dictus Johannes Voet, filius quondam Willelmi Voet, erga Johannem dictum van der Zijdewijnden, filium naturalem quondam Johannis dicti van der Zijdewijnden, acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem predictam dictus Johannes Voet, filius quondam Willelmi Voet, et Mechteldis, eius uxor legitima, in eorum testamento unacum certis aliis bonis prefato Willelmo legaverant, ut videtur in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Henrici die Hollander alias dicti die Lepper, fabro, simul cum dictis litteris et instrumento, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum datum supra *(aldus)*.

R1272, fol. 231v
12 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Jacobus,[7] filius quondam Willelmi Janss., in absentia dicti Theoderici prebuit et obtinuit.
Testes Kuyst et Boert, datum XII^{a} januarii.

R1272, fol. 231v
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

[7] *deze akte is geschreven tussen de voorgaande en de navolgende akte.*

Dictus Willemus hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Hubertus, filius quondam Danielis van den Acker promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Lamberto, filio quondam Lamberti de Berze de Scijnle, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram de et ex medietate agri terre, septem lopinatas terre vel circiter continente, siti in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem liberorum quondam Danielis van den Acker ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Henrici de Esch ex alio, ex illa scilicet medietate dicti agri terre, dividente eundem agrum ob eius longum *(aldus)*, que sita est ibidem contigue iuxta hereditatem dictorum liberorum quondam Danielis van den Acker, quam pactionem predictam dictus Johannes Voet, filius quondam Willelmi, erga Johannem dictum de Wytvenne, filium quondam Johannis, acquisierat prout in litteris, et quam pactionem predictam dictus Johannes, filius quondam Willelmi Voet et Mechteldis, eius uxor legitima, in eorum testamento unacum certis aliis bonis prefato Willelmo legaverant, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit dicto Theoderico, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 231v
12 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Jacobus,[8] filius quondam Willelmi Janss., in absentia dicti Theoderici, prebuit ad redimendum e iure proximitatis, et obtinuit.
Testes Kuyst et Boert, datum XII^{a} januarii.

R1272, fol. 232r
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus precedentibus *(aldus)*, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico adhuc promisit, in casu quo eidem Theoderico non placuit retinere, ymmo libencius resupportare pactionem predictam, et hoc infra spacium trium annorum proxime futurorum, quod extunc idem Willelmus infra dimidium annum postquam dictus Theodericus sibi hoc intimaverit, eidem Theoderico refundet et refundere tenebitur summam sexaginta florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, estimando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, unacum pactione annali, quibus refusis dictus Theodericus dictas pactiones prefato Willelmo resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 232r
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

[8] *deze akte is geschreven in de ondermarge*.

Katherina, filia quondam Wolteri die Bye, cum tutore, domum et horreum cum suis fundis, ortum et hereditates sibi adiacentes, pariter unam modiatam terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, inter hereditatem Yde Zeynssen ex uno, et inter hereditatem Arnoldi Meyskens, Hillegondis et Heylwigis de Oyen ex alio, quos domum, horreum cum suis fundis, ortum et hereditates predictos dicta Katherina erga dominam Heilwigem Oedevaers, abbatissam, domicellas Paulam Amelrici, suppriorissam, Odam van der Meer, Elsam Bacx et Belam de Beeck, conventuales conventus Beatarum Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in dicta parochia de Roesmalen, ad locum dictum Marienwater, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Jacobo Knoeden, filio quondam Jacobi Knoeden, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 232r
deze akte is onvolledig

Dictus Jacobus Knoeden necnon Goeswinus eius etc.

R1272, fol. 232r
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Jacobus Knoeden necnon Elisabeth, eius filia, relicta quondam Alardi de Driell, et Goeswinus, filius eiusdem Elisabeth et quondam Alardi de Driel, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicte Katherine quinquaginta novem et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 232r
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Iamdicti Jacobus, Elisabeth et Goeswinus promiserunt indivisi super omnia et habenda adhuc dicte Katherine quinquaginta novem et dimidium consimiles peters, ac viginti quinque et dimidias libras monete, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 232v
21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dicti Jacobus, Elisabeth et Goeswinus promiserunt adhuc indivisi super omnia et habenda dicte Katherine quinquaginta novem et dimidium consimiles peters necnon decem et septem consimiles libras monete, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes Boert et Monix, datum XXI^{a} octobris.

R1272, fol. 232v

21 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Iidem Jacobus, Elisabeth et Goeswinus promiserunt adhuc indivisi super omnia et habenda dicte Katherine quinquaginta novem et dimidium consimiles peters, atque octo et dimidiam libras monete predicte, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 232v
21 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Willelmus et Gerardus, fratres, liberi quondam Udonis de Gerwen, hereditarie vendiderunt michi ad opus Johannis, filii quondam Johannis de Gerwen, hereditarium censum sex novorum florenorum ducis Philippi, archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., dictorum nyewe philippusgulden, XX^{ti} quinque stuvers monete nunc currentis vel valorem eorundem in alia pecunia pro quolibet computando, solvendum hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum de et ex domo quadam, area, horreo, orto, dictis Ten Cruysschot, ac duobus pratis, sibi coadiacentibus, dictorum venditorum, sitis in parochia de Stiphout, inter quedam bona feodalia eorundem venditorum ibidem situata ex uno, et inter hereditatem spectantem ad abbatem seu monasterium de Floreff et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendentibus ab hereditate Godefridi dicti Smeets ad dicta bona feodalia eorundem venditorum; item adhuc de et ex quibuscumque aliis peciis et hereditatibus dictorum venditorum, ibidem situatis et ad dictam domum Ten Cruysschot spectantibus; insuper ex quodam molendino venti, sito in dicta parochia, atque ex iure molitionis et aliis iuribus eiusdem molendini, singulis et universis, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ex premissis, annuatim prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod iidem venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue cum et mediante nonaginta sex consimilibus novis florenis in valore et moneta superius specificata, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 232v
23 oktober 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Dominus Amelius van den Hoevel dedit michi ad opus Johannis et Wolteri de Balen, fratrum, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Boert et Erpe, datum XXIII^{a} octobris.

R1272, fol. 232v-233r
23 oktober 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Henricus dictus die Leeuwe, filius quondam Henrici dicti die Leeuwe, peciam pascue, dicte groessen, unam lopinatam terre vel circiter continentem, dicta *(aldus)* communiter tVenneken, sitam in parochia de Geldrop, in tribunali de Heze et Leende, inter hereditatem Henrici, filii Johannis Henricxs., ex uno, et inter quandam hereditatem dictam die Donck,

diversorum hominum ibidem ex alio, tendentem ab hereditate Henrici Tyelens de Kuyck ad hereditatem dicti Henrici, filii Johannis Henricxs., ut dicebat, hereditarie vendidit Nycolao, filio Johannis Claess., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Boert et Erpe, datum XXIII[a] octobris.

R1272, fol. 233r
23 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Wolterus van den Hoevel, filius quondam Petri van den Hoevel, promisit ut debitor principalis Engele, filie quondam Martini de Beke, quod ipse dabit et solvet eidem Engele vitalem pensionem duorum et dimidii florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Engele et non ultra Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti Wolteri, sitis in Buscoducis in Buscoducis *(aldus)*, ultra pontem Gerlaci, in quodam viculo, dicto Scilderspoirt, inter communem aquam ex uno, et fine uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Jacobi Sanders, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duabus libris hereditarii census monete, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 233r
24 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Rodolphus, filius quondam Theoderici de Ghent, duas domus, areas et ortos ac peciam terre, dictam die Brake, olim Johannis Bolle, filii quondam Jacobi, et Willelmi Bollen, sui fratris, dehinc Elisabeth, relicte dicti quondam Johannis Bolle, sitos in parochia de Scijnle, in loco dicto die Kuyle, inter hereditatem Petri Joesten ex uno, et inter hereditatem Engele Roetarts ex alio, quos domus, ortos et peciam terre predictos dictus Rodolphus erga Theodericum die Borchgreve Dircxs. acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Theoderico die Borchgreve, filio quondam Rycoldi die Borchgreve, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Boert, datum XXIIII[ta] octobris.

R1272, fol. 233r
24 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Theodericus die Borchgreve Dircxs. promisit super omnia et habenda dicto Rodolpho de Ghent tredecim libras grossorum pecunie Flandrensis, Purificationis proxime futuro persolvendas.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 233r-233v
deze akte is onvolledig

Johannes,[9] filius quondam Reyneri dicti Broeckmans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Oerlemans, hereditarie vendidit Ottoni de Bolcx ad opus Aelberte, sue uxoris, relicte quondam Johannis, filii Mathie Noeden alias dicti die Coster, quoad eius usufructum necnon ad opus proximiorum heredum eiusdem quondam Johannis quoad eorum ius hereditarium, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie et exactionibus libere tradendam de et ex quodam prato, dicto den Wolfsbeempt, unum bonarium prati vel circiter continente, sito in parochia de Oirschot, in pastoria de Best, inter hereditatem heredum quondam Mathie van den Spiker ex uno, et inter hereditatem *(hierna ontbreekt de belending)*, tendente cum uno fine ad hereditatem Johannis Scoemekers

R1272, fol. 233v
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam.

R1272, fol. 233v
24 oktober 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Godefridus, filius quondam Gerardi dicti van der Tersse, et Henricus, eius filius, hereditarie vendiderunt Aleidi, filie quondam Henrici Bogarts, relicte quondam Henrici van den Broeck, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duo iugera terre vel circiter continentibus, dicti Godefridi, sitis in parochia de Magaren, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem liberorum Nycolai Byermans ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem dominii de Megen; item ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti Henrici, sitis in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, infra ambas portas ibidem, inter hereditatem Borchardi dicti des Zartswevers ex uno, et inter hereditatem Theoderici de Dyeperbeeck ex alio, tendentibus a communi vico retrorsum usque ad Dyesam ibidem, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor pullis censualibus et tribus ac dimidio florenis Renensibus, diversis personis ex domo, area, orto et hereditatibus dicti Godefridi, necnon quindecim et dimidia libris hereditarii census monete ex domo, area, orto ac domo posteriori dicti Henrici prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Monix et Roever, datum XXIIII[ta] octobris.

R1272, fol. 233v
24 oktober 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue cum quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, demptis oirtkinis et

[9] *in de marge* vacat.

minoribus denariis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Aleidis cum tutore palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 233v-234r
24 oktober 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Godefridus et Henricus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicte Aleidi in causa quo eidem Aleidi non placuerit retinere, ymmo libencius resupportare censum predictum et hoc infra spacium trium annorum proxime futurorum, quod extunc iidem Godefridus et Henricus infra dimidium annum postquam dicta Aleidis ipsis aut eorum alteri hoc intimaverit, eidem Aleidi refundent et refumdere tenebuntur dictos quadraginta peters in moneta et valore ut supra, unacum censu annali, recognitione et repromissione pretactis non obstantibus, et quibus refusis dicta Aleidis dictum censum prefatis Godefrido et Henrico resupportbit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et iure ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet omnino.
Testes Monix et Roever, datum supra.

R1272, fol. 234r
24 oktober 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Anthonius dictus Verwycke, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Christine, sue uxoris, filie quondam Henrici van der Poirten, medietatem ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantem in octo et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis mensure de Woenssel, quam integram pactionem predictam quidam Willelmus dictus Reynerszoen, tamquam proprietarius pronunc cuiusdam mansi, siti in parochia de Woenssel, ad locum dictum Op Verre Acht, solvere tenetur pronunc annuatim et hereditarie in festo Purificationis de et ex eodem suo manso ac eiusdem attinentiis et iuribus, universis et singulis, ut dicebat, hereditarie supportavit domino Waltero de Halen, investito pro tempore ecclesie parochialis de Gestel prope Oisterwyck, ad opus sui et ad opus Yde, sue filie naturalis, quoad eorum usufructum, et ad opus Mense Sancti Spiritus in Gestel predicta quoad ius hereditarium, videlicet ab eisdem domino Waltero quamdiu in humanis vixerit et post eius decessum ab Yda, sua filia naturali, si supervixerit et quamdiu eciam vixerit et non ultra, atque post eorundem domini Walteri et Yde amborum decessus et non prius a dicta Mensa Sancti Spiritus habendum et possidendum, simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa condicione quod magistri pro tempore Mense predicte dictam medietatem pactionis predicte, dum enim ad eandem Mensam advoluta fuerit, perpetuis futuris temporibus in ieiunio singulis feriis sextis pauperibus parochie predicte fideliter in pauperibus distribuent necnon distribure facient et tenebuntur, absque aliqua contradictione.
Testes Monix et Roever, datum supra.
Nota reservavit dictus Anthonius annalem pactionem sibi, cedenti, Purificationis proxime futuro.

R1272, fol. 234r

25 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dominus Hubertus Hezelmans, presbiter, capellanus pro tempore ecclesie parochialis Sancti Sulpicii opidi Diestensis, tamquam executor testamenti ac ultime voluntatis quondam Johannis Duys, incole dum vixit dicti opidi, et eo nomine, dedit michi ad opus Marcelii de Kryekenbeeck, Henrici Hoze, Walteri Bolarts et Johannis de Moll ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi omnes et singulos census, redditus et pactiones ad dictam suam executionem spectantes, ac credita quecumque que eidem executioni debentur ac debebuntur a personis quibuscumque, occasione quacumque et cum premissis faciendi et ordinandi, que dictus dominus Hubertus, nomine quo supra cum premissis faceret et ordinaret, usque ad revocationem ut in forma.
Testes Busco et Boirt, datum XXV^{ta} octobris.

R1272, fol. 234v
25 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Johannis Goyartssoen de Lytt, pellifex, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in viginti uno hont terre paludialis vel circiter, sitis in pastoria de parochia de Kessel, ad locum dictum Aen den Vorsten Eerdt, in quodam campo ibidem, inter hereditatem Petri Arntszoen ex uno, et inter hereditatem fabrice ecclesie de Kessel et pauperum ibidem ex alio, tendentibus a quadam stega, dicta die Myddelste Ertstege, ad quandam aliam stegam, dictam die Vorste Eertstege; item adhuc in duobus hont terre vel circiter, sitis ibidem in eodem campo, inter hereditatem dictorum fabrice et pauperum ex uno, et inter hereditatem Udonis, filii Johannis Uden, et quorundam aliorum ex alio, tendentibus cum utrisque finibus ad stegas predictas, ut dicebat, locavit recto locationis modo Hugoni, filio quondam Gibonis Geritss., ab eodem Hugone ad spacium trium annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente habendum et possidendum pro medietate triginta quinque solidorum monete et octo denariorum, gwillelmusthuyn vocatorum, atque pro onere conservandi aggeres, dictos zegedijcken, slusas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dictam medietatem e iure conservandum spectantes ac solvendos, dandos et conservandos ab alio, interim terminis et locis ad hoc debitis et oportunis, promittens super omnia et habenda huiusmodi locationem ratam servare ac omnes alias obligationem et impetitionem deponere.
Testes Busco et Monix, datum XXV^{ta} octobris.

R1272, fol. 234v-235r
25 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan Ghijsselen

Notum sit universis quod cum Engbertus, filius quondam Johannis dicti Ludinx de Uden, pellificis, et Godefridus dictus Mostart, maritus et tutor legitimus Delyane, sue uxoris, filie dicti Johannis Luedinx, medietatem cuiusdam domus, aree et orti ac domus posterioris, sitorum in Buscoducis, in vico Ecclesie, inter hereditatem heredum quondam Egidii dicti Dunnecops, pellificis, ex uno, et inter hereditatem olim Ludovici dicti Ludinx, fratris dum vixit dicti Johannis Luedinx, ex alio, hereditarie vendidissent Goeswino dicto Wolf, pellifici, cumque Johannes dictus Pels, filius quondam Petri dicti Pels, et Mechteldis, eius uxor legitima, filia quondam Arnoldi de Lyende alias Cleynael, reliquam medietatem domus, aree, orti ac domus posterioris predictorum hereditarie vendidissent dicto Goeswino Wolff, prout

in diversis litteris, et cum dominus Godefridus die Cromme, canonicus in Buscoducis, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis in vico Gruellatorum, inter quoddam domistadium ex uno, et inter hereditatem Henrici Leydecker ex alio; item hereditarios census viginti, viginti et quatuordecim solidorum monete, solvendos hereditarie ex domo et area et orto predictis, hereditarie supportasset domino Symoni Geritszoen, canonico in Buscoducis, et qui domus, area, ortus unacum quadam domo posteriori, in fine eiusdem orti consistente et ad premissa spectante, siti sunt ibidem inter hereditatem Wolteri de Hall, Godefridi Cuyper, filii Godefridi, Laurencii de Ouden, filii quondam Hermanni, Jutte, relicte quondam Danielis Croeck, Yde, relicte quondam Goeswini die Wolf, et eius heredum, ac Engberti de Uden ex uno, et inter hereditatem Johannis Keerberch alias die Coster, interiacente quodam muro lapideo, heymmuer vocato, ad premissa integraliter spectante, ex alio, tendentibus a communi platea, nunc die Putstraet vocata, retrorsum usque ad hereditatem Johannis Keelbreker et Danielis Geritss., et deinde dictus dominus Symon, condens suum testamentum, inter cetera inibi contenta dictos domum, aream, ortum ac domum posteriorem cum suis iuribus et attinentiis legasset Maiori Hospitali in Buscoducis ad opus pauperum ibidem, atque depost Theodericus van der Elst, magister et rector dictorum pauperum, dumtaxat iam ultimodictam domum posteriorem cum suis fundo iuribusque et attinenciis necnon posteriorem partem iamdicti orti, illam scilicet partem dicti orti que sita est ibidem et magis contigue eidem domui posteriori, et est tercia pars eiusdem orti in ordine capiendi ordinem ad et iuxta domum et aream Godefridi Cuypers, filii Godefridi, et sita est ibidem inter quandam viam ibidem ordinatam ex uno, et inter hereditatem dicti Johannis Keerberchs, quodam muro lapideo, heymmuer vocato, supradicto interiacente, ex alio, et tendit a media parte seu particula dicti orti Laurencii de Ouden retrorsum usque ad domum posteriorem predictam, et continet in sua longitudine, videlicet ad et iuxta dictam viam ibidem ordinatam viginti tres pedatas, et ad latus iuxta dictum murum XXX^{ta} unam pedatas et unum pollicem, simul cum iure utendi unacum Godefrido Cuypers et Laurencio de Ouden predictis supradicta via necnon porta, dicta die Bynnenste Poirt, et porta anteriori, dicta die Vorste Porte, que sita est ibidem ad et contigue iuxta dictum communem vicum atque quodam transitu aut quadam via, unacum quodam puteo inter dictas duas portas inibi consistente et situato, hereditarie supportasset Jacobo de Driel Henricxs., relicto quondam Christine, sue uxoris, filie quondam Goeswini die Wolff, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus Henrici et Goeswini, fratrum, et Mathie, eorum sororis, liberorum Jacobi et quondam Christine predictorum, quoad ius hereditarium, cumque magister Johannes Sampson, filius quondam Johannis, primodictos domum, aream, ortum ac domum posteriorem atque adhuc ultimodictam domum posteriorem cum suis fundo iuribusque et attinentiis necnon dictam posteriorem partem dicti orti simul cum iure utendi supradicta via ac portis predictis erga dictos Henricum et Mathiam, eius sororem, liberos dictorum quondam Jacobi de Driel et Christine, sue uxoris, ad censum acquisivisset, atque depost Willelmus Pieckevet, in absentia dicti magistri Johannis Sampson, iam premissa per eundem magistrum Johannem ad censum, ut premittitur, acquisita, per modum redemptionis e iure proximitatis obtinuisset, prout in diversis aliis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Theoderica, relicta dicti quondam Willelmi Pyeckevet, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in iam premissis per dictum quondam Willelmum, eius dum vixit maritum, per modum redemptionis e iure proximitatis predicte, ut premittitur, obtentum, legitime supportavit Christine, filie dictorum Theoderice et quondam Willelmi, ad opus sui et ad opus Johanne, filie eorundem Theoderici et quondam Willelmi Pyeckevet, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Ghysselen, datum supra.

R1272, fol. 235r

25 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan Ghijsselen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicta Christina et Jacobus dictus In geen Hulst, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Johanne, sue uxoris, cum tutore, iam premissa a dicto Willelmo Pieckevet per modum redemptionis e iure proximitatis, ut prefertur, dudum obtenta, hereditarie supportaverunt Engelberto de Uden, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Willelmi Pieckevet deponere, excepta tamen huiusmodi promissione quam idem Willelmus dum premissa e iure proximitatis redemit, michi ad opus dicti magistri Johannis fecerat et promiserat, videlicet quod ipse Willelmus eundem magistrum Johannem et eius bona de et a quibuscumque promissionibus et obligationibus in acquisitionem ad censum iam premissorum per eundem magistrum Johannem factis, necnon adhuc quibuscumque aliis promissionibus veris et non fictis ea occasione per ipsum magistrum Johannem promissis, atque ab omnibus sibi ex causa earundem promissionum eventuris quitaret, relevaret et penitus indempnes observaret iuxta continentiam litterarum desuper confectarum; quamquidem promissionem supratactam per dictum Willelmum sic factam, supradictus Engelbertus adimplebit et adimplere tenebitur sic et taliter quod dictis Theoderice, Christine et Jacobo ad et supra se et bona sua ac supra bona per dictum quondam Willelmum relicta dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout idem Engelbertus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Theoderice, Christine et Jacobo repromisit.
Testes Busco et Ghysselen, datum XXV^{ta} octobris.

R1272, fol. 235v-236r
26 oktober 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Johannes, filius quondam Johannis Goyartssoen de Lytt, pellifex, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in viginti uno hont terre paludialis vel circiter, sitis in parochia de Kessel, ad locum dictum Aen den Vorsten Erdt, in quodam campo ibidem, inter hereditatem Petri Arntszoen ex uno, et inter hereditatem fabrice ecclesie de Kessel et pauperum ibidem ex alio, tendentibus a quadam stega, dicta die Myddelste Ertstege, ad quandam aliam stegam, dictam die Vorste Ertsteghe; item adhuc in duobus hont terre vel circiter, sitis ibidem, in eodem campo, inter hereditatem dictorum fabrice et pauperum ex uno, et inter hereditatem Udonis, filii Johannis Udens, et quorundam aliorum ex alio, tendentibus cum utrisque finibus ad stegas predictas, ut dicebat, hereditarie vendidit Woltero dicto Byecken Lambertszoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis medietate triginta quinque solidorum monete ac octo denariorum, gwillelmustuyn vocatorum, annuatim exinde e iure solvendis, exceptis inquam aggeribus dictis zegedijcken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictam medietatem premissorum e iure conservandum spectantibus, salva etiam Hugoni, filio quondam Gibonis Geritssoen, et sibi reservata sua locatione in medietate premissorum, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Boert et Erpe, datum XXVI^{ta} octobris.

R1272, fol. 236r
26 oktober 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante octuaginta florenis Renensibus, XX^{ti} novos stuferos pronunc monetatos vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibus computando, fructibus tamen et emolumentis anni redemptionis dicto emptori salvis et reservatis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor dictam redemptionem dum eam facere voluerit, semper faciet et facere tenebitur infra festum Nativitatis Domini et festum Purificationis Beate Marie Virginis et alias non, locatione tamen Hugoni, filio quondam Gibonis Geritssoen, de medietate premissorum facta, in suis vi et robore permansura.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 236r
26 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Domicella Petra, filia quondam Nycolai dicti Spierinck relictaque quondam Herberti de Oy, cum tutore, hereditarie vendidit Jacobo de Doerne, filio quondam Willelmi de Doerne, hereditarium censum viginti florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, solvendum hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam manso, olim dicti quondam Nycolai, sui fratris, dehinc vero Bartholomei, filii eiusdem quondam Nycolai, nunc vero dicte venditricis, sito in parochia de Vucht Sancti Petri, ad mericam ibidem, atque de et ex iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi domini duci, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 236r
26 oktober 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet mediatim et mediatim, scilicet quemlibet dictorum florenorum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte venditrici repromisit, hoc tamen salvo quod eadem venditrix huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 236r
26 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus, filius quondam Gerardi Laureynss., promisit super omnia et habenda Bernardo die Brouwer Willemss. decem et octo florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando in pecunia pronunc currente, minus uno stotero, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Monix, datum supra.

R1272, fol. 236r
3 maart 1504
Willen van den Bosch en Hendruik Kuyst

Dictus[10] Gerardus premissa legitime supportavit Petro de Diependonck cum litteris et iuribus.
Testes Busco et Kuyst, datum XXVI martii, tertia post Judica.

R1272, fol. 236v-237r
26 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Heer Henrick Sappeels, dekene, ende Claes Ruts, rentmeester des capittels der kercken Sinte Peters tot Turnout, in den name desselfs capittels, des mechtich wesende, alsoe zij seeghden, die helfte der grooter thienden van Oyen ende die geheel groter thiende van Tefelen met hoeren rechten gelijc die den voirs. capittel zijn toebehoerende, hebben zij verpacht in gerechter pachtinge Jannen, zoen wilneer Joesten den Becker, van denselven enen tyt van vier jaeren, den hoochtijde van Korsmisse naestcomende, sonder myddelt naest een volgende te hebbene ende te gebruykene, dats te wetene elcx jairs van den voirs. vier jaren voir die somme van hondert ende achtien Rynsgulden, te twentich stuvers, gelyc die in tyde van betalinge gemeynlic loepende curs sullen hebben elcken Rijnsgulden gerekent, te geven ende te betalen den voirs. heren van den capittel oft hoeren procureur, des mechtich wesende, van den pechter voirs. tot tween termynen tsjaers, te wetene die een helfte in den hoichtyde van Sinte Philips ende Jacop apostelen ende die ander helfte in den hoichtijde van Sint Jacop apostel dairnaest volgende, dair af den iersten termyn van betalingen sal wesen van den hoochtijde van Sinte Philips ende Jacop apostelen naestcomende over een iair, ende alsoe voirtaen van jaere te jair ende van termyne te termynen die voirs. vier jaren geduerende, ende die penningen bynnen deser stad van Den Bossche altyt te leveren metten vorwarden ende condicien hier nae volgende: in den yersten eest vorwarde oft geboirde dat tvoirscreven capittel, hoeren procureur oft gemechtichden seynden bynnen deser stad ten gewoentlycken tyden omme die voirs. penningen te ontfangen ende die procureur alsdan dairomme most blijven liggen ende thoeven, dat dat soude wesen ten coste van den pechter voirs., dair af die selver pechter sal moigen gestaen met acht stuvers als van elcken dage der verthoevinge voir die selve costen aen te leggene, ende nochtans sonder ennich myndernisse van der voirs. sommen; item noch es vorwarde dat die voirs. pechter jairlix in beyde die prochiën voirs. dien gebueren aldair, te wetene tot Oyen ende tot Tefelen, sal geven een maltyt tot zijnen coste, gelijc dat van outs gewoentlic is; item sal noch die voirs. pechter den voirs. tyde van jaeren geduerende houden even verre op zijnen coste, alsoe datter egeen clachten af en comen; item sal noch die voirs. pechter hem alsoe redelic vuegen onder die ingesetene van den dorpen voirs. dat zij egeen costen en sullen setten opte voirs. thiende, hetzij ten tyde als men den voegel schiet oft anderssins, want zii egeen recht dair toe en hebben; item noch eest vorwarde dat die voirscr. pechter sal sculdich zijn tonderhoudene die alde gewointe van den decken des choers der kercken van Oyen ende van der geheelder kercken van Tefelen in tyde

[10] *deze akte is later in de ondermarge geschreven*.

alst van noode wesen sal, ende sal wesen in myndermissen van der voirs. sommen, ende dat doen by ronde van den vycarijs ende kerckmeesteren aldair, by alsoe oeck dat die pechter voirs. sal ten Bossche halen die leyen ende lederen, ende die lederen wederomme vueren tot zijnen coste. Ende mits desen condicien ende vorwarden, soe hebben die voirs. heren dekene ende rentmeester in den name als boven geloeft op verbyntenisse van allen den gueden des voirs. capittels dat zij den voirs. Jannen, pechtenere, sculdige ende gerechte voere die lasten voirs. den voirs. tyt geduerende zullen doen wairscap ende dat zij allen anderen commer ende aentael in de voirs. thienden wesende den selven Jannen, pechter, zullen afdoen geheelic, ende dat zii oeck die voirs. thienden den voirs. Jannen jairlix zullen weren voir herwarden ende hagelslach tot Bamisse toe. Desen alsoe gesciet zijnde, die voirs. Jan ende met hem Geerlick van Rycxtel Janss., screynmaker, ende Henrick Arntss., werdt in Bourgoingien bynnen deser stadt, hebben wederome geloeft onversceiden op hen ende op allen hoir gueden, hebbende ende vercrigende, den voirs. heren des capittels te geven ende te betalen die voirs. hondert ende achtien Rijnsgulden elcx jairs van den voirs. vier jaeren, ten termynen van betalinge ende plaetsen voirs., ende hebben voirts geloeft die voirs. partyen opte verbijntenissen voirs., deen den anderen, als dat zij allen die vorwarden ende condicien voirs., deen den anderen, vast houden, getrouwelic doen ende metten werck volbrengen sullen.
Testes Kuyst et Boert, datum XXVI^{ta} octobris.

R1272, fol. 237r
26 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Johannes, filius quondam Judoci, pistor, promisit super omnia et habenda dictos Gerlacum et Henricum, eius compromittentes, et eorum bona de dicta promissione atque dampnis indempnes servare.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 237r-237v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Johannis de Erpe Janss., ab eodem quondam Johanne et quondam domicella Johanna, sua uxore, filia quondam Henrici Becker, pariter genitus, Nycolaus, filius quondam Johannis Loenman, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dictorum quondam Johannis de Erpe et domicelle Johanne, sue uxoris, Arnoldus de Eyndhouts Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Sophie, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Bruheze, ab eodem quondam Theoderico et domicella Margareta, sua uxore, filia dicti quondam Henrici Beckers, pariter genite, quendam campum terre paludialis, octo iugera et duo hont terre vel circiter continentem, olim dicti quondam Henrici Becker, situm in parochia de Tefelen, dictum communiter die Waterdam, inter hereditatem olim heredum quondam Henrici Becker predicti, nunc vero Gerardi, filii quondam Gerardi Laureynss. et quorundam aliorum ibidem ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Barthomei Hermanss. cum pluribus aliis ex alio, tendentem a quadam stega, dicta die Loeterstege, ad hereditatem conventus de Porta Celi, siti prope opidum de Buscoducis, ad locum dictum die Bazeldonck, ut dicebat, hereditarie vendidit *(aldus)* Johanni et Willelmo, fratribus, liberis quondam Petri de Maren, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis onere conservandi septem virgatas, dictas royen, aggeris Mose, sitas in parochia de Littoyen, ad locum dictum Te Luet, inter partem aggeris Mose Willelmi Goessen Rycoutssoen cum uno

fine inferius et inter partem aggeris Mose Hadewigis, relicte quondam Brienonis Henricxs., et eius liberorum cum alio fine superius, atque aggeres dictos zegedijcken, slusas, fossatas et aqueductus infra terram situatos et ad dictum campum e iure conservandum spectantes, ut dicebat, quasquidem virgatas et aggeres predictos dicti Johannes et Willelmus, fratres, exnunc deinceps temporibus opportunis ad premissa ipsis, ut premittitur, vendita tenebunt et conservabunt perpetue absque omnibus dampnis dictorum venditorum et suorum bonorum, prout iidem Johannes et Willelmus hoc publice recognoverunt.
Testes Boert et Monix, datum XI[a] januarii.

R1272, fol. 237v
26 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Henricus, filius Arnoldi Dircxzoen de Zoemeren, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Martine, sue uxoris, filie quondam Petri, filii quondam Martini Pels, tres pastus, dictos scharenweyen, sitos infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum In den Grooten Vlierdert, item adhuc quatuor pastus, dictos scharenweyen, sitos infra dictam libertatem, ad locum predictum den Vliedert vocatum, quos tres et quatuor pastus predictos Goeswinus van den Hezeacker, tamquam maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Lamberti de Doernen, filii Christiani, supradicto Henrico, tamquam marito dicte Martine, sue uxoris, dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit mihi ad opus Johannis Kanapart, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus ac cum profectibus et emmolumentis *(aldus)* sibi de premissis adhuc restantibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Martine, sue uxoris, deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXVI[ta] octobris.

R1272, fol. 237v
26 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Segerus, filius quondam Arnoldi de Capellen, promisit ut debitor principalis Petro, filio quondam Nycolai Heesters, Henrico Dircxzoen et Mathie Janss., rectoribus et magistris pro tempore Mense Sancti Spiritus in Vucht, ad opus eiusdem Mense quod ipse dabit et solvet eidem Mense hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Remigii confessoris de et ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Vucht Sancti Petri, in loco dicto Int Scone Velt, tendente cum uno fine ad hereditatem Katherine, relicte quondam Egidii van der Heyden, et alias undique ad hereditatem Arnoldi, filii quondam Johannis die Coster, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 237v-238r
26 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo ac dimidio peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet huiusmodi peters computando, et cum censu anni redemptionis et cum arrestadiis, prout dicti Petrus, Henricus et Mathias, tamquam rectores et magistri dicte Mense, nomine eiusdem Mense hoc

palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum Mense predicte prefato Zegero repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 238r
4 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Arnoldus, filius quondam Philippi Winricxzoen de Erpe, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Nycolai dicti Berkelmans, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino Omnium Sanctorum proxime futuro de et ex duabus terciis partibus ad ipsum, ut dicebat, spectantibus in domo, area et orto ac pecia terre, dicta die Driesch Eeghde, sibi adiacente, septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Op die Koeveringe, inter communitatem undique adiacentibus; item adhuc ex duabus terciis partibus ad ipsum, ut dicebat, spectantibus in quadam alia pecia terre, dicta den Royecker, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem heredum quondam Gerardi van der Koeveringen ex utroque latere et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, dictam die Herstraet, ut dicebat, promittens insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus modiis siliginis ex predictis integris hereditatibus et bonis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst, Ghysselen, datum quarta novembris.

R1272, fol. 238r
4 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Et poterit redimere ad spacium sex annorum festum Omnium Sanctorum proxime futuro sine medio sequente, semper dicto annorum spacio durante, cum quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc ad bursam communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 238r
27 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Margareta, filia quondam Johannis van den Goer, ab eodem quondam Johanne et quondam Maria, sua uxore, filia quondam Theoderici Staeckmans, pariter genita, dedit Johanni Bonarts Henricxsoen plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris si opus fuerit assequendi huiusmodi medietatem quindecim lopinorum siliginis mensure de Oirle hereditarie pactionis, solvendi annuatim et hereditarie ex certis contrapigneribus in Oirle situatis, quam medietatem quem Hillegondis, filia dicti quondam Theoderici Scaeckmans, in suo testamento dicte Margarete legaverat et reliquerat, ut dicebat, atque litteras scabinales de premissis mentionantes pro quarto dictam Margaretam continerint exigentes necnon cum premissis faciendi et ordinandi que dicta Margareta cum premissis faceret et ordinaret seu facere et ordinare posset, si eadem Margareta presens premissis et

personaliter interesset presentibus, vero post revocationem eiusdem Margarete minime duraturos.
Testes Kuyst et Boert, datum XXVII[a] octobris.

R1272, fol. 238r-239r
27 oktober 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Johannes de Berkel, tamquam magister et rector Maioris Hospitalis in Buscoducis, quemdam mansum eiusdem Hospitalis, situm in parochia de Gestel prope Oisterwiick, cum attinentiis et iuribus eiusdem mansi, deinde tamen dempta, quadam pecia terre, dicta dat Buchtken, ut dicebat, locavit recto locationis modo Boudewino, filio Wolteri Bouwenss., ab eodem Boudewino ad spacium sedecim annorum festum Penthecostes proxime futuro sine medio sequente habendum et possidendum pro annali pactione quindecim modiorum siliginis et duorum sextariorum seminis raparum mensure de Buscoducis, et pro annali redditu undecim aureorum denariorum, communiter croenen vocatorum, computando viginti quatuor denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi aureorum denariorum, necnon decem et octo huiusmodi stuferorum, quatuor ponderum, dictorum steen, lini ad scalptrum parati ac sex caponum, danda et solvenda dicto Hospitali ab alio quolibet dictorum annorum in festo Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradenda, talibus annexis conditionibus quod dictus Boudewinus quolibet dictorum annorum supra edificia dicti mansi, ubi magis fuerit necessarium tegi, procurabit unam virgatam tecti straminei, dicti gedreven daecx, ab inferiori parte eiusdem tecti usque culmen, expensis dicti Boudewini, hoc tamen salvo quod dictum Hospitale ad premissa tradet mercedem tectorum, ligna et claves *(aldus)* ad hoc necessarios, item quod dictus Boudewinus in ultimo anno dictorum annorum a dicto manso recedet cum mediis fructibus atque quod ipse Boudewinus protunc supra dictum mansum dimittet bestias, valentes decem et novem aureos denarios, communiter Brabants dobbel mottoen vocatos, item quod dictus Boudewinus quolibet dictorum annorum de pactionibus quas dictum Hospitale in Gestel predictum solvendas habet, adducet tres modios siliginis a dicto Gestel usque molendinum de Helvoert, item quod dictus Boudewinus quolibet dictorum annorum amputabit et ligabit unam pleytam lignorum et eandem suis expensis ad pontem, dictum Banbrugge, deliberabit, item quod dictus Boudewinus interea non vehet neque adducet aliquem fimum, dictum messe, nisi supra hereditatem dicti mansi et quod idem Boudewinus quolibet dictorum annorum supra hereditates dicti mansi plantabit viginti quinque novellas plantas quercinas, dictas eycken heesteren, quas dictum Hospitale suis pecuniiis emere tenebitur, item quod dictus Boudewinus in ultimo anno dictorum annorum non deducet aliquid fenum aut stramen a dicto manso et quod ipse interea edificia dicti mansi tenebitur observare in bona et laudabili dispositione in tectis et parietibus, atque quod idem Boudewinus omnes census ex dicto manso e iure solvendos solvere tenebitur dictorum annorum spacio durante sic et taliter quod dicto Hospitali dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, cum conditione etiam tali quod dicta locatio ad finem octo primorum annorum ad voluntatem alterius parcium exspirabit, hoc salvo et tamen proviso quod alter alteri id per integrum annum abante legitime preintimabit et preintimare tenebitur, et secundum has conditiones predictas promisit dictus Johannes de Berkel, tamquam magister et rector dicti Hospitalis sub obligatione omnium bonorum eiusdem Hospitalis quod ipse dicto Boudewino de manso et suis attinentiis predictis dicto annorum spacio durante pro dictis oneribus debitam et iustam prestabit warandiam, et quod ipse omnes alias obligationem et impetitionem in dictis manso et suis attinentiis existentes prefato Boudewino deponet omnino. Quo facto dictus Boudewinus et cum eo dictus Wolterus Bouwenss., eius pater,

necnon Anthonius et Willelmus, eius fratres, liberi eiusdem Wolteri Bouwenss., repromiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos dicto Hospitali pactionem siliginis et seminis raparum et redditum coronarum predictarum, ponderum lini et caponum predictorum dicto annorum spacio durante termino solutionis predicto, et predictas conditiones omnes et singulas interea observare et cum effectu adimplere.
Testes Erpe et Roever, datum XXVII[a] octobris.

R1272, fol. 239r
27 oktober 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Dictus Boudewinus promisit super omnia et habenda dictos Wolterum, suum patrem, necnon Anthonium et Willelmum, suos fratres, de dictis promissionibus atque dampnis indempnes servare.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 239r
27 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes, [11] filius quondam Johannis, filii quondam Michaelis Luey, ab eodem et Elsbena, sua dum vixit uxore, filia quondam Henrici van der Doert alias Kemerlinc, pariter genitus, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi per et post mortem dicti quondam Johannis, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta sunt necnon per et post mortem dicte Elsbene, sue matris, iure successionis hereditarie adhuc advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, saltem illa bona que dicta Elsbena ad presens adhuc habet, possidet et manutenet, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit Berthe, sue matartare, filie dicti quondam Henrici van der Doert alias Kemerlinck, simul cum toto iure sibi quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 239r-239v
30 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Gerardus, filius quondam Jacobi Wynen, Romboldus, filius quondam Arnoldi dicti die Roever, Christianus, filius naturalis quondam Rutgeri van der Donck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dicti Gerardi, hereditarie vendiderunt Goeswino Buck, filio quondam Henrici Buck, hereditariam pactionem quinque modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis absque

[11] *in de linkermarge* A, *alsmede in de ondermarge d.d. 10 februari 1505*: Dicta Bertha cum tutore premissa bona sibi in contractu A signato suprascripta hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Johannis, filii quondam Michaelis Lueyen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Campen et Langel, datum X[a] februarii, secundam post Invocavit.

omni onere precarie ducis ducis *(aldus)* ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area et orto dicti Gerardi, sitis in parochia de Hogeloen, ad locum dictum Hoich Casterle, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Symonis dicti Moen Broechuys, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem reliquam dicti Gerardi ex alio, tendentibus cum fine utroque ad hereditatem Henrici Baus; item adhuc ex quodam prato, dicto die Schoeten, eiusdem Gerardi, sito in parochia et loco predictis, tendente cum uno fine ad hereditatem Marie dicte Parackers, vidue, et eius liberorum et alias undique ad communitatem ibidem; insuper de et ex omnibus bonis dicti Romboldi, ab eo ad presens habita ac imposterum ab eo habenda et acquirenda, quocumque locorum consistentia, sita ac repienda; item ex domo, area, et orto ac octo lopinatis terre vel circiter sibi adiacentibus, dicti Christiani, sitis in parochia de Vessem, in loco dicto In de Brake, inter hereditatem Johannis dicti Huybens. ex uno, et inter communitatem ibidem ex alio, tentibus ab hereditate iamdicti Johannis Huyben ad hereditatem Johannis dicti Eelen; item adhuc ex quodam prato eiusdem Christiani, sito ibidem, inter hereditatem dicti Johannis Huyben ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti van der Aa ex alio, tendente ab hereditate Egidii dicti Stevenss. ad hereditatem iamdicti Johannis Huybens., ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum grossum antiquum et unum oirtkinum ascendente ex dictis bonis dicti Gerardi, atque censu fundi ad tres et dimidium stuferos taxato, et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis ex dictis bonis dicti Christiani, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum penultima octobris.

R1272, fol. 239v
30 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterunt redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum quadraginta duobus et dimidio aureis florenis Renensibus, dictis gouden Rynsgulden, boni auri et iusti ponderis, secundum presentem valuationem et ante datam presentium monetatis, et cum nulla alia pecunia, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius integri anni prefato emptori coram scabinis opidi de Buscoducis semper abante preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 239v
30 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti venditores palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto emptori adhuc promiserunt quod ipsi ad requestam dicti emptoris acquitabunt et rediment necnon acquitare et redimere tenebuntur dictam pactionem cum et mediante centum et quadraginta duobus et dimidio aureis florenis Renensibus, dictis gouden Rijnsgulden, boni auri et iusti ponderis, secundum presentem valuacionem ante datam presencium monetatis, et nulla alia pecunia, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, et hoc infra annum postquam per dictum emptorem ad hoc requisiti fuerint, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 240r
deze akte is onvolledig

Notum sit universis

R1272, fol. 240r
30 oktober 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Benedictus dictus Bits, filius quondam Wellini dicti Bits de Brede, et Johannes, filius quondam Zegeri de Brede, duas decimas tercias partes totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectantes in hereditario redditu viginti unius bonorum florenorum, overlens Rijnsgulden vocatorum, quadraginta grossos pecunie Flandrensis pro quolibet computando, quem redditum predictum burgimagistri, iurati, consules et tota communitas opidorum de Borchloen, Hasselt, Bilsen, Herck, Beringen et Peer, necnon sculteti et scabini villicationis de Peelt, iurisdictionis dicte der banck de Gestelt, patriarum de Volgelsange et de Hamme promiserant bona fide dare et bene solvere Johanni de Brede Bitszoene, incole opidi de Buscoducis, ad opus sui quoad eius vitam et post eius vitam suis legitimis heredibus et post eum successoribus, anno quolibet Nativitatis Domini aut infra mensem immediate subsequentem, ut videtur in litteris sigillis dictorum opidorum, villicationis, iurisdictionis, patriarum et villagiorum in eisdem litteris nominatorum sigillatis desuper confectis plenius et lacius contineri, hereditarie supportaverunt Gerardo, filio quondam Waltgeri die Hardt, scriniparo, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 240r
24 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes,[12] Margareta et Anthonia, liberi quondam Zegeri, filii quondam Benedicti dicti Bits de Brede, cum tutore, tres decimas tercias partes ad ipsos spectantes in redditu predicto hereditarie supportaverunt dicto Gerardo, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes ut supra.
Testes Boert et Roever, datum XXIIII^{ta} novembris.

R1272, fol. 240r
31 oktober 1503
Jan van Boert en Jan Ghijsselen

Petrus Knoeden, filius quondam Judoci, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Pasche ex domo, area et orto Petri de Weze, filii quondam Theoderici, et Sophie, sue uxoris, filie quondam Bryenonis Claess., pariter sex vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Os, ad locum dictum den Hoevel, dictum In den Engel, inter hereditatem Marine, relicte quondam Rolandi dicti Ruelen die Jonger, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Petri Doncken ex alio; insuper ex quodam campo terre paludialis, dicto Joncker Arnts Campken, tria iugera vel circiter continente, sito in parochia de Oyen,

[12] *deze akte is later geschreven tussen de voorgaande en de navolgende akte*.

retro castrum ibidem; insuper ex quodam alio campo terre paludialis, tria iugera vel circiter continente, dicto den Langen Sperwer, sito in dicta parochia, inter quendam alium campum ibidem ad conventum dictum Te Houtmeer, situm in territorio ducatus Gelrie spectante, ex uno, et inter hereditatem investiture ecclesie parochialis de Oyen ex alio, quem censum predictum dictus Petrus Knoeden erga dictos Petrum de Weze et Sophiam, eius uxorem, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Henrico, presbitero, filio quondam Hermanni Henricxs de Orthen, simul cum dictis litteris et iuribus, et cum arrestadiis unius anni ultimo preteriti, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Ghysselen, datum ultima octobris.

R1272, fol. 240r-240v
31 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Matheus, filius quondam Johannis Pouwelss., relictus quondam Margarete, sue uxoris, usufructum ac totum ius sue vitalis possessionis sibi, ut dicebat, competentes in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda de et ex domo, area et orto ac aliis hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Braecvenne, inter hereditatem Henrici de Lenxvelt ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Everitszoen, ex alio, quam pactionem predictam magister Willelmus de Busco ad opus Mechteldis, filie dicti quondam Johannis Pouwelssoen, erga dictum Amelium van den Hoevel, presbiterum, filium Amelii, acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Johanni, filio quondam Henrici, filii dictorum Mathei et quondam Margarete, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum ultima octobris.

R1272, fol. 240v
31 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Henrici, filii dictorum Mathei et quondam Margarete, dictam pactionem hereditarie supportavit dicto Matheo, eius avo, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum notanter deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 240v-241v
31 oktober 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Condt ende kenlic zij enenyegelijcken alsoe Katherijn, wedue wilneer Corstiaens van den Meeracker, met haeren mombare dairtoe van hair gecoeren ende hair van den richter nae gewoenten gegeven, die tochte, dat geheel gedeelte ende alle dat erfrecht dat hair toebehoirden in enen huyse, erve ende ledige erffenisse hen aenliggende, gelegen in sHertogenbossche, by de Verwerstraet, tusschen erffenisse Jans Boet aen deen zijde ende tusschen erffenisse des voirs. wijlen Corstiaens aen dander zijde, item in allen den huysraet

wilneer Francken, zoen wilneer Gevarts Stevenszoen, item voirts in de erfpachten hiernae volgende, te wetene in enen jairlijcken ende erffelijcke pacht van drie mudden ende vyff vaten roggen der maten van Oirle ende aldair te geven ende te leveren, welken pacht Willem Hillen, item in enen jairlijcken ende erffelijcken pacht van enen mudde roggen der voirs. maten ende aldair te leveren, welken pacht Willem van der Braken, item noch in enen erfpacht van enen mudde roggen derzelver maten ende aldaer te leveren, welken pacht Jan Lambert Celensoen, item noch in enen erfpacht van twe mudden roggen derselver maten ende aldair te leveren, welken pacht Peter Jueten anders geheiten Bellen, item noch in enen erfpacht van enen malder roggen derselver maten, welken pacht Goyart van Wyntelre, item noch in enen erfpacht van enen halven mudde roggen derselver maten, welken pacht Jan die Gruyter, item noch in enen erfpacht van enen halven mudde roggen derzelver maten, welken pacht een, geheiten Ceel Coppensoen, jairlix sculdich zijn te vergeldene, ten erfchyns hadde uutgegeven Jannen Servaeszoen tot behoeff zijns ende tot behoeff van Geritken, zijnrer wittiger huysvrouwen, dochter wilneer Henricx Hubenzoen des mesmakers, ende alsoe noch die voirscr. Katherijn, weduwe wilneer Corstiaens van den Meeracker voirs., een huys ende erve, gelegen in sHertogenbosch, in een straet geheiten die Colperstraet, by den erffenisse Zeger Vleeshouwers opten hoeck, in welke huys ende erve Geerlic, zoen wilneer Gielis Geerlixzoen, lakenscheerder, pleech te woenen, item enen jairlijcken ende erffelycken chijns van veertich scillingen, den grooten Tornoysen penningen voir sestien penningen dair inne gerekent, item enen erfchijns van vier ponden payments, item noch twentich scellingen erffchijns, gaende uuyten huyse ende erve voirs., item noch een ander huys, erve ende een camer hen aenliggende, gelegen in sHertogenbosch, over die Coerenbrugge, tusschen erffenisse der erfgenamen wilneer Jans Pelgroms ende tusschen die Coepoirtstraet aen deen zijde ende tussen erffenisse wilneer Dircx van den Hoevel aen dander zijde ende metten enen eynde, hadde wittelic ende erffelic opgedragen den voirs. Jannen, zoen wilneer Servaes van der Stegen, gelijck dit all in tween versceiden scepenenbrieven van Den Bosch dair op gemaect volcomentlicten is begrepen, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Katherijn, weduwe wilneer Corstiaens van den Meeracker voirs., ende heeft oepenbarlijck bekent ende beleden hoe dat se dat voirs. uuytgeven oft donacie ende die opdrachte voirs. den voirs. Jannen Servaeszoen van der Stegen tot behoefs zijns ende tot behoeff der voirs. Geritken, zijnre huysvrouwen, dochter wilneer des voirs. Henricx Hubenzoen des mesmakers, ende nichte der voirs. Katherynen, in alder manieren gelyc dat in den voirs. tween scepenenbrieven vercleert staet, alsoe gedaen heeft ende dat dat tot dien eynde alsoe gesciet is ommedat zij wille dat die voirs. Geritken, hair nichte, hair gerechte erfgenaem ende successoir wesen sall in de voirs. huysingen, erven, pachten ende chynsen, ende dat se nyet en wille dat ennige van haren anderen erfgenamen, all eest dat die oick naerder van bloode wesen muchten dan die voirs. Geritken is, dair inne ennich deel, naerdersscap van bloode oft recht ennichsins hebben sullen, bekennende voirts die selver Katherijn als dat die voirs. Jan noch die voirs. Geritken, zijn huysvrou, en hebben egeenen coep met hair dair af aengegaen noch egeen penningen dairomme en hebben gegeven, dan alleene heeft zij die dair inne geerft, ende hen die by haren levende lyve in der voegen ende manieren voirs. overgegeven puerlijcken ende omme Goids willen, ommedat se wille dat se hair erfgenamen allene dair inne wesen sullen, ende hoir by leven dair af hebben, ende dit omme seker diensten ende sunderlinge liefde dye se heeft ende dreeght totter selver Geritken, hare nichten, zoe se oick bekenden, gelovende voirts die voirs. Katheryn als sculdersse principael op hair ende op allen hair gueden, die se nu heeft ende naemaels vercrigen mach, den voirs. Jannen tot behoeff zijns ende tot behoeff der voirs. Geritken, zijnren huysvrouwen, in gevalle oft ennige van den anderen erfgenamen van der voirs. Katherijnen den selven Jannen oft Geritken, zijnre huysvrouwe, ennige molestacie maecten oft aendeden omme te willen comen mit ennigen rechten totten voirs. huysingen, erven, chynsen ende pachten,

hetzij onder tytel van naerderscappen oft anderssyns in wat manieren dattet zij, dats te wetene die somme van driehondert Rijnsgulden, van twentich stuvers tstuck, terstont nae dode der selver Katherijnen uuytgereyct ende betaelt te wordene den selven Jannen ende Geritken, van ende uuyt der voirs. Katherijnen allen anderen gueden, in de voirs. twee scepenenbrieven nyet begrepen staende, sonder yemants wederseggen, alle droch ende argelist hier inne uuytgesceyden.
Testes Kuyst et Boert, datum ultima octobris.

R1272, fol. 241v-242r
2 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Gerardus, filius quondam Willelmi Gevartszoen, legitime et hereditarle vendidit Aleidi, relicte quondam Ottonis de Malsen, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Omnium[13], et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac quadam pascua sibi adiacente, duos pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Geldrop, inter hereditatem Johannis Raessen van Benthem et Johannis, filii Johannis Philipssoen, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Stephani, filii quondam Godefridi Philipssoen, ex alio, tendentibus a communi platea, dicta den Hoevel, et ab hereditate Aleidis, relicte quondam Johannis Spellarts, et eius liberorum ad hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Philipssoen, et eius liberorum predictorum; item ex quodam prato eiusdem venditoris, dicto den Brugbeempt, sito in eadem parochia, inter quendam aggerem, dictum der Jonffrouwen dyck, ex uno, et inter hereditatem dictorum Johannis, filii quondam Johannis Philipssoen, et eius liberorum ex alio, tendente ab aqua, dicta die Aa, ad hereditatem Egidii van den Dyck et quorundam aliorum; item ex quadam pecia pascue, dicte eeussel, duos pastus dictus koyeweyen, vel circiter continente, sita in eadem parochia, ultra dictum aggerem, der Jonffrouwen dyck vocatum, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Willelmi Doerkens, ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Judoci Peterss. de Rycstel ad hereditatem Elsbene, relicte quondam Arnoldi de Kuyck, et eius liberorum; item ex agro terre, tres lopinantas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia de Geldrop, in iurisdictione de Heze, dicto communiter den Beeckacker, inter communem viam ex uno, et inter hereditatem conventus de Bynderen ex alio, tendente ab aqua, dicta die Beeck, ad hereditatem Gerardi, filii Henrici Geritszoen alias dicti Hulss, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu ad novem stuveris ascendente domino fundi, hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Geldrop, Johanni sRaessen ex domo, area et orto predictis, item hereditaria pactione unius modii siliginis Geerlaco de Rycstel ex dicto prato, item censu fundi ad duas blanccas ascendente domino fundi ex dicta pecia pascue, item uno oirtkino census fundi ex dicto agro, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum secunda novembris.

[13] *hierna ontbreekt* Sanctorum.

R1272, fol. 242r
2 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante triginta novem novis aureis florenis per archiducem Philippum, archiducem Austrie, ducem Bourgoindie, Brabantie etc., noviter monetatis, boni auri et iusti ponderis, dictis enckel nyewe philippusgulden, goet van goude ende gerecht van gewichte, necnon cum quinque novis stuferis monete pronunc valuate et cum nulla alia moneta seu pecunia, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 242r-242v
4 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix, zoon van Jan, Petrus, filius quondam Arnoldi Peterszoen, hereditarie vendidit Christine, filie quondam Henrici Bueckentops, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditarium censum novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi solutione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferis, novos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Mathei apostoli, et pro primo solutionis termino Mathei apostoli proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, orto et pomerio dicti Petri, venditoris, sitis in parochia de Kessel, inter hereditatem heredum quondam Johannis Bueckentop ex uno, et inter hereditatem heredum Arnoldi Peterss. et heredum quondam Herberti Willemss., tendentibus a semita ecclesie ad communem plateam; item ex campo terre, quatuor iugera et duo hont terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren, in pratis dictis die Maersche Beemden, inter hereditatem magistri Henrici de Os Dircxsoen ex uno, et inter hereditatem investiture de Maren ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Nyewen Grave, ad quandam stegam, dictam die Goertsche Stege, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus sextariis tritici Mense Sancti Spiritus in Kessel et hereditario censu septem florenorum Renensium Goeswino van den Hezeacker, ex dictis domo, area, orto et aliis hereditatibus prius e iure solvendis, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum quarta novembris.

R1272, fol. 242v
4 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Christina, emptrix, cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 242v-243r
4 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Adrianus,[14] filius quondam Johannis de Loen, hereditarie vendidit Margarete dicte Willegemans, relicte quondam Gerardi Rutgerssoen, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos florenos ducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerechte van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum et in Buscoducis absque omni onere precarie et ceteris oneribus tradendum de et ex duobus domistadiis, eorum fundis, edificiis desuper stantibus ac hereditatibus sibi mutuo adiacentibus, sex virgatas, dictas gerden, terre vel circiter pariter in latitudine continentibus, sitis in parochia de Druenen, inter hereditatem Adriani, filii quondam domini Adriani, presbiteri, ex uno, et inter hereditatem Marie, relicte quondam Theoderici Mertens, ex alio, tendentibus a communi platea ad certas hereditates sub dominio de Loen consistentes; item ex pecia terre arabilis, tres et dimidiam virgatas vel circiter in latitudine continente, sita in dicta parochia de Druenen, inter hereditatem Henrici die Bye, institoris, ex uno, et inter hereditatem Hermanni, filii quondam Ghibonis Hermanss., ex alio, tendente a communi platea ad quasdam hereditates, dictas Ter Scheeten Toe, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis Mathie Brugmans, hereditario censu trium et dimidii modiorum siliginis dicte emptrici, hereditaria pactione quatuor lopinorum siliginis Mense Sancti Spiritus in Druenen atque censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum quarta die mensis novembris.

R1272, fol. 243r
4 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante viginti novem consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 243r
4 november 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Arnoldus dictus Roever Boest, filius quondam Arnoldi dicti Roever Boest, filii quondam Arnoldi, hereditarium redditum duorum bonorum et laudabilium caponum atque hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quos redditum et pactionem Nycolaus die Gruyter promiserat se daturum et soluturum Petro de Gobordingen hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum et deliberaturum de et ex pecia terre arabilis cum quodam pratulo sibi adiacente, sita in parochia de Dynther, in loco

[14] *deze akte is later geschreven tussen de voorgaande en de navolgende akte*.

dicto In die Scorst Berkart; item ex pecia terre arabilis, sita in parochia de Hezewijck, in loco dicto In die Berkart; item ex pecia terre arabilis, sita in parochia de Hezewijck, hereditarie supportasset magistro Henrico Pelgrom, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Arnoldus Roever Boest duas domus, areas et ortos sibi mutuo lateraliter coadiacentes, sitos in Buscoducis, ad locum dictum Opten Wyntmoelenberch, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Erpe Arntss. ex uno, et inter hereditatem Weyndelmoedis, relicte quondam Jacobi Spikers, et eius liberorum ex alio, tendentes a communi platea ad aquam ibidem fluentem, ut dicebat, pro maiori securitate solutionis redditus et pactionis predictorum ad verum contrapignus imposuit et hereditario iure firmiter obligavit, promittens super omnia et habenda warandiam de dictis redditu et pactione et omnes alias obligationem et impetitionem in dictis contrapigneribus existentes deponere, exceptis XX^{ti} quinque solidis monete capitulo in Buscoducis, hereditario censu sex et dimidie librarum monete, hereditario censu duarum librarum monete et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis Johanni van den Steen, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et dicta contrapignora satisfacere, tali conditione annexa quod dictus Arnoldus dictos redditum et pactionem redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante octuaginta peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pactione et redditu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 243r-243v
4 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Heilwigis, filia quondam Arnoldi Symonss., ab eodem et quondam Heilwige de Zittart, sua uxore, pariter genita, cum tutore, quartam partem totamque et omne ius ad ipsam, ut dicebat, spectantes in hereditaria pactione duorum modiorum et quatuor lopinorum siliginis mensure de Oirle, iamdudum supportata Petro de Zittart ad opus Margarete de Zittart, sue sororis, et quam integram pactionem dictus Petrus, tamquam potens ad hoc per iudicem mediante sententiam scabinorum, ad opus dicte Margarete acquisierat occasione warandie quam Arnoldus Rutten van der Wuestbraken Woltero de Zittart, patri dicti Petri, promiserat, et quam pactionem Johannes Theoderici Thijszoen hereditarie solvere promiserat Henrico Hasselmans ex residuo seu supercrescentia omnium et singulorum bonorum, attinentiarum et iurium suorum, que bona dictus Johannes Theoderici Thyss. erga dictum Henricum Hasselmans, deinde dictusque Henricus Hasselmans erga Godefridum, filium quondam Godefridi Wolfs, acquisierant, sita ad locum dictum Creyelt, et ex quodam prato, sito ad locum dictum Berserbroeck, ut videbatur in diversis litteris de Oirle contineri, hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Marcelii de Zittart, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Ghysselen, datum quarta novembris.

R1272, fol. 243v-244r
4 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Notum sit universis quod cum Gerardus de Heessel et Adriana, eius uxor legitima, relicta quondam Petri de Zittart, filii quondam Wolteri de Zittart, usufructum dicte Adriane competentem in uno modio bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Erssel, quem modium Arnoldus, filius Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, filia quondam Henrici

de Zittart, promiserant se daturos Henrico, filio Henrici Smeets, et Elisabeth, eius uxori, filie quondam Henrici de Zittart predicti, hereditarie Purificationis ex quadam hereditate, dicta Een Gelage, cum suis edificiis et attinentiis, sita in parochia de Eyck; item in quatuordecim lopinis bone et dative siliginis mensure de Eerssel, quos Arnoldus, filius quondam Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, solvere consueverant Woltero de Zittart, filio quondam Henrici, hereditarie Purificationis ex quadam hereditate, dicta Een Gelage, cum domibus et suis attinentiis, sitis in parochia de Eyck; item in tribus lopinis siliginis mensure de Eerssel, quos dicti Arnoldus et Heilwigis, eius uxor, solvere promiserant dicto Henrico ad opus liberorum Gerardi, sui fratris, hereditarie Purificationis ex hereditate predicta; item in quinque lopinis siliginis dicte mensure, quos dicti Arnoldus et Heilwigis solvere promiserant dicto Henrico hereditarie Purificationis ex hereditate cum suis domibus et attinentiis predictis; insuper in tribus modiis siliginis hereditarie pactionis de novem modiis siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione quindecim modiorum siliginis mensure de Buedel, quos quindecim modios siliginis Johannes, filius Johannis Hersebays, solvere promiserat Johanni, filio quondam Henrici van der Braken, hereditarie Purificationis ex certis hereditatibus in Buedel situatis; item in uno modio siliginis hereditarie pactionis de quinque modiis siliginis hereditarie pactionis de predicta pactione quindecim modiorum siliginis; insuper in triginta solidis hereditarii redditus pecunie, bone et dative grosso Turonensi monete regis Francie, pro sedecim nummis in hiis computato vel alterius equivalentis pagamenti, quos Johannes Culeman de Wetten vendiderat Willelmo, filio quondam Rodolphi Myseken de Eyndoven, singulis annis imposterum perpetuo et hereditario iure solvere in Nativitatis Marie ex certis hereditatibus in Nuenen situatis; insuper in tribus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Henricus, filius Henrici Hasselmans, hereditarie solvere promiserat Willelmo, filio Theoderici van den Laer, Purificationis ex certis hereditatibus in Wyntelre situatis; insuper in duobus modiis et duobus lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Johannes, filius Johannis Hazen, solvere promiserat Petro Henricxsoen hereditarie Purificationis ex certis hereditatibus in parochia de Sonderwyck situatis; insuper in decem et octo lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Johannes, filius Mathei Houtmans, recognoverat se promisisse solvendum hereditario iure Marcelio, filio Johannis de Sittart, anno quolibet hereditarie Purificationis ex pecia terre, sita in parochia de Zonderwijc; item adhuc in uno modio siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quem Willelmus Goedevarts, filius domini Godefridi de Wynterle, solvere promiserat Petro van den Kerchove, hereditarie Purificationis ex pecia hereditatis, sita in parochia de Oirle et ex hereditate cum edificiis suis, dictis Een Gelage, sitis in eadem parochia; item ex hereditate, dicta Enen Bocht, sita in dicta parochia; insuper adhuc usufructum dicte Adriane competentem in iamdicta hereditate, Den Bocht vocata; item in decem lopinis siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Gerardus Geritss. promiserat solvere Woltero, filio quondam Johannis Rutgerss. van der Vuestbraken, hereditarie Purificationis ex certis hereditatibus in Oirle situatis; item in novem lopinis siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Nycolaus Geritss. van den Hoernick recognovit se promisisse Cornelio Hasselman hereditarie Purificationis ex certis contrapigneribus in Vessem situatis; item adhuc in novem lopinis siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Gerardus, filius Gerardi de Berse, solvere promiserat Johanni, filio quondam Johannis van der Vuestbraken, hereditarie Purificationis ex contrapigneribus in Oirle situatis item in quinque lopinis siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Henricus, filius quondam Godefridi van den Eynde', recognoverat se promisisse Reynero, filio quondam Marcelii Bathens., hereditarie Purificationis ex pecia terre, dicta die Hoeve, sita in parochia de Zeelst; item adhuc in tribus aureis denariis, peters vocatis, solvendis hereditarie Purificationis ex certis hereditatibus in Gestel, parochie de Blaerthem Sancti Lamberti situatis; item in hereditario censu viginti solidorum monete, quem

Aleidis, relicta quondam Willelmi de Goerle, et eius liberi hereditarie solvere tenentur ex certis eorum cameris, sitis in Buscoducis, in vico Hynthamensi, legitime supportasset michi ad opus verorum heredum dicti quondam Petri de Zittart et quondam Margarete, sue sororis, filie dicti quondam Wolteri de Zittart, prout hec omnia in diversis litteris continetur, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Heilwigis, filia quondam Arnoldi Symons, ab eodem et quondam Heilwige de Zittart, sua uxore, pariter genita, cum tutore, tamquam coheres dictorum quondam Petri de Zittart et Margarete, sue sororis, de latere vero dicti quondam Wolteri de Zittart, patris eorundem quondam Petri et Margarete de Zittart, totam partem et omne ius ad ipsam, ut dicebat, spectantes in premissis, hereditarie supportavit dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Ghysselen, datum quarta novembris.

R1272, fol. 244r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Johannes, filius quondam Theoderici de Zittart, tamquam coheres dictorum quondam Petri de Zittart et Margarete, sue sororis, de latere vero dicti quondam Wolteri de Zittart, patris eorundem quondam Petri et Margarete, totam partem et omne ius ad ipsum spectantes in premissis in contractu A comprehensis, hereditarie supportavit dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum datum *(aldus)* XXI[a] novembris.

R1272, fol. 244r
3 januari 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Heilwigis,[15] filia quondam Marcelii de Zittart, relicta quondam magistri Ghiselberti, filii quondam Michaelis Luey, tamquam coheres dictorum quondam Petri et Margarete, sue sororis, de latere vero dicti quondam Wolteri, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsam spectantes in premissis, ut supra, hereditarie supportavit dicto Gerardo, simul cum litteris, aliis et iuribus, promittens per totum ut iam supra.
Testes Boert et Erpe, datum tercia januarii.

R1272, fol. 244v
7 november 1503
Willem van den Bosch, Jan van Boert, Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Wij, Busco, Boert, Ghysselen ende Monix, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat wy ter nernstiger instancien van Geritden Robben, Robberden Andriessoen, Amelissen Geritssoen, Jannen Geritssoen ende Goyarden Sterck, als naeste maigen ende vrienden van Robberden, ommundich kijnt ende wittige zoen wilneer Gysberts Robben, die gueden desselfs ommundiches kijnts in presencien ende bij expresse wille ende consente Anthonijs Hinckart, onderscouthet der voirs. stadt, in den name ende vanwegen onss genedigten heren des eertshertogen hebben gestelt ende gevuegt onder die gubernancien van

[15] *deze akte is later bijgeschreven in de ondermarge*.

Jannen van Balen ende Wouteren van Balen, zijnen brueder, dairtoe van den vrienden ende maigen voirs. genoempt ende gecoren omme des voirs. kijnts gueden te regeren, zijn renthen, pachten ende chynsen te manen, op te boeren, quitancie dair af te geven, ende ofs noot weer, die metten recht te vervolgen, ende allet daer inne te doen dat dat voirs. onmundich kijnt selver soude moigen doen oft mundich ende jegenwoirdich weer, hier inne voirsiene dat die voirs. Jan ende Wouter van horen ontfanck ende uutgeven derselver gueden ten requeste der voirs. vrienden ende maigen goede rekeninge, bewijs ende reliqua doen sullen ende altyt sculdich wesen te doen sonder ennich wederseggen.
In kennessen der wairheyt, soe hebben wy, scepenen voirs., onse zegelen hier aen desen brief doen hangen, gegeven VII[a] novembris.

R1272, fol. 244v
9 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus, filius quondam Arnoldi, filii quondam Johannis dicti Vyfeycken, hereditarie vendidit Christiano, filio naturali quondam Lamberti Corstiaenssoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis (*aldus*) a Martini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre arabilis dicti venditoris, duas modiatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Geffen, in loco dicto In Dyevits venne, inter hereditatem Gerarde, relicte quondam Johannis Andriessoen, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Martini Peterssoen, et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate Servacii, filii Petri Faess., cum pluribus aliis,ad hereditatem Godescalci van den Poel ac quorundam aliorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione unius modii siliginis Aleidi, filie quondam Rutgeri Janss., prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum IX[a] novembris.

R1272, fol. 244v-245r
9 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante decem et octo peters, XIX stuvers pro quolibet computando et cum quarta parte unius huiusmodi peter, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro viginti octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 245r
9 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Johannis dicti van den Laer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Johannis Vyfeycken, hereditarie vendidit Christiano, filio naturali quondam Lamberti Corstiaens, hereditariam pactionem dimidii

modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Aen den Wolfsdyck, inter quemdam aqueductum, dictum die Gemeyn Runne, ibidem ex uno, et inter hereditatem Johannis de Vlierden Danelssoen ex alio, tendentibus ab aggere, dicto den Wolfsdyck, ad hereditatem vicarie ecclesie de Nulant cum quibusdam aliis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno maldro siliginis hereditarie pactionis sororibus Regularissarum conventus de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Wyntmoelenberch, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 245r
9 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante decem et octo peters, XIX stuvers pro quolibet computando et quarta parte unius huiusmodi peter, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 245r
9 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Want Jan van Os Hermanssoen hadde geloeft op hem ende alle zijn goet, tot diere tyt hebbende ende naemaels vercrigende, Henricken van Os Willemszoen ende Willemen, natuerlijcken zoen Hermans van Os, viertien karolus Bourgoensche stuvers, op Korsmisse doen naestcomende te geven ende te betalen, item vierthien karolus Bourgoensche stuvers van Korsmisse doen naestcomende over een jair te geven, item noch vierthien der gelycke karolus Bourgoensche stuvers ende vyftien Rijnsgulden, tstuck tot twentich karolus Bourgoensche stuvers gerekent, van Korsmisse doen naestcomende over twe jaeren te betalen, alst scheen in scepenenbrieven van Os dair op gemaect volcomentliken begrepen te wesen, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Henrick van Os ende heeft die voirs. vyfthien geloefde Rijnsgulden wittelic opgedragen michi ad opus conventus Cruciferorum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 245v
9 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Petrus, filius quondam Johannis Dircxsoen, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione sex modiorum siliginis mensure de Westelberse de hereditaria pactione septem modiorum siliginis eiusdem mensure, quam pactionem iamdictam Johannes, filius

quondam Dyonisii dicti Nijs Pouwelss., promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum mediatim Agneti, relicte dicti quondam Johannis Dircxsoen, quoad vixerit ipsa, et mediatim Johanni, Christiano et dicto Petro, suis liberis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Westelberse traditurum ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim mericalibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Westelberse, in tribunali de Berse, inter hereditatem Wolteri van der Langer Ryt ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Jan Dircxs. et dicti Wolteri van der Langer Ryt ex alio; item ex medietate cuiusdam prati, dicti Die Espe, siti in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum In tGoer, inter hereditatem Theoderici Pouwelss. ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Heilwigis, filie quondam Johannis Dircxs. ex alio; insuper ex particula terre, sita ibidem, ad locum dictum Die Bocht, insuper ex pecia terre, dicta Die Hoeve, sita ibidem, item ex pecia terre, partim arabilis et partim mericalis, sita ibidem, ad locum dictum In die Brake, pridem data ad hereditariam pactionem dicto Johanni, filio quondam Dionisii dicti Nijs, a Johanne, Christiano et Petro, fratribus predictis, pro dicta pactione septem modiorum siliginis et quibusdam aliis oneribus, quam medietatem primodictam Johannes, filius quondam Johannis Dircxs., predictus prefato Christiano, suo fratri, hereditarie supportaverat, prout in litteris, et que medietatas dicte pactionis sex modiorum siliginis prefato Petro per et post mortem dicti Christiani, sui fratris, iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Paulo, filio quondam Petri, filii quondam Ernardi dicti van den Vloege, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum necnon ex parte dicti quondam Christiani, sui fratris, et suorum heredum deponere.
Testes Busco et Monix, datum IX[a] novembris.

R1272, fol. 245v
9 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Paulus, filius quondam Petri, filii quondam Ernardi dicti van den Vloeghe, promisit ut debitor principalis dicto Petro, filio quondam Johannis Dircxsoen, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum eiusdem Petri quod ipse dabit et solvet eidem Petro quamdiu in humanis vixerit, et post eiusdem Petri decessum et non prius dictis suis liberis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Berse anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Westelberse tradet de et ex medietate pecie terre pascualis dicti Petri, quinque lopinatas terre vel circiter continentis, site in parochia de Oistelberze, inter hereditatem Pauli Vlemynx et eius liberorum ex uno, et inter communitatem alias undique adiacentis, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 245v-246r
9 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Paulus, filius quondam Petri, hereditarie vendidit michi ad opus Katherine, relicte quondam Henrici Buckincx, quoad eius usufructum, et ad opus Godefridi, Johannis et Arnoldi, fratrum, necnon Elisabeth, Johanne et Aleidis, eorum sororum, liberorum Katherine et quondam Henrici Buckincx predictorum, quoad eorum ius hereditarium, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Hildwarenbeke, solvendam anno quolibet hereditarie Andree apostoli et pro primo solutionis termino ab Andree apostoli proxime

futuro ultra annum, et in Berse tradendam de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectantem, in domo, area, horreo, ovili, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sedecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Oistelberse, inter communitatem ibidem ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Godefridi Loyen et liberorum quondam Willelmi van der Vloet ex alio, tendentibus a communitate ad hereditatem Johannis dicti die Verwer, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad decem et dimidium stuferos ascendente, tribus lopinis ordei, tribus modiis et duobus lopinis siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 246r
9 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul unapariter videlicet quemlibet modium cum et mediante triginta octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia in pecunia (*aldus*) pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis, novos denarios pronunc noviter monetatos, dictos nyewe stuvers, pro stuferis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes, filius quondam Henrici Buckinx, nomine sui ac nomine dicte Katherine, sue matris, et dictorum suorum fratrum et sororum hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Katherine et eius liberis aut eorum alteri legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 246r
10 november 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Lodovicus, filius quondam Lodovici de Broechoven, promisit super omnia et habenda Petro Toelinc triginta unum florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et quatuordecim consimiles stuvers ad monitionem dicti Petri persolvendos.
Testes Ghysselen et Monix, datum X^{a} novembris.

R1272, fol. 246r
10 november 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Godefridus, filius quondam Godefridi dicti de Vaerlair, peciam prati, sitam in parochia de Nysterle, in loco dicto In dElst, inter hereditatem Johannis, filii quondam Bartholomei Willemss., et Elisabeth, sue sororis, ex uno, et inter communitatem de Nysterle ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Katherine, relicte quondam Henrici Ghybenzoen de Brecht, prout dicta pecia prati ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Johanni, filio quondam Bartholomei Willemszoene, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 246r-246v
10 november 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Johannes promisit super omnia et habenda dicto Godefrido decem et septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac sedecim consimiles stuvers Purificationis proxime *(aldus)*, item adhuc sedecim consimiles stuvers a Purificationis proxime futuro ultra annum, item sedecim consimiles stuvers a Purificationis proxime futuro ultra duos annos, item sedecim huiusmodi stuvers a Purificationis proxime futuro ultra tres annos, item sedecim consimiles stuvers necnon decem et septem consimiles peters a Purificationis proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes Ghysselen et Monix, datum X^{a} novembris.

R1272, fol. 246v
10 november 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Willelmus, filius naturalis quondam Johannis Librechs, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie natualis quondam domini Henrici Dalems, presbiteri, duo bonaria prati, sita in parochia de Scijnle, ad locum dictum dat Lutteleynde, in Scryvers hoeve, inter hereditatem Egidii Claeszoene ex uno,et inter hereditatem Berthe Kemerlincx ex alio, tendente cum uno fine ad hereditatem Christiani van der Aa cum pluribus aliis et cum alio fine ad communem plateam; item sess (*aldus*) lopinatas terre vel circiter, sitas in dicta parochia de Scijnle, ad locum dictum den Meyhoevel, aen den Borne, inter hereditatem heredum quondam Henrici de Gerwen ex uno, et inter hereditatem Johannis van der Zijdewijnden ex alio, tendentes cum utrisque (*aldus*) finibus ad communem viam, que quidem duo bonaria prati ac sex lopinate terre predicte dicto Willelmo, tamquam marito et tutori legitimo dicte Elisabeth, sue uxoris, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita unacum certis aliis bonis, in partem cesserant, ut videtur in litteris de Scijnle contineri, hereditarie supportavit Everardo, filio quondam Everardi Colens. de Berlijkem, den scaelmeker, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus in dictis litteris divisionum contentis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 246v-247r
10 november 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Christianus, filius quondam Christiani Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Nycolai dicti Bartrams, ab eodem quondam Nycolao et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Johannis die Cock et quondam Marie, sue uxoris, depost vero uxoris quondam Gerardi, filii quondam Petri die Werdt, pariter genite, quinque cameras cum earum fundis, sibi mutuo lateraliter coadiacentes, sitas in Buscoducis ,in viculo quodam, dicto die Waterstraet, in oppositum vici dicti Sint Jacopsstraet, inter hereditatem Lamberti de Gorcum ex uno, et inter Dyesam ibidem fluentem ex alio, quas quinque cameras cum earum fundis predictas dictus Gerardus die Werdt, filius quondam Petri, erga Marcelium de Kryekenbeeck per iudicem mediante sententiam scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, insuper hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro

quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris de et ex dictis quinque cameris et earum fundis necnon certis aliis hereditatibus infra dictum opidum situatis, quem censum iamdictum dictus Gerardus die Werdt erga Nycolaum, filium quondam Nycolai Morinx, dudum emendo acquisierat, prout in aliis litteris, hereditarie supportaverunt dicto Lamberto, filio quondam Jacobi Wynricxzoen alias dicto de Gorcum, spintrifici, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Marie, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Gerardi die Werdt ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex dictis quinque cameris et earum fundis plus fore solvendum quam dictus census octo florenorum Renensium ac hereditarius census trium florenorum Renensium, quod dictus Christianus hoc plus prefato Lamberto penitus deponet et deponere tenebitur, tali annexa conditione quod dictus Lambertus et quecumque alia persona ab eo imposterum potestatem habitura dictum censum octo florenorum Renensium, dumtaxat petent, monebunt et via iuris prosequentur ad et supra dictas quinque cameras et nullo modo ad et supra reliqua contrapignora eiusdem census octo florenorum predictorum, prout idem Lambertus hoc palam recognovit et consentiit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 247r
10 november 1503
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Philippus de Geldrop, filius naturalis quondam Phlippi de Geldrop, nomine et ex parte sui ac Jacobi, Marie, Elisabeth et Jutte, suorum liberorum legitimorum, palam recognovit et confessus est se recepisse ab executoribus testamenti ac ultime voluntatis domini Gerlaci van der Donck, canonici dum vixerat in Traiecto, per manus vero ac benivola porrectione domini Godefridi Jacobi, pastoris ecclesie parochialis de Zevenem, huiusmodi viginti aureos florenos Renenses de pondere, quos dictus quondam dominus Gerlacus in dicto suo testamento prefato Philippo ac suis liberis predictis legaverat et reliquerat post mortem suam semel habendum, ut dicebat, clamans igitur dictus Philippus pro se et dictis suis liberis dictos executores ac bona ad eorum executionem spectantia et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de dictis viginti aureis florenis quitos, liberos et penitus absolutos promittensque idem Philippus super omnia et habenda dictos excutores et bona ad eorum executionem spectantia de predictis viginti aureis florenis atque ab omnibus dampnis eis occasione premissorum imposterum quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnes observabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 247r-247v
13 november 1503
Jan Ghijsselen en Gerlach de Rover

Geerlacus die Roever, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Geertrudis, sue uxoris, et magister Godefridus de Eyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Mechteldis, sue uxoris, filiarum quondam Herberti Hals, ab eodem et Eva, sua uxore, pariter genitarum, potentes ad hoc, ut dicebant, medietatem olim ad dictum quondam Herbertum Hals, nunc vero ad ipsos, ut dicebant, spectantem in quodam manso, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Celizel, atque in iuribus et attinentiis eiusdem medietatis mansi predicti singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, prout et quemadmodum dicta medietas cum suis iuribus et attinenciis in diversis peciis ibidem site sunt, ad dictum quondam Herbertum spectare

dinoscebantur et idem Herbertus in eisdem decessit, atque quidam Willelmus, filius Jacobi Vlemynx eandem medietatem cum eius attinentiis tamquam colonus ad presens sub sua habet et obtinet cultura, ut dicebat, hereditarie supportaverunt fratri Huberto de Loen, priori pro tempore fratrum Carthusiensium domus Sancte Sophie ad Constantinopolim, site in parochia de Vucht, ad opus dicte domus, simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon ex parte dictorum quondam Herberti Hals et Eve, sue uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Ghysselen et Roever predictus, datum XIII[a] novembris.

R1272, fol. 247v-248r
14 november 1503
Willen van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum[16] sit universis quod cum Wolterus van der Rullen, filius quondam Henrici, peciam terre, partim arabilis et partim pascuis *(aldus)*, sitam in parochia de Berlijkem, ad locum dictum die Hasselt, inter hereditatem investiture de Berlijkem ex utroque latere, simul cum edificiis in dicta pecia terre consistentibus, simul eciam cum quodam integro fossato ibidem contigue et lateraliter coadiacente ad premissa spectante, et quod fossatum tendet a communi aqua ,die Aa vocata, usque ad communem plateam ibidem, insuper quoddam pratum cum quadam particula prati, een Crumde vocata, sibi lateraliter adiacente, situm infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, in loco dicto Den Nyevelair, inter hereditatem heredum quondam Gerisii Pannemeker alias de Herpen, Gerardi Peterszoen, Johannis Maeszoen et liberorum quondam Arnoldi Jan Arntszoen ex uno, et inter communem aquam, die Aa vocatam, ex alio et uno fine, tendens cum alio fine versus villam de Berlijkem et quendam pontem ligneum, dictum Die Hoigevonder, usque ad quoddam fossatum ibidem, insuper quandam aquam, dictam die Crumde, que curve tendit a dicta communi aqua, die Aa vocata, versus domum et aream dicti Wolteri ultra aquam ibidem situatam, vulgariter dicente ront om, usque ad dictam aquam, die Aa vocatam, et que aqua, die Crumde vocata, eidem Woltero pridem per opidum de Buscoducis ad proprium usum et commodum eiusdem Wolteri assignata est in recompensam de et super eo quod idem Wolterus expensis suis propriis et in lesionem dicte sue hereditatis supradictam aquam, die Aa vocatam, per et trans eandem suam hereditatem ad commune commodum recto tramite duxerat, hereditarie supportasset Rodolpho, filio quondam Nycolai van den Broeck, tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dicti Wolteri van der Rullen, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Rodolphus tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Elisabeth, sue uxoris, filie dicti Wolteri van der Rullen, premissa omnia sibi, ut premittitur, supportata prout eadem premissa cum suis iuribus, attinentiis ac quibuscumque pertinenciis supra eadem et inibi existentia, ad ipsum Rodolphum et dictam Elisabeth, suam uxorem, spectare dinoscuntur et ibidem consistunt, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Johannis de Nertingen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XIIII[ta] novembris.

---

[16] *in de linkermarge* A, *alsmede in de ondermarge*: Dictus Johannes de Nertingen super premissis sibi in contractu superscripto, littera A signato, supportatis ac toto iure ad opus Franconis de Langell, hereditarie renunciavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

R1272, fol. 248r
14 november 1503
Willen van den Bosch en Hendrik Kuyst

Franco, filius quondam magistri Franconis de Langhel, ab eodem et quondam Heilwige, sua uxore, filia dicti quondam Henrici van der Rullen, pariter genitus, in absentia dicti Johannis de Neertingen prebuit ad redimendum premissa omnia e iure proximitatis, et obtinuit.
Testes, datum iam supra.

R1272, fol. 248r
14 november 1503
Willen van den Bosch en Hendrik Kuyst

Idem Franco promisit super omnia et habenda dictum Johannem de Neertingen et eius bona de et a quibuscumque promissionibus et obligationibus ymmo veris et non fictis, in quibus ipse Johannes ex causa emptionis premissorum in dicto contractu A signato comprehensorum preter denarios per ipsum expositos sese ad dictum Rodolphum obligare promisit in conventione desuper inita necnon de lycopia, quam idem Johannes nondum, ut asseritur, solvit, sed dare promisit atque de quibuscumque aliis promissionibus per eundem Johannem ea occasione factis quovismodo atque dampnis indempem servare, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 248r
15 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Herberti, commorans in parochia Sancte Ode Rodensis, dudum condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarando inter cetera inibi contenta legasset Yde, uxori sue legitime, omnia alia et singula bona sua, mobilia et immobilia, hereditaria, parata et credita necnon quascumque alias actiones iuridicas, publice aut private coram quibuscumque personis inchoatas, nondum discussas neque diffinitas sed huicinde indecisas pendentes, quod illa ut prefertur bona Yda prefata posset et valebit de auxilio et consilio suorum huicinde amicorum alienare, vendere, resignare et transportare necnon actiones indecisas pubice aut occulte pendentes prosequi et finire secundum quoddam melius et expedire videbitur, ut videbatur in quodam instrumento publico contineri, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Yda cum tutore in presentia et de expressis consensu et voluntate ymmo eciam, ut dicebat, de consilio et auxilio domini Andree Persoens, vicarii pro tempore ecclesie parochialis de Erpe, Johannis Scoemekers Mathijszoen et magistri Henrici Ansems, tamquam mariti et tutoris legitimi Elisabeth, sue uxoris, filie naturalis quondam domini Arnoldi Scoemekers, tamquam proximorum amicorum dictorum Yde et quondam Johannis Herbertss., potens ad infrascripta, ut premittitur, premissa omnia et singula dicte Yde, ut premittitur, legata, demptis tamen de premissis et eidem reservatis huiusmodi domus utensilibus in quibus dictus quondam Johannes decessit, ut dicebat, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Theoderici dicti Wellens, simul cum dicto instrumento necnon quibuscumque aliis instrumentis, litteris et documentis mentionem inde facientibus et iure,occasione, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et Gerardi, sui filii, deponere.
Testes Kuyst et Roever, datum XV^{ta} novembris.

R1272, fol. 248r
11 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus[17] Godefridus iam premissa sibi, ut premittitur, supportata hereditarie supportavit michi ad opus dicti domini Andree Persoens, simul cum dictis litteris, aliis, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes Kuyst et Boert, datum XI[a] decembris.

R1272, fol. 248v
15 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Dominus Andreas, filius quondam Johannis Persoens, presbiter, et Godefridus, filius Theoderici Wellens, promiserunt ut debitores principales indivisi Yde, relicte quondam Johannis Herbertss., ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus Gerardi, filii eorundem Yde et quondam Johannis, quoad ius hereditarium, quod ipsi dabunt et solvent eidem Yde quamdium in humanis vixerit et post eiusdem Yde decessum dicto Gerardo hereditarium censum tredecim florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum de et ex pecia terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continente, dicti domini Andree, sita in parochia de Erpe, iuxta quoddam repagulum, dictum Den Boem, inter communitatem ex uno, et inter hereditatem reliquam dicti domini Andree ex alio, tendente ab hereditate Henrici, filii naturalis quondam domini Egidii Donckers, presbiteri, ad hereditatem Rodolphi Evertss.; item adhuc ex quadam alia pecia terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem domini Andree, sita ibidem, inter hereditatem reliquam dicti domini Andree ex uno, et inter communitatem ibidem ex alio et fine uno; item ex tercia parte ad dictum dominum Andream, ut dicebat, spectantem in quadam alia pecia terre, octo lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia predicta, ad locum dictum Empeldonck, inter hereditatem Johannis dicti Gieliss. et Nycolai, sui fratris, ex uno, et inter hereditatem Gerardi Bernyerssoen ex alio, tendente ab hereditate vicarie ecclesie de Erpe predicte ad hereditatem reliquam dicti domini Andree; item ex pecia terre dicti Godefridi, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Uden, in loco dicto Int Brede Stuck, inter hereditatem dicti domini Andree ex uno, et inter hereditatem Nycolai van der Afterdonck ex alio, tendente a communitate ad hereditatem domicelle Mechteldis de Doenen, ut dicebat. Promiserunt insuper super omnia et habenda indivisi warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor et dimidia libris pagamenti hereditarii census, una blancca necnon censu fundi ex dictis peciis dicti domini Andree, prius annuatim diversis personis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum XV[ta] novembris.

R1272, fol. 248v
15 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

[17] *deze akte is later in de ondermarge geschreven*.

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet terciatim scilicet dictum integrum censum cum et mediante ducentis consimilibus florenis Renensibus monete iam valuate, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Yda,cum tutore,pro se et pro dicto Gerardo, suo filio, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis promittentibus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem promittentes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Yde et suo filio predicto legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 248v
deze akte is onvolledig

Dicti dominus Andreas et Godefridus, filius quondam Theoderici Wellenss.

R1272, fol. 249r
15 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Godefridus, filius quondam Theoderici Wellenss., domum, aream, horreum et ortum ac agrum terre, dictum Den Brugacker, quatuor lopinatarum terre vel circiter, ac quendam alium agrum terre, duarum lopinatarum terre vel circiter, sibi mutuo quadam communi semita interiacente, coadiacentes, olim Johannis dicti Herberts, nunc vero ad ipsum Godefridum, ut dicebat, spectantes, sitos in parochia de Erpe, iuxta pontem ibidem, dictum Die Erpsche brugge, inter hereditatem Johannis Blaffarts Hermanszoen et Johannis dicti Joirdens ex uno, et inter communem stegam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem reliquam dicti Godefridi; item adhuc quendam agrum terre, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, olim dicti quondam Johannis, nunc vero dicti Godefridi, situm in eadem parochia ,ad locum dictum Op Empeldonck, inter hereditatem Leonii Willemss. van der Eycken ex uno, et inter hereditatem Theoderici Claeszoene et inter strepam quandam infrascriptam ex alio, tendentem ab hereditate Johannis Blaffarts Peterss. ad quoddam pratum Wolteri de Beeck; item iamdictam strepam terre, sitam ibidem inter hereditatem Theoderici Claeszoen ex uno, et inter hereditatem Petri Goessens ex alio, tendentem ab ultimodicto agro ad hereditatem Willelmi Smeets, ut dicebat, vendidit Henrico, filio quondam Henrici Mathijs van Beerwinckel alias dicti die Sceper, ab eodem, promittens et cum *(hierna ontbreekt* eo*)* dominus Andreas, filius quondam Johannis Persoens, presbiter, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis videlicet censu fundi, hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis Petro Claeszoen van Walbeeck, fabro, hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis,et ibidem tradenda, ac uno modio siliginis mensure de Erpe et ibidem tradendo, necnon tribus libris communis pagamenti, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, Johanni Coelborneer, que onera iam pretacta dictus Henricus exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Godefrido ac heredibus dicti quondam Johannis Herbertss. ad et supra se et bona sua ac supra bona reliqua, per dictum quondam Johannem relicta, dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Godefrido ad opus sui et ad opus dictorum heredum quondam Johannis Herbertss. repromisit.
Testes Kuyst et Roever, datum supra.

R1272, fol. 249r

15 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Dicti dominus Andreas et Godefridus, filius quondam Theoderici Wellens, palam recognoverunt et super *(aldus)* indivisi super omnia et habenda Yde, relicte quondam Johannis Herbertszoen, ad opus sui et ad opus Gerardi, sui filii, promiserunt quod ipsi dominus Andreas et Godefridus quecumque debita ymmo legittima *(aldus)* in quibus dictus quondam Johannes Herbertszoen tempore sui decessus quovismodo persolvere obligatus fuerat et tenebatur atque adhuc tenetur, dempto tamen debito in quo obligabatur domino Emondo Emontss., presbitero, dabunt et persolvent necnon dare et persolvere tenebuntur sic et taliter quod dictis Yde et Gerardo, suo filio, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuris.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Kuyst et Roever, datum XV^{ta} novembris.

R1272, fol. 249v
15 november 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Dominus Gerardus de Beest, canonicus ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, decem et quinque libras annui et hereditarii census, solvendas hereditarie Purificationis de et ex domo, domistadio et orto cum omnibus suis attinentiis, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Eelde, inter hereditatem Arnoldi Maes ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Henrici de Gael et plurium aliorum ex alio; item ex uno bonario terre, sito in parochia et loco predictis, cum uno latere inter hereditatem Lamberti Matheeuss. et cum alio latere inter hereditatem Luce van den Borne; item ex pecia terre, sita ibidem, inter hereditatem Ghysberti Yens. ex uno, et inter hereditatem Danielis van der Aa et plurium aliorum ex alio, pridem suportatas mihi, Petro de Os, ad opus dicti domini Gerardi de Beest ab Arnoldo, filio quondam Johannis Smeets de Lieshout, et Aleide, filie quondam Godefridi Byekens, sua uxore, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo, filio naturali quondam Nycolai Lybrechs., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, conditione tamen tali premissis annexa quod dictus Willelmus suique heredes ac possessores dictarum decem et quinque librarum nullo tempore futuro easdem decem et quinque libras petent, monebunt aut via iuris prosequentur ad et supra bona domicelle Christine, relicte quondam Rodolphi Dicbiers, occasione cuiusdam promissionis warandie, olim dicte Aleidi Byekens per dictam domicellam Christinam facte, prout dictus Willelmus recognovit et consentiit necnon super omnia et habenda Johanni de Balen ad opus eiusdem domicelle Christine promisit.
Testes Monix et Roever, datum XV^{ta} novembris.

R1272, fol. 249v
15 november 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Everardus dictus die Scaelmeker promisit super omnia et habenda dicto domino Gerardo de Beest decem libras monete a Purificationis proxime futuro ultra annum, totidem libras a Purificationis proxime futuro ultra duos annos necnon decem libras eiusdem monete atque septuaginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 249v
deze akte is onvolledig

Wolterus, filius quondam Willelmi Wouterssoen, domistadium quoddam quondam Theoderici die Bylant, situm in parochia de Kessel, inter hereditatem Boudewini dicti Poirtere, filii dicti quondam Theoderici de Bylant, ex uno, et inter hereditatem Rutgeri, filii Petri Bergers, ex alio, tendens cum utroque fine ad communitatem, quod domistadium predictum dictus Wolterus erga dictum Boudewinum dictum Poirtere, filium quondam Theoderici de Bylant, emendo acquisierat, prout in litteris, simul cum domo in dicto domistadio pronunc consistente, ut dicebat, simul cum dictis litteris et iuribus, dedit ad hereditarium censum octo et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quolibet terminis solutionis ad bursam communiter currente pro quolibet computando

R1272, fol. 250r
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Wolterus, filius quondam Willelmi Wouters, domistadium quoddam quondam Theoderici de Bylant, depost vero Boudewini dicti Poirter, filii eiusdem quondam Theoderici, nunc vero dicti Wolteri, situm in parochia de Kessel ,inter hereditatem dicti Boudewini ex uno, et inter hereditatem Rutgeri, filii Petri Bergers, ex alio, tendens cum utroque fine ad communitatem, dudum venditum dicto Woltero a dicto Boudewino ac Daniele, filio quondam Hermanni de Malsen, marito et tutore legitimo Yde, sue uxoris, filie dicti quondam Theoderici de Bylant, prout in litteris, simul cum domo pronunc in dicto domistadio consistente, ut dicebat, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Arnoldi Peterss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salvo tamen et dicto Woltero reservato suo hereditario censu quem ipse Godefridus prefato Woltero hodierna die exinde solvere promiserat iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Busco et Kuyst, datum XVI^{ta} novembris.

R1272, fol. 250r
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Godefridus promisit ut debitor principalis dicto Woltero quod ipse dabit et solvet eidem Woltero hereditarium censum octo et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis ad bursam communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro notanter de et ex domistadio et domo predictis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 250r
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut mediatim et mediatim, videlicet dictum integrum censum cum centum et viginti uno florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem eorum in moneta seu pecunia tempore redemptionis in Buscoducis communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Wolterus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Godefrido repromisit, hoc tamen salvo quod idem Godefridus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Woltero semper legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 250r
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Wolterus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Godefrido promisit necnon consentiit quod quodquod dictus Godefridus infra hinc et Nativitatis Domini proxime futuro de censu predicto redemerit et acquitaverit, quod hoc facere poterit saltem de illo redemptione absque censu annali exinde solvendo, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 250r
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Jacobi dicti sGreven, hereditarie vendidit domino Ysboldo van den Schoet, presbitero, hereditarium

R1272, fol. 250v
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Emondus, filius Ade dicti Damens., promisit ut debitor principalis domino Johanni, filio Thome Kaerlss., presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Johanni hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Martini hyemalis de et ex pecia arabili, sextariatam terre vel circiter continente, dicta Die Aenweynd, sita in parochia de Geffen, ad locum dictum Den Berch, inter hereditatem Petri Goessenss. ex uno, et inter hereditatem Rodolphi Jans Roelofss. ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Arnoldi, filii quondam Reyneri Colvensoen; item adhuc ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem Adriani Pouwelszoen ex uno, tendente ab hereditate Margarete, filie Arnoldi Peterss., ad hereditatem Arnoldi Roelofss.; item ex sextariata terre vel circiter, sita in dicta parochia, ad dictum locum Den Berch vocatum, dicta communiter Den Boyenwinckel, inter hereditatem dicti Adriani Pouwelss. ex alio, tendente ab hereditate Reyneri dicti sWevers ad hereditatem cuiusdam Elisabeth dicte Myns Jonckeren, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Busco et Kuyst, datum XVI^{ta} novembris.

R1272, fol. 250v
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Henricus, filius quondam Henrici dicti Bueckentops, et Christina, eius soror, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, cum tutore, unum iuger terre, situm in parochia de Kessel, in quodam campo ibidem, dicto Den Aftersten Creyenhoevel, inter hereditatem Petri dicti Arntszoen ex uno, et inter hereditatem Wolteri dicti Byecken Lambertssoen ex alio, tendente a quodam campo heredum quondam magistri Henrici de Kessel ad quandam stegam, dictam die Voirbroechsche Stege, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Arnoldo et Willelmo, fratribus, liberis quondam Willelmi dicti Lauwers, ab eisdem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum iuger terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 250v
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dicti Arnoldus et Willelmus, fratres, liberi quondam Willelmi dicti Lauwers, unum iuger terre, situm in parochia de Kessel, ad locum dictum Boven opten Vorsten Eerdt, in quodam campo ibidem, inter hereditatem Henrici et Christine, sue sororis, liberorum quondam Henrici Bueckentops, ex utroque latere, tendens a quadam stega, dicta die Voirste Eertstege, ad quandam aliam stegam ibidem, dictam die Myddelste Eertstege, ut dicebat, hereditarie vendiderunt dicte Christine, filie quondam Henrici Bueckentops, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum iuger terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 251r
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Anthonius et Petrus, fratres, liberi quondam Adriani Brieninx, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus conventus sororum tercie regule Sancti Spiritus, domus Sancte Elisabeth, site in Buscoducis, ad locum dictum After die Tolbrugge, decem et octo florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et dimidium modium siliginis mensure de Buscoducis, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos, et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.
Testes Busco et Kuyst, datum XVI^{ta} novembris.

R1272, fol. 251r
16 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Willelmus, filius quondam Johannis Voet, filii quondam Willelmi, potens ad hoc vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Johannis Voet, sui patris, ut dicebat, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate Jacobi Willemszoen, sui avunculi, atque Theoderici, filii quondam Christiani van den Velde, sui sororii, campum terre, duo bonaria terre paludialis vel circiter continentem, dictam Die Laeck, cum sua

lignicrescentia, situm in parochia de Scijnle, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Henrici Maessoen, ex uno, et inter hereditatem Johannis de Houthem ex alio, tendentem ab hereditate Arnoldi Demarszoen de Venrode ad hereditatem dicti Johannis Voet, filii quondam Willelmi, quem campum terre predictum dictus Johannes Voet erga Lambertum, filium quondam Ghiselberti dicti Roeverszoen van den Borne, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Wolteri dicti Nevens., fabro, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis Voet, sui patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper dictus Willelmus sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex dicto campo terre plus fore solvendum quam unus denarius, braspenninc communiter vocatus, census fundi dominio de Helmont, annuatim exinde e iure solvendus, ut dicebat, quod dictus Willelmus hoc plus prefato Johanni, filio quondam Wolteri Neven, fabro, penitus deponet, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 251r
16 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Theodericus et Jacobus, fratres, et Jutta, eorum soror, liberi quondam Godefridi dicti Hannensoen, pellificis, cum tutore, peciam prati, sitam in parochia de Helmont, in loco dicto In den Wert, inter hereditatem Nycolai dicti Wielman ex uno, et inter aquam, dictam die Aa, ex alio, tendentem cum uno fine ad hereditatem Pauli de Vlederacken, quam peciam prati predictam Theodericus, filius quondam Andree dicti de Groetel, erga Johannem van der Heyden, filium quondam Johannis dicti Peterss., et Petrum, filium dicti Johannis Peterss., et Willelmum van den Roesken, maritum et tutorem legitimum Hille, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Peterss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Johanni, filio quondam Henrici dicti Heylen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Godefridi, eorum patris, necnon ex parte suorum heredum et successorum atque ex parte sororis Johanne, filie dicti quondam Godefridi Hannen, sororis professe conventus sororum Regularissarum, siti prope Helmont, in loco dicto In den Hage, ac eiusdem conventus necnon ex parte dicti quondam Theoderici de Groetel et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 251v
17 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Emondus, filius quondam Johannis die Keyser, filii quondam Johannis, quatuor sextaria siliginis annue et hereditarie pactionis mensure de Buscoducis de hereditaria pactione quinque sextariorum siliginis de hereditaria pactione sex sextariorum siliginis dicte mensure, quam pactionem sex sextariorum siliginis iamdictam Aelbertus, filius quondam Henrici dicti de Woenssel, promiserat se daturum et soluturum Johanni Kanapart, filio quondam Lodovici, anno quolibet hereditarie Omnium Sanctorum et in Buscoducis traditurum de et ex domo, area et orto ac dimidio iugere terre sibi adiacente, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Cortvoirt, inter hereditatem olim Trude, filie quondam Boudewini dicti Bollens, depost Henrici dicti Daems ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti Crabbart, filii quondam

Theoderici dicti Venbosch, ex alio, et que quatuor sextaria siliginis hereditarie pactionis predicta dictus Johannes die Keyser, filius quondam Johannis, erga Reymboldum, filium Theoderici Lambertszoen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Hermanno, filio quondam Rodolphi dicti Arntszoen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XVII[a] novembris.

R1272, fol. 251v
17 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Theodericus van den Hoevel, filius quondam Theoderici, hereditarum censum decem librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sextariatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Wybosch, in loco dicto Lodewychs Brake, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis de Gerwen, , et uno fine et inter hereditatem Hadewigis, filie quondam Henrici de Houthem, ex alio, necnon ex pecia terre arabilis, sex et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, in loco dicto Die Hulschebraken, inter hereditatem Johannis van den Venne ex uno, et inter hereditatem Willelmi, filii Arnoldi de Zochel, ex alio, quem censum predictum dictus Theodericus van den Hoevel, filius quondam Theoderici, erga Arnoldum, filium quondam Johannis van der Heyden, acquisierat, prout in litteris; insuper hereditarium censum duarum librarum monete predicte, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex dictis domo, area et orto, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen dWybosch, inter hereditatem dicte Hadewigis, filie quondam Henrici van der Haut, ex uno, et inter hereditatem dicte Elisabeth de Gerwen ex alio; insuper ex agro terre, dicto Die Hulschebrake, sito ibidem, inter hereditatem dicti Johannis van den Venne ex uno, et inter hereditatem dicti Willelmi de Zochel ex alio, quem censum duarum librarum iamdictum dictus Theodericus van den Hoevel erga dictum Arnoldum, filium quondam Johannis van der Heyden, adhuc acquisierat, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Mechteldi, filie quondam Theoderici de Berlijkem Alartss., begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 252r
17 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Wolterus de Vucht dedit Ghiselberto die Bruyn Henricxzoen potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 252r
18 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Lambertus, filius quondam Johannis Pouwelszoen, Johannes dictus de Luet, filius quondam Theoderici, et Rodolphus de Gestel, filius quondam Henrici,

tamquam magistri et rectores fabrice capelle Sancti Cornelii, site in Buscoducis, ad aggerem Vuchtensem, inter ambas portas ibidem, hereditarie vendidissent Henrico van den Kerchoff, filio quondam Henrici, hereditarium censum duodecim librarum monete, estimandos in annali solutione aureos florenos Renenses ad XXX^{ta} stuferos, denarium dictum tdobbel vueryseren ad duos et dimidium stuferos, et alias pecunias nae advenande, solvendum anno quolibet hereditarie quarta augusti ex quinque cameris cum earum fundis sibi finaliter adiacentibus, ad dictam capellam spectantibus, sitis in Buscoducis, ad aggerem Vuchtensem, inter ambas portas ibidem, atque de et ex domo, area et orto dicti Lamberti dicti in den Valck, sitis in Buscoducis, ad dictum vicum Vuchtensem, item ex domo, area et orto dicti Johannis de Luet, sitis ibidem, item ex domo, area et orto dicti Rodolphi, sitis ibidem, prout in litteris, et cum deinde dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisisset quod iidem venditores dictum censum redimere possent perpetuis temporibus cum sexaginta sex florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, necnon quatuor consimilibus stuferis in moneta predicta, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Lambertus et Rodolphus supradictam potestatem redimendi censum predictum hereditarie supportaverunt Jacobo van den Wyel, Ghysberto Olyslegers Janss. et Lamberto, filio quondam Griffonis van den Berge, tamquam magistris et rectoribus pro tempore dicte capelle, simul cum dictis *(aldus)* et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Johannis in dicta potestate deponere. Quo facto iidem Jacobus, Ghiselbertus et Lambertus nomine quo supra palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis Lamberto et Rodolpho ad opus eorum et dicti Johannis de Luet promiserunt quod ipsi Jacobus, Ghiselbertus et Lambertus, filius quondam Griffonis, dictum censum exnunc deinceps dabunt et solvent ac rediment et acquitabunt dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod dictis Lamberto, Johanni de Luet et Rodolpho ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Kuyst et Roever, datum XVIII^{a} novembris.

R1272, fol. 252r-252v
18 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Elisabeth, relicta quondam Johannis Bueckentop, in presentia et de expressis consensu et voluntate Lamberti, sui fratris, filii quondam Lamberti de Luyssel, tamquam coexecutore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Johannis, cum tutore, potens ad infrascripta vigore eiusdem testamenti, ut dicebat, medietatem ad ipsam, ut dicebat, spectantem in tribus hont terre vel circiter, sitis in parochia de Maren, ad locum dictum Opt Vranckmeer, inter hereditatem domini Johannis van den Wyer, presbiteri, ex uno, et inter hereditatem Aelberti Janss. et Marcelii Ghysbertszoen ex alio, tendentibus ab quadam stega, dicta die Vranckmerdyck, ad hereditatem quandam hereditatem *(aldus)* Die Slijckuyl, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Petri, filii quondam Arnoldi Peterss., ab eodem, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aquedictibus infra terram situatis et ad dictam medietatem e iure spectantibus, ut dicebat.
Testes Kuyst et Roever, datum XVIII^{a} novembris.

R1272, fol. 252v-253r
18 november 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Elisabeth, relicta quondam Johannis Bueckentop, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Johannis, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate Lamberti, sui fratris, filii quondam Lamberti de Luycel, tamquam coexecutoris testamenti pretacti, ut apparebat, domum et aream, sitas in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem Godefridi dicti Sceyvel, filii quondam Johannis dicti Sceyvel, ex uno, et inter hereditatem Willelmi dicti Back Mathijszoen ex alio; insuper quemdam exitum sive viam, situm in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem Coenrardi dicti Hollander, calopodiarii, et inter hereditatem Henrici dicti de Os, sutoris, filii quondam Franconis, atque quandam particulam hereditatis conventus Predicatorum in Buscoducis, tres pedatas in latitudine continentem, mensurantem a stillicidiis posteriorum domorum dicti Henrici et cuiusdam dicti Yevels de Berlijkem, tendentem a dicto transitu sive via versus quandam viam ibidem ordinandam in reliqua hereditate dicti conventus, tendentem a dicto vico Hynthamensi versus communem aquam ibidem fluentem, simul cum iure utendi iamdicta via et quodam gradu ibidem ordinando ad finem dicte vie iuxta dictam aquam, dudum supportatos Johanni dicto Lysscop, filio quondam Johannis dicti Lysscop, a Francone, filio quondam Henrici dicti van Os, filii quondam Franconis dicti van Os, prout in litteris; insuper ortum quemdam olim conventus fratrum Predictatorum in Buscoducis, situm in Buscoducis, iuxta vicum Hynthamensem, quo itur a porta Captivorum versus ecclesiam Sancti Johannis contigue iuxta et retro domum, aream ac hereditatem dicti quondam Johannis Bueckentop, inter hereditatem Martini Coenen, calopodiatoris, versus dictam ecclesiam ex uno, et inter transitum et reliquam hereditatem dicti conventus ibidem, situm ad latus versus portam Captivorum ex alio, tendentem ab hereditate supradicti Johannis Bueckentop retrorsum usque ad communem aquam, die Dyeze vocatam, ibidem fluentem, et qui ortus predictus contigue iuxta hereditatem dicti Johannis Bueckentop viginti pedatas in latere continet et sic mensurante ab eadem hereditate eiusdem Johannis linealiter retrorsum ad longitudinem quadraginta trium pedatarum, videlicet usque ad palum quendam ibidem terre infixum, videlicet ad illum palum, qui propinquius consistit hereditati Martini Coenen predicti, et qui palus distat a dicta hereditate Martini Coenen predicti ad spacium decem et novem pedatarum, et tunc ulterius a quodam alio palo ibidem terre infixo, qui consistit ad spacium quatuor pedatarum per modum cuiusdam differencie, dicte een clyncke, propinquius transitu seu relique hereditati dicti conventus, linealiter mensurante retrorsum usque ad tercium palum, qui consistit in fine dicti orti iuxta murum, dictum den werff, ad distanciam quatuor pedatarum a ponte ligneo dicti conventus supra dictam aquam ibidem situato, simul cum quadam particula hereditatis, sumpta de hereditate reliqua, ac transitu eiusdem conventus, quatuor pedatas in latitudine et octo pedatas in longitudine continente, mensurante a dictis duobus primis palis antrorsum, illam scilicet particulam hereditatis que sita est ibidem, inter dictum ortum ex uno, et fine uno et inter dictum transitum et reliquam hereditatem dicti conventus ex alio et fine reliquo, quemadmodum dicti ortus et particula hereditatis sive terre ibidem siti sunt et palati iacent, dudum venditi dicto Johanni Buekentop a magistro Matheo de Rycartsfoirt, doctore Sacre Pagine, priore, fratribus Boudewino van Nedervenne, suppriore, et Petro Reyneri, conventuali dicti conventus fratrum Predicatorum in Buscoducis, prout in aliis litteris, prout et quemadmodum dictus quondam Johannes Bueckentop tempore vite sue premissa possedit et in eisdem decessit, ut dicebat, hereditarie supportavit Rovero, filio quondam Godefridi Roeverss., cyrothecario, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus, promittens cum tutore et cum ea dictus Lambertus, eius frater, filius quondam Lamberti de Luyssel, indivisi sub obligatione domus, aree et orti ac domus posterioris, sitorum in Buscoducis, supra aggerem Vuchtensi, infra portas ibidem, inter hereditatem Arnoldi dicti Haemekers ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Wolteri de Haren ex alio, tendentium a communi vico retrorsum ad aquam ibidem retro

fluentem, et ulterius super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci atque diversis hereditariis censibus ad summam decem et novem librarum monete taxatis, ex premissis e iure solvendis, exceptis inquam conditionibus, recognicionibus et promissionibus in dictis litteris contentis, quas conditiones, recognitiones et promissiones dictus Roeverus adimplebit et adimplere tenebitur absque dampnum eiusdem Elisabeth et bonorum eiusdem, prout idem Roverus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte Elisabeth repromisit.
Testes Kuyst et Boert, datum XVIII[a] novembris.

R1272, fol. 253r-253v
20 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius quondam Henrici de Dommelen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Josephe, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Arnoldi die Goedewert, promisit ut debitor principalis Katherine, filie quondam Willelmi Engbrechszoen van den Yevelair, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum dicte Katherine, genitorum et generandorum, quod ipse dabit et solvet eidem Katherine quoad eius usufructum, atque dictis suis liberis quoad ius hereditarium, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex quinta parte dicto promittenti, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac hereditatibus sibi invicem adiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum Den Hoeck, inter hereditatem heredum quondam domini Geerlaci van der Donck, canonici Traiectensis, ex uno, et inter hereditatem Henrici Hoernken ex alio, tendentibus a communi aqua, die Aa vocata, ad communitatem; item adhuc ex quinta parte ad eundem promittentem spectante in pecia prati, unum et dimidium bonaria terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem Thome Meliszoen ex uno, et inter hereditatem Johannis die Goedewerdt predicti ex alio, tendente ab hereditate dicti Henrici Hoernkens et quorundam aliorum ad hereditatem dicti Thome Meliszoen; item de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in dicta parochia de Erpe, in dicto loco, In den Hoeck vocato, inter hereditatem Johannis Joirdens ex uno, et inter hereditatem Gerardi dicti Goertkens ex alio, tendente ab hereditate dicti Johannis Joirdens ad communitatem, ut dicebat. Promisit insuper et cum eo dictus Johannes, filius quondam Arnoldi die Goedewerdt, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno grosso antiquo ac uno modio siliginis hereditarie pactionis ex primodictis integris domo, area, orto et hereditatibus eis adiacentibus, item duobus stuferis ex dicta integra pecia prati atque censu fundi ad novem stuferos taxato, et hereditario censu quinque librarum pagamenti ex secundodictis domo, area, orto ac hereditatibus, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Monix, datum XX[a] novembris.

R1272, fol. 253v
20 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul unapariter quemlibet videlicet modium cum et mediante triginta sex et dimidio peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis, et alios

denarios seu pecuniam nae advenande secundum illam estimationem et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Katherina, cum tutore, nomine sui et ex parte dictorum suorum liberorum hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico de Dommelen promisit, hoc tamen salvo quod idem Henricus huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefate Katherine legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 253v-254r
20 november 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Arnoldi die Goedewerdt, promisit quod ipse Henricus eundem Johannem et eius bona de predicta promissione atque dampnis indempnem servabit necnon quod ipse Henricus eandem pactionem infra spacium quinque annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente redimet et acquitabit ac redimere et acquitare tenebitur absque aliqua contradictione.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 254r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum Everardus, filius Jacobi de Stiphout, cultellificis, medietatem integre hereditatis quondam Rodolphi dicti de Zulikem, site in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem quondam Adulphi dicti Schulcken ex uno, et inter hereditatem quondam Johannis dicti Sparre ex alio, illam scilicet medietatem vel quasi eiusdem integre hereditatis que sita est in latere versus Hyntham, proxime iuxta hereditatem olim Johannis dicti Sparre, simul cum domo in eadem medietate vel circiter consistente, necnon medietatem muri stantis inter domum predictam et inter aliam domum in eadem hereditate stantem, simul cum stillicidio eiusdem domus versus hereditatem quondam Johannis Sparre, et que domus et area cum particula orti sibi adiacente ac puteo ibidem consistente, pronunc siti sunt ibidem in dicto vico, inter hereditatem reliquam dicti Everardi ex uno, et inter hereditatem dicti Jacobi de Stiphout, cultellificis, ex alio, et tendent a communi platea ad dictum puteum, inclusive simul cum censibus, prius exinde solvendis et depost redemptis et acquitatis, hereditarie supportasset Henrico, filio quondam Wolteri Janszoen, vitrifici, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Luytgardis, relicta dicti quondam Henrici, filii quondam Wolteri Janss., cum tutore, usufructum si *(aldus)* competentem in tercia parte premissorum in illa scilicet tercia parte que Beatrici, filie Luytgardis et quondam Henrici predictorum, per et post mortem dicti quondam Henrici, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est et que eidem Beatrici per et post mortem dicte Luytgardis, sue matris, adhuc advoluenda est, ut dicebat, legitime supportavit eidem Beatrici, sue filie, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XXI[a] novembris.

R1272, fol. 254r-254v
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum[18] sit universis quod cum ita actum esset, ut in contractu iam precedente usque ibi constituta, et tunc sic et cum deinde Johannes, filius dictorum Luytgardis et quondam Henrici, terciam partem ad ipsum in premissis spectantem hereditarie supportasset dicte Luytgardi, sue matri, prout in diversis litteris, cumque depost fratres Theodericus de Diedem, prior conventus fratrum Predictatorum infra Novamagium, magistri Adrianus et Johannes van der Meer, doctores sacre theologie, frater Jacobus ten Have, supprior, atque frater Anthonius de Lothem, procurator, ac communes confratres dicti conventus pro se et pro suis successoribus ac nomine fratris Henrici, filii dictorum Luytgardis et quondam Henrici, filii quondam Wolteri Janss., conventualisque conventus predicti, ad premissa vendendum plenarium eorum dicte Luytgardi dedissent consentum, ut videtur in litteris sigillo dicti conventus sigillatis lacius contineri, et cum eadem Luytgardis usufructum sibi competentem in tercia ad Beatricem, suam filiam, spectante, hodierna die supportasset eidem Beatrici, sue filie, prout in aliis litteris, constitute igitur coram scabinis infrascriptis dicte Luytgardis et Beatrix, eius filia, cum tutore, premissa dicto Henrico, filio quondam Wolteri Janss., per prius, ut premittitur, supportata, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus dederunt ad hereditarium censum Matheo, filio quondam Arnoldi die Gruyter, ab eodem, iure hereditario habendum et possidendum pro censu fundi domino duci, hereditario censu sex et dimidie librarum monete heredibus quondam Godefridi van der Aelsvoert, hereditario censu triginta quinque solidorum dicte monete Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, et hereditario censu trium librarum dicte monete heredibus quondam Egidii de Broechoven Martenszoen alias des Cangieters, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dando et solvendo ab alio *(aldus)* terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu viginti et dimidie librarum dicte monete, dandis et solvendis dictis Luytgardi et Beatrici, ab alio anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittentes cum tutore indivise super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte earum et dicti quondam Henrici et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promiserunt insuper indivise sub obligatione premissa in casu quo imposterum iuridice inventum fuerit de et ex premissis plus fore solvendum quam onera superius narrata, quod eedem Luytgardis et Beatrix hoc plus prefato Matheo penitus deponent; quo facto, dictus Matheus repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dictis Luytgardi et Beatrici dictum hereditarium censum viginti et dimidie librarum monete predicte anno quolibet hereditarie terminis solutionis predictis de et ex premissis, atque quod ipse Matheus supradicta antiqua onera videlicet censum fundi, hereditarium censum sex et dimidie librarum, hereditarium censum triginta quinque solidorum et hereditarium censum trium librarum dicte monete supradictos, elapso Nativitatis Baptiste proxime futuro, extunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis Luytgardi et Beatrici ad et supra se et bona sua ac bona, per dictum quondam Henricum relicta, dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout idem Matheus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Luytgardi et Beatrici adhuc promisit.
Testes Busco et Kuyst, datum XXI[a] novembris.

R1272, fol. 254v

[18] *in de marge fol. 254v, d.d. 17 maart 1621:* Dezen chijns van twintich ende een halff ponden payment hier inne begrepen is gelost bij Jannen Corneliss. van Roden aen Jannen van Lith genoemt de Jode cum suis, als naerder blijct bij scepenequitancie desen dage daer van gepasseert. Actum den XVII[n] martii XVI[C] XXI. Me teste. A. van Heesch.

21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Matheus promisit ut debitor principalis dictis Luytgardi et Beatrici, sue filie, quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 254v-255r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Matheus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum eisdem Luytgardi et Beatrici, sue filie, ad spacium trium annorum festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste proxime futurum sine medio sequencium quolibet dictorum annorum sex libras monete, et pro
primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et sic deinceps dicto annorum spacio durante.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Matheus promisit adhuc super omnia et habenda eisdem Luytgardi et Beatrici quadraginta duos consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Johannes, filius quondam Johannis dicti de Weerdt alias dicti die Witte, filii quondam Johannis dicti Scepers, et Ghiselbertus dictus die Cock, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis de Weerdt, domistadium quoddam, viginti unam pedatas ubique in latitudine continens, situm in Buscoducis, ultra pontem dictum Tolbrugge, inter hereditatem Franconis Carpentarii ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti Vyfvoet, textoris lineorum, ex alio, quod domistadium tendit a quadam via ibidem tendente, sumpta et ordinata de hereditate Theoderici dicti Roever, filii quondam domini Johannis Roever, militis, retrorsum usque ad hereditatem Hermanni dicti Winricx, et que via continet et continebit ubique in latitudine viginti duas pedatas cum pleno iure utendi dicta via, pridem supportatum Petro, filio quondam Johannis dicti Scepers, ab Arnoldo, filio Gerardi dicti Stevenss. de Bathenborch, prout in litteris, simul cum edificiis pronunc desuper consistentibus, et quod domistadium cum suis edificiis predictis pronunc situm sunt *(aldus)* ibidem inter hereditatem Henrici de Uden ex uno, et inter hereditatem Anthonii Boest et eius liberorum ex alio, et tendit a communi platea ad hereditatem magistri Johannis de Vladeracken, prout premissa ibidem sunt, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Geerlaco, filio quondam Johannis dicti de Rycxtel, scriniparo, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et

impetitionem ex parte eorum et dicte Elisabeth necnon ex parte dicti quondam Petri, fratris dum vixit quondam Johannis de Weerdt, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Geerlacus promisit super omnia et habenda dictis Johanni et Ghiselberto die Cock viginti unam libras monete et quadraginta novem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Geerlacus promisit super omnia et habenda adhuc eisdem Johanni et Ghiselberto quatuordecim libras monete et quadraginta novem consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255r
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Idem Geerlacus promisit super omnia et habenda adhuc eisdem Johanni et Ghiselberto die Cock septem libras monete et quadraginta novem consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255v
21 november 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Geerlacus promisit super omnia et habenda adhuc dictis Johanni et Ghiselberto die Cock septuaginta tres et dimidium consimiles peters Katherine virginis et martiris proxime futuro persolvendos.
Testes Busco et Kuyst, datum XXI^{a} novembris.

R1272, fol. 255v
21 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Magister Willelmus de Busco quoscumque suos census, redditus et pactiones sibi a quibuscumque personis de tribus annis ultimo elapsis restantes et insolutos, ut dicebat, de eisdem tribus annis monuit.
Testes Kuyst et Boert, datum XXI^{a} novembris.

R1272, fol. 255v
21 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem magister Willelmus quascumque venditiones, alienationes et obligationes factas cum quibuscumque bonis quorumcumque debitorum eiusdem magistri Willelmi calumpniatus est coram scabinis infrascripti.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 255v-256r
21 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Nos Kuyst et Boert, scabini in Buscoducis, notum facimus universis quod nos quasdam litteras scabinorum de Buscoducis non rasas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, sed veris et integris sigillis scabinorum in eisdem litteris contentorum rite sigillatas vidimus legique audivimus tenorem qui sequitur in hunc modum continentem, Wolterus, filius quondam Willelmi dicti Cantor, legitime et hereditarie vendidit Ghiselberto dicto van Loen, filio quondam Arnoldi dicti van Loen, annuam et hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie in festo Purificationis Beate Marie Virginis,et in Buscoducis tradendam et deliberandam de et ex quodam manso dicti venditoris, dicto dat goet te Dyepvenne, sito in parochia de Tilborch, ad locum, dictum Velthoven, iuxta molendinum venti ibidem, et ex attinenciis dicti mansi singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis; item de et ex pecia prati, tria bonaria prati vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum Broechoven, inter hereditatem Reyneri dicti van Broechoven ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Mathei dicti Maessoen ex alio; item de et ex pecia terre, decem lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, in loco dicto In die Schyve, inter hereditatem Willelmi dicti van Wyflet ex uno latere et inter hereditatem monasterii de Tongerloe ex alio; item ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, undecim lopinatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Torvel, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Henrici dicti Hermanssoen, ex uno latere, et inter communem plateam ex alio latere, ut dicebat, ab eodem emptore iure hereditario habendam et possidendam dictamque pactionem dictus venditor prefato emptori supportavit et effestucando resignavit modo in talibus consueto, promittens dictus venditor ut debitor principalis super se et bona sua omnia quod ipse dicto emptori de premissa pactione debitam et iustam prestabit warandiam et quod ipse dicta contrapignora pro solutione dicte pactionis prefato emptori annuatim exinde, ut dictum est, solvende sufficientia beneque valentia semper efficiet et satissecura. Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Johannes de Craendonck, filius Lodovici, et Reynerus Loden, filius Reyneri, datum quinta die mensis augusti, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio. Quibus litteris sic a nobis scabinis primodictis visis, ut premittitur, et auditis, constitutus igitur coram nobis magister Willelmus de Busco, noster conscabinus, qui tamquam proprietarius pro tempore dicte pactionis duorum modiorum siliginis ad maiorem et certiorem noticiam de eiusdem pactionis contrapigneribus habendam et obtinendam constituit et ordinavit Johannem van den Wouwer, scultetum in Tilborch, et Jacobum Aelwijns, incola ibidem, in suos procuratores et factores, dans et concedens eisdem Johanni et Jacobo et eorum cuilibet plenam et liberam potestatem pariter et auctoritatem ac mandatum speciale pro eo ac nomine sui de dictis contrapigneribus pactionis predicte inquisitionem faciendi eademque contrapignora colligendi necnon cognitiones de eisdem

recipiendi, ac dehinc litteras certificatorias desuper expediri a scabinis loci petendi atque omnino prosequendi quod in eisdem necessarium fuerit et oportumum, et quod dictus magister Willelmus facere posset, si personaliter presens esset. In cuius rei testimonium, nos scabini primodicti sigilla nostra hiis presentibus litteris duximus appendendere. Datum autem visionis nostre predictarum litterarum ac constitutionis supradicte vicesima prima die mensis novembris anno Domini millesimo quingentesimo tercio.

R1272, fol. 256r-256v
21 november 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Notum sit universis quod cum magister Engbertus, filius quondam Symonis Sceenkens, ab eodem Symone et quondam Theoderica, eius uxore, filia quondam Ambrosii, filii quondam Johannis van der Stegen, pariter genitus, et Aelbertus, filius quondam Johannis, filii quondam Aelberti Valkens. de Maren, tamquam maritus et tutor legitimus Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Symonis et Theoderice predictorum, in presentia et cum expressis consensu et voluntate magistri Willelmi et Gerongii, fratrum, liberorum quondam Petri, filii quondam Gerongii van den Bossche, magistri Johannis, filii quondam Nycolai van der Stegen, Johannis Quant, filii quondam Jordani, et Ghysberti, filii quondam Henrici die Bruyn, tamquam proximorum de linea et sangwine dicti magistri Engberti, duas tercias partes totamque partem et omne ius ad ipsos spectantes in quodam manso, sito in parochia de Berlijkem, in loco dicto Die Hasselt, videlicet domo, area, orto ac pecia terre hupuli, dicta een hopvelt, sibi adiacente atque pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente, pecia terre campo terre cum suo aqueductu, dicto waterlaet, dicto Die Horst, atque iuribus et attinentiis dicti mansi singulis et universis, quocumque locorum situatis, prout et quemadmodum dictus mansus ibidem situs est et pridem ad Ambrosium, filium quondam Johannis van der Stegen, depost ad eius heredes spectabat et quidam Johannes Voet eundem mansum sub sua habuit cultura, hereditarie supportassent Philippo, filio Petri, filii quondam Wolteri sHeren, marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, filie Symonis et quondam Theoderice predictorum, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Philippus, tamquam maritus ut iam supra, supradictum mansum simul cum singulis suis iuribus et attinentiis predictis hereditarie supportavit Petro, filio quondam Engberti Peterss., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Aleidis, sue uxoris, deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit de et ex manso et eius attinenciis predictis plus fore solvendum via iuris quam hereditaria pactio dimidii modii siliginis Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, hereditaria pactio novem sextariorum siliginis Marcelio die Molleneer, hereditarius census duodecim librarum monete conventui Beatarum Marie Virginis et Brigitte vidue, op Caudewater, hereditarius census duarum librarum monete predicte et duarum quartarum vini et duarum librarum tritici, dicti pepercoeren, ecclesie de Berlijkem, hereditarius census triginta solidorum monete predicte heredibus quondam Gerardi van der Koeveringen, hereditarius census quatuor librarum dicte monete cuidam hospitali de quo dominus Rodolphus Coenen gubernator et rector est, hereditarius census octuaginta octo solidorum dicte monete capitulo ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, hereditarius census unius libre dicte monete heredibus quondam Johannis Bouwenss., hereditarius census unius denarii, dicti stuver, ecclesie de Roesmalen, due et dimidia libre antique pecunie dicte Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, atque triginta solidi pagamenti Busciducensis confraternitati Beate Marie in ecclesia Sancti Johannis predicta, annuatim exinde e iure solvendis, quod dictus Philippus hoc plus prefato Petro penitus deponet et deponere tenebitur et poterit, dando videlicet pro quolibet denario sic plus invento viginti

consimiles denarios aut valorem eorundem, hoc eciam salvo in casu quo eciam inventum fuerit iuridice imposterum ex premissis minus solvendum fore quam dictum est, quod hoc sic minus inventum dicto Philippo et ad eius commodum eius verso cedet et cedere debeat.
Testes Boert et Erpe, datum XXII^{da} novembris.

R1272, fol. 256v-257r
22 november 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Philippo ad spacium quatuor annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum decem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet huiusmodi peters computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et sic deinceps dicto annorum spacio durante.
Testes Boert et Erpe, datum vicesima secunda die mensis novembris.

R1272, fol. 257r
22 november 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto Philippo centum ac septuaginta quatuor consimiles peters a Nativitatis Domini proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 257r
22 november 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Ghysbertus, filius quondam Willelmi Ghysbertszoen, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Cornelie, sue uxoris, filie quondam Johannis Haer, et ipsa Cornelia cum eodem Ghiselberto, suo marito, tamquam cum suo tutore, cameram quandam, olim Christiani van den Doeren, filii quondam Theoderici, sitam in Buscoducis, in vico dicto Arnt Berwouts straet, inter quandam aliam cameram dicti Christiani ex uno et inter hereditatem Ghysberti die Zackdreger ex alio, simul cum iure utendi quadam cloaca ibidem, stante retro dictas cameras et in hereditate dicti Ghysberti die Zackdreger, quam cameram simul cum iure utendi cloaca predicta dicta Cornelia, filia quondam Johannis Haer, erga dictum Christianum van den Doeren dudum ad censum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Margarete dicte Borman, filie quondam Adriani Janss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 257r
23 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Petrus, filius quondam Johannis dicti Peterss. de Broegel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti van den Akar, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Theoderici Toelinck, ad opus sui quoad eius usufructum et

ad opus Engberti, eius filii, quoad ius hereditarum, annuum et hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Martini hyemalis de et ex pecia prati, dicta Den Dickerschen beempt, tres diurnatas prati vel circiter continente, sita in parochia de Essche, infra pontes ibidem, inter quoddam pratum, dictum Den Postel, diversorum hominum ibidem ex uno et inter aquam ibidem fluentem, dictam die Aa, ex alio, ut dicebat, ab eodem, promittens insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXIII[a] novembris.

R1272, fol. 257r
23 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue quamlibet videlicet huiusmodi librarum cum et mediante sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus pro se et dicto Engberto, suo filio, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromisit, hoc tamen salvo quod idem Petrus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Henrico, si vixerit, alioquin dicto Engberto legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 257r-258r
23 november 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Arnoldi dicti van der Wyst, Johannes, eius frater, filius dicti quondam Arnoldi, Egidius, filius quondam Johannis Bogarts, Henricus, filius quondam Henrici dicti de Tuyll, Erembertus, filius quondam Wellini dicti Erenberts, Petrus, filius eiusdem quondam Wellini Erenberts, Petrus, filius quondam Robberti Peterszoen, Gerardus, filius quondam Henrici dicti Ruelenss., et Nycolaus, filius quondam Johannis dicti de Tyell, hereditarie vendiderunt Theoderico et Arnoldo, fratribus, liberis quondam Godefridi de Vechel, ad opus Geertrudis, eorum matris, relicte dicti quondam Godefridi de Vechel, hereditarium censum decem et octo florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo, aureos florenos cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, pro XX[ti] novem stuvers, novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis tradendum de et ex pecia terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente, dicti Henrici van der Wyst, sita in parochia de Nysterle, ad locum dictum Int Neder Velt, opten Gruenen Wech, inter hereditatem Gerardi, filii iamdicti Henrici van der Wyst, ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Cuylman ex alio, tendente a via quadam, dicta den Gruenen Wech, ad hereditatem Geertrudis, relicte quondam Rutgeri Bogarts; item de et ex pecia terre, duas et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, filii quondam Arnoldi van der Wyst, sita in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Johannis dicti Spierinx ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Abenzoen cum pluribus aliis ex alio, tendente ab hereditate Arnolde, relicte quondam Willelmi Beytels, et

eius liberorum ad hereditatem Lamberti dicti Rommen; item de et ex pecia terre, quatuor et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, dicti Egidii, sita in parochia predicta, in loco dicto Int Mydell Velt, inter hereditatem Henrici dicti Lede Janss. ex uno et inter hereditatem Petri, filii quondam Wellini Erenbertss., predicti, ex alio, tendente a communi platea ad communem viam ibidem; item de et ex pecia terre, novem vasatas terre vel circiter continente, dicti Henrici de Tuyll, sita in dicta parochia, in loco dicto Int Knotter, inter hereditatem heredum quondam magistri Johannis Monix ex uno et inter hereditatem heredum quondam Theoderici Geritszoen ex alio; item de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duodecim vasatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti Erenberti, sitis in eadem parochia, in loco dicto In de Hoeven, inter hereditatem sororum Regularissarum conventus de Bethania, siti in Buscoducis ,ad locum dictum Aen den Wyntmoelenberch, ex uno et uno fine et inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi van der Wyst ex alio, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item de et ex domo, area, ovili, orto ac hereditate sibi adiacente, tres vasatas terre vel circiter pariter continente, dicti Petri, filii Wellini Erenberts, sitis in eadem parochia de Nysterle, ad locum dictum Op Delft, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Arnoldi van der Wyst, ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus ad hereditatem Johannis, filii Wellini Erenbertss., cum fine reliquo; item de et ex pecia terre arabilis, tres vasatas terre vel circiter continente, dicti Petri, filii quondam Robberti Peterss., sita in parochia predicta, in loco dicto Int Kerckvelt, by tHagelcruys, inter hereditatem Arnoldi Roelofszoen, calcificis, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Arnoldi de Lyebergen, ex alio, tendente a communi via ad hereditatem Elisabeth, relicte quondam Henrici Bergers; item adhuc ex pecia terre arabilis eiusdem Petri, filii quondam Robberti Peterss., tres vasatas terre vel circiter eciam continente, sita ibidem, inter hereditatem Theoderici Wellens ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Hanss de Vranckevoirt, ex alio, tendente ab hereditate heredum dicti magistri Johannis Monix ad hereditatem Judoci dicti Wautgers; item de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duas et dimidiam vasatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti Gerardi, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Opte Cleynwyck, inter hereditatem Lamberti dicti van den Slyck Arntss. ex uno et inter communem plateam alias adiacentem; item adhuc ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem Gerardi, sita ibidem, inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Johannis Voss, ex uno, et inter hereditatem Johannis Dircxs. ex alio, tendente a communitate ad hereditatem Henrici de Tuyll; item de et ex pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, dicti Nycolai, sita in eadem parochia, ad locum dictum Voir Vorssel, inter hereditatem Arnoldi de Diechden ex uno et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Henrici Roevers, et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Ghyselberti Arntszoen ad communitatem ibidem, ut dicebat, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno modio siliginis hereditarie pactionis ex dictis domo, area et orto ac hereditatibus predictis dicti Erenberti, item sex vasis siliginis hereditarie pactionis ex dictis domo, area, orto ac hereditate dicti Petri, filii Wellini Erenberts, item decem vasis siliginis et medietate hereditarii census quatuor florenorum Renensium, ex dictis domo, area, orto ac hereditate dicti Gerardi, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, dicta contrapignora pro solutione dicti census decem et octo florenorum Renensium.
Testes Busco et Boert, datum XXIII[a] novembris.

R1272, fol. 258r
23 november 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter quemlibet, videlicet dictorum florenorum Renensium cum et mediante decem et octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Theodericus et Arnoldus, fratres, nomine et ex parte dicte Geertrudis, eorum matris, hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis venditoribus repromiserunt, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Geertrudi legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 258r
23 november 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Henrici Borkens, Johannes, filius quondam Zeberti Geritszoen van den Camp, et Petrus, filius quondam Symonis Peterszoen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Christine, relicte quondam Coenrardi Keymp, quadraginta quinque et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, mediatim Pasche et mediatim Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes Erpe et Monix, datum supra.

R1272, fol. 258v
23 november 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Willelmus Steenwech dedit Reynse, sue uxori, ad opus sui et ad opus Johannis Claess. potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Busco et Boert, datum XXIII^{a} novembris.

R1272, fol. 258v
24 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Elisabeth, relicta quondam Huberti, filii quondam Henrici Goessens, promisit super omnia et habenda se daturam et soluturam Wytmanno, filio quondam Gerardi Willemszoen, ad spacium sex annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum decem lopinos siliginis mensure de Oisterwyck, Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Oisterwyck trajecturam et sic deinceps dicto annorum spacio durante, et in ultimo termino dictorum annorum adhuc viginti quinque peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando.
Testes Boert et Monix, datum XXIIII^{ta} novembris.

R1272, fol. 258v
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Johannis de Bladel, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum conventui fratrum Predicatorum in Buscoducis ad spacium octo annorum Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum quadraginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia currente pro quolibet computando

Martini hyemalis, et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro et sic deinceps dicto annorum spacio durante, occasione locationis trium camporum terre, sitorum in loco dicto In de Hoeve, ad finem platee, dicte die Cruysstraet, in oppositum pontis ibidem, tali annexa conditione quod dictus Johannes dictos tres campos terre interim conservabit et conservare tenebitur ab omnibus operibus demptis novis

R1272, fol. 258v
deze akte is onvolledig

Notum[19] sit universis quod cum Heymericus, filius quondam Johannis dicti Marceliss., domum et aream cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Koerenstraet, inter hereditatem Herberti dicti de Dordrecht ex uno et inter hereditatem seu domum reliquo dicti Heymerici, pariter intersticiali interiacente, ex alio, cumque Heymericus, filius quondam Jo

R1272, fol. 258v-259r
24 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Heymericus, filius quondam Johannis dicti Marceliss. domum et aream cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Korenstraet, inter hereditatem Herberti dicti de Dordrecht ex uno et inter hereditatem seu domum reliquam dicti Heymerici, pariete intersticiali interiacente, ex alio, hereditarie vendidisset Johanni dicto de Brede, filio quondam Benedicti dicti de Brede, cumque dictus Heymericus, filius quondam Johannis dicti Marceliss., usufructum atque totum ius hereditarium sibi competentes in domo et area, sita in Buscoducis, supra communi via dicti *(aldus)* die Corenstraet, inter hereditatem Henrici dicti Molengraefs ex uno et inter vicum, dictum die Karstraet, ex alio, hereditarie supportasset dicto Johanni de Brede, filio quondam Benedicti dicti Bits de Brede, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Benedictus dictus Bits, filius quondam Wellini, filii dicti quondam Benedicti dicti Bits de Brede, Johannes, filius quondam Zegeri, filii secundodicti quondam Benedicti de Brede, Henricus, filius quondam Johannis, filii secundodicti quondam Benedicti de Brede, Hermannus, filius quondam Huberti de Zochel, tamquam maritus et tutor legitimus Henrice, sue uxoris, filie quondam Leonii van den Broeck, ab eodem et quondam Bela, sua uxore, filia secundodicti quondam Benedicti de Brede, pariter genite, atque Symon, filius quondam Mathie dicti Meeuss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie dicti quondam Zegeri, filii secundodicti quondam Benedicti de Brede, pro se ipsis, Anthonia, filia eiusdem quondam Zegeri, Henricus, filius quondam Rodolphi Willemszoene, ab eodem et quondam Agnete, sua uxore, filia secundodicti quondam Benedicti de Brede, pariter genitus, pro se ipso et pro Johanne, filio dicti quondam Wellini, filii primodicti *(aldus)* quondam Benedicti de Brede, necnon Gerardus dictus die Haerdt, scriniparus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dictorum quondam Leonii van den Broeck et Bele, sue uxoris, pro se ipso necnon pro Huberto, filio eorundem quondam Leonii et Bele, coniugum dum vixerant, et pro Nycolao, filio dicti quondam Johannis, filii secundodicti quondam Benedicti de Brede, cum tutore dicte Anthonie, undecim decimas tercias partes ad ipsos tamquam heredes primodicti quondam Johannis de Brede, ut dicebant, spectantes in premissis, que pronunc una domus et area esse dinoscuntur et sita est ibidem inter hereditatem Johanne, relicte quondam Arnoldi dicti Reyners, emptoris bladorum, ex uno inter communem vicum ibidem, die Karstraet vocatum, ex alio, et tenditi a dicto vico, dat Koerenstraetken vocato, ad hereditatem

[19] *in de marge* vacat.

Willelmi, sartoris, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Johanni et Margarete, eius sorori, liberis dicti quondam Zegeri de Brede, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda divisi, scilicet dicti Benedictus, Johannes, Henricus, Hermannus et Symon indivisi pro quinque decimis terciis partibus, Anthonia pro uno decima tercia parte, Henricus Roelofszoen pro se ipso et pro dicto Johanne, filio quondam Wellini, pro duabus decimis terciis partibus, necnon Gerardus pro se ipso et pro dictis Huberto et Nycolao pro tribus decimis terciis partibus ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte predicti quondam Johannis de Brede et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex domo et area predicta plus fore solvendum quam unus grossus antiquus census fundi, una libra communis pagamenti et una libra antique pecunie supra maius beginadium, hereditarius census quatuor librarum pagamenti capitulo in Buscoducis ac una libra pagamenti rectori altaris Domine Nostre antique in ecclesia Sancti Johannis dicti opidi, annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebant, quod dicti supportantes, videlicet dicti Benedictus, Johannes, Henricus, Hermannus et Symon pro quinque decimis terciis partibus, Anthonia pro una decima tercia parte, Henricus Rolofszoen pro duabus decimis terciis partibus et Gerardus pro tribus decimis terciis partibus, hoc plus prefatis Johanni et Margarete, eius sorori, penitus deponent ac portabunt necnon deponere et portare tenebuntur.
Testes Boert et Roever, datum XXIIII[ta] novembris.

R1272, fol. 259r-259v
24 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dicti[20] Johannes et Margareta, eius soror, promiserunt indivisi super omnia et habenda dictis supportantibus triginta tres libras monete necnon centum quindecim et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum XXIIII[ta] novembris.

R1272, fol. 259v
24 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Iamdicti[21] Johannes et Margareta, eius soror, promiserunt indivisi super omnia et habenda adhuc eisdem supportantibus sedecim et dimidiam libras monete predicte necnon centum quindecim et dimidium consimiles peters a Nativitatis Domini proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

---

[20] *in de marge* A, *alsmede tussen de eerste en tweede akte en in de marge fol. 259v, d.d. 1 maart 1504*: Supradicti Benedictus, filius quondam Wellini, filii Benedicti, Johannes, filius Zegeri, filii quondam Benedicti de Brede, et Henricus, filius quondam Johannis, filii dicti Benedicti, tres undecimas partes totamque partem et omne ius ad ipsos spectantes in libris et pecuniis predictis in contractibus A et B comprehensis, hereditarie supportaverunt Henrico Jacopssoen ad opus dicte Anthonie, filie Zegeri, simul cum dictis litteris et iuribus. Testes Kuyst et Boert, datum prima martii, sexta post Invocavit.
[21] *in de marge* B.

R1272, fol. 259v
27 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Hermannus, filius quondam Petri Janss., fabri, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Aelberti die Molneer, hereditarie vendidit domino Machario die Loyer, presbitero, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor vasatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Aent Dorsselaer, inter hereditatem Willelmi dicti Zobbe ex uno et inter hereditatem Agnetis dicte Bobben, vidue, et Johannis, eius filii, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Petri Loyen; item adhuc ex pecia terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sita in eadem parochia, in loco dicto Int Westervelt, inter hereditatem Jacobi Sloetmekers ex uno et inter hereditatem Berwini dicti de Boekel ex alio, tendente ab hereditate Petri dicti Henricxzoen ad hereditatem dicti Petri Loyen; item adhuc ex medietate cuiusdam campuli terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente, siti in parochia predicta, in loco predicto, Int Westervelt vocato, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Rycoldi Ruelens, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem dicti Petri Henricxsoen ex alio, tendente ab hereditate Christine, relicte quondam Petri Bardeyns, ad communem stegam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno maldro siliginis hereditarie pactionis Johanni Eyckmans et duabus libris hereditarii census monete Domine Nostre in ecclesia de Os, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Boert et Roever, datum XXVII[a] novembris.

R1272, fol. 259v
27 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum decem et septem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Macharius hoc palam recognovit et super omnia et habenda prefato Hermanno repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 259v-260r
27 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Ghysberti Floren, ab eodem et quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Johannis, filii quondam Ghibonis Hannens. van Helvoirt, pariter genitus, unum modium siliginis hereditarie pactionis ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendum de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Ghibonis dicti Florens. ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti Wouterss. ex alio; item ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia et loco predictis, et inter communem viam ibidem ex uno et inter hereditatem Jacobi dicti Colen ex alio; item

ex pecia terre, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem Johannis de Essche ex uno et inter hereditatem Egidii de Dystelberch ex alio; item ex pecia terre, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem Wolteri Goyartszoen ex utroque latere; item ex una diurnata pecie prati, olim ad Wolterum et Willelmum, fratres, liberos quondam Wolteri Wouterszoen, spectante in quodam prato, dicto dat Nuwebroeck, sito in dicta parochia, inter hereditatem Willelmi Snellen ex uno et inter hereditatem Wolteri Michiels et quorundam aliorum vicinorum ex alio, quam pactionem duorum modiorum siliginis predictam dictus Johannes, filius quondam Ghibonis dicti Hannens. van Helvoert, erga dictos Wolterum et Willelmum, fratres, liberos quondam Wolteri Woutersss. emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Wolteri Woutersss., ad opus Wolteri, sui filii, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, filii quondam Ghibonis Hannens., et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 260r-261r
27 november 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum magister Henricus, filius quondam Ghiselberti dicti Ghyzel, filii quondam Theoderici dicti Ghyzels, ab eodem quondam Ghiselberto et quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Jacobi Knoede, filii quondam Johannis Knoede, pariter genitus, domum et aream quondam Ghisekini de Vlochoven, sitam in Buscoducis, ad Forum, cum omnibus attinenciis dicte domus et aree atque pontem lapideum retro dictam domum et aream consistentem, inter hereditatem Johannis die Bruyn ex uno et inter hereditatem Henrici de Beke, filii quondam Henrici de Beke, ex alio, tendentes a communi platea ad locum, dictum die Tolbrugge, simul cum quibuscumque conventionibus et conditionibus factis et ordinatis super muris ex utraque parte dicte domus et aree consistentibus, hereditarie supportasset michi, Petro de Os, ad opus Jacobi de Casteren, vinitoris, simul cum quibuscumque litteris mentionem inde facientibus promisissetque dictus magister Henricus ut debitor principalis super se et bona sua omnia ,ab eo ad presens habita ac imposterum ab eo habenda et acquirenda, quod ipse huiusmodi supportationem ratam et firmam perpetue sine aliqua condictione observaret et quod ipse omnes obligationem et impeticionem ex parte sui, dictorum quondam Ghiselberti, sui patris, ac quondam Jacobi Knoede, eius avi, et quorumcumque suorum heredum et successorum in premissis existentes prefato Jacobo de Casteren deponeret omnino. Promisissetque adhuc idem magister Henricus sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam quinque libre antique pecunie hereditarii census conventui de Westroyen, due libre pagamenti hereditarii census capitulo in Buscoducis atque quatuor libre pagamenti communis hereditarii census Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, quod dictus magister Henricus hoc plus prefato Jacobo penitus deponeret et deponere teneretur ac posset dando videlicet pro quolibet denario sic plus invento decem et novem consimiles denarios, hoc tamen salvo in casu quo etiam inventum fuerit imposterum iuridice ex premissis minus fore solvendum quam dictum est, quod hoc sic minus inventum dicto magistro Henrico et ad eius commodum eiusverso cederet et cedere deberet, prout in litteris scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenius continetur, constititus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Henricus, qui licet, ut asseruit, per firmam seu investituram ac promissiones pretactas dicto Jacobo, premissorum emptori, iuxta cuiusdam cedule desuper confecte ac conventionum inibi comprehensarum, formam et tenorem realiter satisfecit, ymmo eciam firmavit, in eisdem attamen exorte fuerant inter ipsum et Jacobum

pretactum certe differencie et questiones que iamdudum per scabinos dicti opidi mediante eorum desuper prolata sentencia sunt diffinite, ad huiusmodi ergo prolate sentencie diffinitive satisfaciendum, iuxta eiusdem exigenciam precipue firmante et de premissis investiente eum debita cautione, idem magister Henricus eisdem investiture et firme ac promissionibus supratactis adhuc inherendo, atque maiorem securitatem eidem Jacobo, premissorum emptori, de firma et in promissionibus eisdem prestando et faciendo necnon easdem firmam et promissiones cum infrascripte cautionis, scilicet ypothecarie seu potius pignoraticie positione, secundum dicte sentencie tenorem corroborante, promisit sub obligatione bonorum et hereditatum infrascriptarum ad ipsum pronunc spectantium, et per ipsum in sede sue viduitatis acquisitarum, de quibus vero bonis infrascriptis, melioracio, ultra summam per dictum Jacobum ex causa meliorationis seu emptionis domus, aree et suarum attinenciarum predictarum, exponendam debitam et solvendam longe, ut ipse magister Henricus asseruit, se extendit, in primis videlicet sub obligatione domus, aree, orti, hereditatum et camporum sibi invicem coadiacentium, sitorum in parochia de Berlijkem, ad locum dictum tSteen, item sub obligatione cuiusdam mansi ac suarum attinenciarum, sitorum in eadem parochia de Berlijkem, item adhuc sub obligatione alterius mansi et suarum attinenciarum videlicet terrarum arabilium, camporum pascuarum et mericarum ad eundem mansum spectantium, sitorum in eadem parochia de Berlijkem, ad locum dictum Belveren, item adhuc sub obligatione cuiusdam alterius mansi et suarum attinenciarum, sitorum in eadem parochia de Berlijkem, ad locum dictum Opt Beeckvelt, item sub obligatione viginti iugerum terre, que ipse adhuc situata habet in eadem parochia, item adhuc sub obligatione certorum diversorum camporum mericalium et lignicrescentium, quos eciam in eadem parochia habet iacentes, item adhuc sub obligatione trium et dimidii iugerum terre, que adhuc ibidem habet iacentia in loco, dicto Tusschen die Hoeven, item adhuc sub obligatione huiusmodi bonorum que sibi in sede sue viduitatis vigore testamenti dicti quondam Ghiselberti, sui patris, necnon per et post mortem dicte quondam Katherine, sue matris, iure hereditarie successionis advoluta sunt, item adhuc sub obligatione annui et hereditarie census sedecim florenorum Renensium, quem ipse annuatim solvendum habet de et ex duobus mansis ac suis attinenciis Petri Bosch, sitis in parochia de Berlijkem, ut dicebat, quod ipse omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum necnon ex parte dictorum Ghiselberti, sui patris, et Katherine, sue matris, ac suorum heredum et successorum in domo, area et suis attinentiis primodictis existentes ac imposterum eventuras prefato Jacobo, deponet omnino, supradictis antiquis oneribus superius narratis semper exceptis. Istis factis dictus magister Henricus tamquam vir probitatis et honoris adhuc promisit bona fide quod ipse meliorationem domus et aree ac suarum attinenciarum primodictarum, videlicet denarios ex huiusmodi melioratione supercrescentes, dum eosdem a dicto Jacobo receperit, in acquitationem onerum in quibus iamdicta domus et area cum suis attinenciis, ultra onera superius narrata, impignorata seu obligata existunt, saltem quoad eorundem onerum exigenciam convertet et applicabit necnon convertere et applicare debet et alias non, absque dolo et fraude.
Testes Boert et Roever, datum XXVII[a] novembris.

R1272, fol. 261r
27 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Theodericus, filius naturalis quondam domicelli Johannis die Roever, unam decimam sextam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam manso, dicto die Hoeve ten Horrnick, sito in parochia de Gestel prope Herlaer, atque in pratis, terris arabilibus, pascuis, lignicrescentiis ac ceteris attinenciis eiusdem mansi, quocumque locorum consistentium, qui vero mansus a domino de Herlaer in feodum dependere dinoscitur, ut dicebat, hereditarie vendidit

Hermanno, filio quondam Theoderici, filii quondam Henrici Pelgroms, ad opus Elisabeth, sue matris, relicte eiusdem quondam Theoderici, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere in dictis partibus, exceptis decima sexta parte hereditarii census quindecim aureorum denariorum, Antwerpensche scilde communiter vocatorum, Jacobo dicto Verduyn, item hereditarii census viginti quinque solidorum monete Maiori Hospitali in Buscoducis et hereditarii census viginti solidorum dicte monete conventui de Porta Celi, sito prope Buscoducis, annuatim ex dicta decima sexta parte premissorum e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 261r
29 november 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Henrici dicti die Smyt, unam et dimidiam mensuras, dictas zille, ac terciam partem unius consimilis mensure, dicte zille, prati ad ipsum, ut dicebat, spectantes in quodam prato, dicto Den Wynckelbeempt, duo bonaria prati vel circiter continente, sito in parochia seu dominio de Helmont, inter hereditatem Johannis dicti de Bergelen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Smyt, fratris dicti venditoris, cum pluribus aliis ex alio, tendente a quodam aqueductu, dicto eenen loop, ibidem currente ad quandam pascuam, dictam Die Strypschedonck; item adhuc particulam terre arabilis, unam lopinatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Stiphout, ad locum dictum Aen de Roy Enge, inter hereditatem Johannis Emontss. ex uno et inter viam communem ibidem ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Godefridi dicti van den Berge, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio dicti Johannis de Bergelen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac tribus lopinis siliginis hereditarie pactionis ex dictis mensuris, dictis zillen, prati, annuatim e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Monix et Roever, datum XXIX[a] novembris.

R1272, fol. 261r-261v
29 november 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum est, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus palam recognovit et publice confessus est se recepisse a dicto Johanne, emptore, summam vero triginta quinque novorum florenorum, philippusgulden vocatorum, aut valorem eorundem in alio pagamento, ex causa seu occasione venditionis pretacte, clamans igitur dictus Henricus, venditor, dictum Johannem, emptorem, et eius bona et alios quoscumque huiusmodi quitanciam indigentes de dicta summa quitos.
Testes Monix et Roever, datum XXIX[a] novembris.

R1272, fol. 261v
28 november 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Franco, filius quondam Johannis dicti Breeuwe, nastelmeker, relictus legitimus quondam Katherine, sue uxoris, potens ad hoc vigore testamenti ac ultime voluntatis eiusdem quondam Katherine, ut apparebat, hereditarie vendidit Marcelio, filio quondam Marcelii de Ekart, pellificis, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in

pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Remigii confessoris de et ex domo et area ac vacua hereditate, dicta een plaetsken, sibi adiacente ac suis attinenciis, sitis in Buscoducis, ultra pontem, dictum die Tolbrugge, inter hereditatem Johannis Pels Ghijsbrechszoen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Pouwels, spintrificis, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem domini Egidii de Strathen, presbitero, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu ad valorem trium florenorum Renensium ascendente, conventui Predicatorum in Buscoducis, atque sex libris hereditariorum censuum monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum XXVIII[a] novembris.

R1272, fol. 261v
29 november 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Petrus, filius quondam Johannis Wagemans, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Johanni, suo filio, ad spacium quatuor annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum, unum maldrum siliginis mensure de Buscoducis Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dicto annorum spacio durante, et adhuc in ultimo termino dictorum annorum sedecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in hiis novos florenos per archiducem Philippum, archiducem Austrie, ducem Bourgoindie, Brabancie etc., noviter monetatos, pro XX[ti] quinque stuferis, et alios denarios seu pecuniam nae advenande, secundum eandem valuationem.
Testes Monix et Roever, datum XXIX[a] novembris.

R1272, fol. 261v-262r
29 november 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Willem, zoen wilneer Henricx van Hagen Nouwen, heeft oepenbairlick bekent ende beleden ontfangen te hebbene van Goetscalke, dochter wilneer Dircx Costkens, die somme van sess Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers gerekent, die de voirs. Goetscalke sculdich was te betalen als van haren achte gedeelte den voirs. Willemen ter cause oft ten ocsuyne der watermoelen te Kilsdonck, ende schaut dair af quyt die voirs. Goetscalck ende alle andere dairaf quitancie behoevende.
Getugen waeren hier over scepenen in sHertogenbossche Jan Monix Janss. ende Geerlic die Roever, gegeven opten XXIX[en] dach der maent van novembri int jaere ons Heren duysent vyfhondert ende drie.

R1272, fol. 262r
29 november 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Tyelman, zoen wilneer Gerits Thys Steenbecker tot Engelen, heeft oeperbaerlic bekent ontfangen te hebbene van den heemraiden van Maren, doer handen meester Henricxs van Os Dircxsoen, die somme van seven Rijnsgulden, tstuck tot XX stuvers te rekenen, ende noch vierthien der gelijcke stuvers die de voirs. meester Henrick als van zijnen lant dat hy liggende heeft onder den heemmael van Maren, int sluysgelt sculdich was te betalen ende bewesen

was die te doene aen den voirs. Tyelman, ende schaut die voirs. Tielman dair af quyt die voirs. heemraiden ende den voirs. meester Henricken ende alle andere daer aff quitancie behoevende.
Testes Erpe et Monix, datum supra.

R1272, fol. 262r
29 november 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius quondam Johannis dicti de Lynther, hereditarie vendidit Philippo de Geldrop ad opus magistri Jacobi, sui filii, hereditarium censum septem et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos per archiducem Philippum, archiducem modernum Austrie, ducem Bourgoindie, Brabantie etc., noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerechte van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in domo, area et orto, domo posteriori ac sex cameris retro et sibi mutuo coadiacentibus, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, supra conum platee, dicte die Postelstraet, inter eandem plateam, die Postelstraet vocatam, ex uno et inter hereditatem Henrici de Uden, pellificis, ex alio, tendentibus a dicto vico Vuchtensi retrortum usque ad quendam parvum viculum ibidem retro protensum, ut dicebat, ab eodem magistro Jacobo, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditario censu decem et octo librarum monete ex premissis integris hereditatibus et bonis necnon adhuc hereditario censu sex florenorum Renensium ex dicta medietate premissorum, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus Philippus et domicella Mechteldis, eius uxor legitima, filia quondam Johannis de Nulant, quamdiu ambo seu alter eorum vixerint in humanis, dictum censum percipient et levabunt ac annuatim percipere et levare tenebuntur ac tenebitur eorum alter diucius in humanis vivens, contradictione dicti magistri Jacobi seu cuiuscumque alterius non obstante.
Testes Erpe et Monix, datum XXIX^{a} novembris.

R1272, fol. 262r-262v
29 november 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul unapariter videlicet quemlibet dictorum florenorum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Philippus nomine dicti magisteri Jacobi, sui filii, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Philippo et domicelle Mechteldi, eius uxori, quamdiu vixerint, alioquin dicto magistro Jacobo legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes Erpe et Monix, datum XXIX^{a} novembris.

R1272, fol. 262v
1 december 1503

Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Godefridus, filius quondam Coenrardi dicti Luttellmans, pistoris, Johannes, filius quondam Ambrosii Meliszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, Johannes, filius quondam Symonis Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Bele, sue uxoris, et Michael de Gemart tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Lucye, sue uxoris, filiarum dicti quondam Coenrardi Luttelmans, peciam prati, unum bonarium terre vel circiter continentem, sitam prope claustrum de Porta Celi prope Buscumducis et ante portam dicti claustri, inter hereditatem Gerardi dicti van der Hellen ex uno et inter hereditatem conventus sororum Regularissarum Beate Marie Magdalene, siti in Buscoducis, et inter hereditatem Johannis dicti Rutten ex alio, quam peciam prati predictam dictus Coenrardus Luttelman, pistor, erga Arnoldum, filium quondam Henrici Voegels, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Francisco de Prato, priori pro tempore dicti conventus seu claustri de Porta Celi, ad opus eiusdem claustri seu conventus, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impeticionem ex parte eorum et dictarum Elisabeth, Bele et Lucye, necnon ex parte dicti quondam Coenrardi ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

R1272, fol. 262v
1 december 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus, filius quondam Petri, filii quondam Gerardi de Wytvelt, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii quondam Johannis dicti die Hollander, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam,de et ex domo, area et orto ac aliis hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, ad locum dictum Op die Sporct, inter hereditatem Jutte dicte de Griensvenne ex uno et inter communem plateam ex alio, quam pactionem predictam dictus Henricus, filius quondam Johannis dicti die Hollander, erga Gerardum, Godefridum et Bernardum, fratres, liberos quondam Gerardi dicti de Ewyck, Petrum, filium quondam Laurencii dicti van den Dyck, maritum et tutorem legitimum Weyndelmoedis, sue uxoris, filie dicti quondam Gerardi de Ewijck, Gerardum, filium quondam Arnoldi dicti Geritss., Matheum, filium quondam Amelii dicti Zegerszoen, et Johannem dictum de Lent, filium quondam Gerardi, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Theoderico, filio dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis die Hollander, fabro, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris, et ex parte dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis die Hollander, et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 263r
1 december 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Theodericus, filius quondam Henrici, filii quondam Johannis dicti die Hollander, faber, promisit ut debitor principalis domino Petro, presbitero, filio quondam Arnoldi Ghyzen, quod ipse dabit et solvet eidem domino Petro hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Andree apostoli de et ex domo, area et orto cum suis

attinentiis, dicti promittentis, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditatem Henrici de Broegel, spintrificis, ex uno et inter hereditatem Jacobi Houbraken ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Elisabeth, filie quondam Martini de Broechoven alias dicti des Cangieters, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditario censu decem librarum monete, prius ex premissis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum condicione consueta.
Testes testes *(aldus)*, datum supra.

R1272, fol. 262v
1 december 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, necnon duodecim consimilibus stuferis, dando videlicet in huiusmodi redemptione pro una medietate denarios, dictos dobbel vueryseren, quemlibet scilicet pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et dimidios denarios, dictos halve vueryseren, nae advenande, et pro reliqua medietate stuferos monete olim ducis Karoli, ducis cum vixit Bourgoindie, Brabantie, pie memorie, quemlibet videlicet huiusmodi stuferum pro decem et septem placcis Busciducensibus, atque dimidios huiusmodi stuferos, dictos halve Kaerlsche stuvers, nae advenande, et nullam aliam monetam seu pecuniam, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico repromisit, hoc tamen salvo quod idem Theodericus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato domino Petro legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 263r-263v
2 december 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Rutgerus, filius Willelmi dicti van den Lanckelair, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Jutte, sue uxoris, filie quondam Egidii Willemszoen, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes in hereditario censu sex librarum monete, solvendo hereditarie Purificationis ex campo terre, duo bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle, ad locum dictum dOetelair, inter hereditatem Egidii die Gruyter ex uno et inter communem plateam ex alio; item ex medietate que ad Johannem, filium quondam Godefridi van der Stappen, spectabat in una diurnata prati, siti in iurisdictione de Bucstel, in loco, dicto Den Blakenbeempt, quem censum Margareta, filia dicti quondam Egidii Willemszoen, ab eodem quondam Egido et Geertrude, sua uxore, pariter genita, erga Petrum, filium quondam Johannis Everitszoen de Berlijchem, maritum et tutorem legitimum dicte Jutte, sue uxoris, filie eorundem quondam Egidii et Geertrudis, dudum acquisierat; item in quinque libris monete predicte, solvendis anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex tribus quartis partibus domus, domistadii et orti ibidem coadiacentium, sitorum in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen die Voirt, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex uno et inter communem plateam alias undique adiacentium; item ex quarta parte pecie terre, dicte Die Braeck, site ibidem, teynden die Missen Stad, quas quinque libras predictas dicta Margarete erga Henricum de Dubbelen, filium quondam Henrici, dudum acquisierat; item in hereditario censu trium librarum monete predicte, solvendo anno quolibet hereditarie Pasche ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in viculo, dicto die Cleyn Tolbrugge, inter

hereditatem heredum quondam Johannis die Borchgreve ex uno et inter hereditatem heredum quondam Aelberti die Jeger ex alio, quem censum iamdictum magister Godefridus de Dommelen ad opus dicte Margarete, filie quondam Egidii Willemss. van den Dungen, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, erga Arnoldum et Johannem, fratres, liberos quondam Arnoldi dicti de Woersel, filii quondam Arnoldi, dudum acquisierat; item adhuc in hereditario censu duarum librarum monete predicte, solvendo hereditarie Phlippi et Jacobi apostolorum ex duabus strepis terre arabilis sibi mutuo lateraliter coadiacentibus, pariter maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, in loco, dicto Die Hautart, inter hereditatem Henrici Arntszoen ex uno, et inter hereditatem Willelme, relicte quondam Arnoldi Voegels, ex alio, quem censum iamdictum dicta Margareta erga Adam, filium Henrici sCosters, emendo acquisierat, prout in diversis litteris; insuper medietatem totamque et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes in tribus et dimidio iugeribus terre, sitis infra liberatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, in loco dicto Die Buenre, inter hereditatem liberorum quondam Rutgeri de Griensvenne ex uno et inter hereditatem Henrici Peterss. ex alio, de quibus vero tribus et dimidio iugeribus terre iamdictis Johannes, filius quondam Johannis Bauwens, medietatem ad ipsum spectantem prefate Margarete dudum hereditarie supportaverat, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio dicti quondam Egidii Willemssoen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus occasione, promittens et cum eo Willelmus, eius filius, ab eodem Rutgero et dicta Jutta, sua uxore, pariter genitus, necnon Mathias, filius quondam Gerardi Peterss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, et Goeswinus, filius quondam Gerardi die Rademeker, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Jutte, sue uxoris, filiarum dicti quondam Petri, filii quondam Johannis Everits de Berlijchem, et primodicte Jutte, sue uxoris, de primo vero thoro eiusdem quondam Jutte, indivisi super omnia et habenda ratam servare ac obligationem et impetitionem ex parte eorum et primodicte Jutte necnon ex parte dictarum Geertrudis et Jutte, sororum, ac suorum heredum deponere.
Testes Monix et Roever, datum secunda decembris.

R1272, fol. 263v-264r
2 december 1503
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Dictus Henricus, filius quondam Egidii Willemssoen, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes in hereditario censu octo librarum monete, solvendo hereditarie Purificationis ex campo terre, quinque bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem Lamberti Roevers et Rycoldi Ghyben et aliorum ibidem ex uno et inter hereditatem dicti Rycoldi et aliorum ibidem ex alio; item ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum Delschot, quem integrum censum Margareta, filia quondam Egidii Willemss., begina, erga Johannem van den Bogart, filium quondam Henrici van den Bogart, emendo acquisierat; item in hereditario censu sex librarum et decem solidorum monete predicte, quem censum iamdictus Willelmus Voet, filius quondam Willelmi, promiserat se daturum et soluturum Arnoldo Voegel, filio quondam Gerardi, anno quolibet hereditarie Purificationis ex pecia terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, ad locum, dictum Die Poeldonck, inter hereditatem Arnoldi Pels, filii quondam Arnoldi, ex uno et inter hereditatem Arnoldi Ghyben et quorundam aliorum ibidem ex alio, et quem censum iamdictum Franco de Langel ad opus dicte Margarete erga Geertrudem, Elisabeth, Johannam et Juttam, sorores, filias quondam Petri, filii quondam Johannis Everitszoen de Berlijchem, acquisierat; item in hereditario censu quatuor librarum monete predicte, solvendo hereditarie

Philippi et Jacobi apostolorum ex domo, area, orto ac diversis hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter tres maldratas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijndel, ad locum dictum Oethelaer, inter hereditatem Johannis Ghyben ex uno et inter hereditatem Gerardi de Gael, filii quondam Gerardi, ex alio; item ex agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicto Den Scerpen Acker, sito in eadem parochia, in loco dicto Die Voert, quem censum iamdictum dicta Margareta erga Egidium, filium quondam Gerardi de Gael, emendo acquisierat; item adhuc in hereditario censu trium librarum dicte monete, solvendo hereditarie Purificationis ex quodam agro terre, dicto den Staeckacker, decem lopinatas terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, ad locum dictum Griensvenne, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Rutgeri de Griensvenne ex uno et inter hereditatem Lamberti Roevers ex alio, quem censum iamdictum magister Willelmus de Busco ad opus dicte Margarete erga Gerongium, filium quondam Johannis Rutgerszoen van Griensvenne, emendo acquisierat, prout in diversis litteris; insuper in pecia prati, duo iugera terre vel circiter continente, sita infra libertatem de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Vilt ex uno et inter hereditatem Margarete, filie quondam Egidii Willemszoen, ex alio, de qua pecia prati Willelmus et Petrus, fratres, liberi quondam Willelmi Voet, et Lucas, filius quondam Henrici Reynerszoen, tamquam maritus et tutor legitimus Marie, sue uxoris, filie dicti quondam Willelmi Voet, medietatem ad ipsos spectantem in eadem pecia prefate Margarete dudum hereditarie supportaverant; item adhuc in quodam campo terre, dicto Dat Ryskempke, duo iugera vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Die Dungen, iuxta stegam, dictam die Keerschestege, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Thome dicti de Mameren et quorundam aliorum vicinorum ex alio, de quo quidem campo terre iamdicto Johannes, filius quondam Rutgeri dicti van der Hellen, medietatem ad se spectantem in eodem campo Rutgero, filio quondam Johannis Rutgerszoen van Griensvenne, dudum hereditarie supportaverat, prout in diversis aliis litteris, hereditarie supportavit Rutgero, filio quondam Willelmi van den Lanckelair, tamquam marito et tutori legitimo Jutte, sue uxoris, filie quondam Egidii Willemszoen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus occasione, promittens et cum eo Egidius, eius filius, indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte reliquorum liberorum dicti Henrici ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 264r-264v
5 december 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Michael, filius quondam Nycolai dicti die Roye, medietatem cuiusdam pecie terre, quatuordecim hont terre vel circiter continentis, site in parochia de Os, ad locum dictum Opten Rushoevel, inter hereditatem Johannes, filii quondam Michaelis Zeynssen, ex uno et inter hereditatem Henrici de Os ex alio, tendente a fossato quodam, dicto den Hoygrave, ad communem plateam; item adhuc peciam terre paludialis, quinque et dimidium hont terre vel circiter continentem, sitam in dicta parochia de Os, ad locum dictum After Scadewijck, inter hereditatem dicti Johannis, filii quondam Michaelis Zeynssen, ex uno et inter hereditatem Ghibonis dicti Aelbertszoene ex alio, tendentem a quodam campo, dicto Moerkens Camp, ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio Johannis dicti Teyen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservandum spectantibus, atque adhuc hereditaria pactione decem lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem dictus Michael ex

primodicta pecia terre prefato Johanni, filio quondam Michaelis Zeynssen, dudum hereditarie vendiderat.
Testes Erpe et Monix, datum quinta decembris.

R1272, fol. 264v
5 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Everardus,[22] filius quondam Johannis dicti Claeszoen de Berse, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre arabilis, sita in parochia de Nuwelant, iuxta troncum Sancti Nycolai, inter hereditatem Johannis dicti Pels ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Nycolai dicti de Tongeren ex alio; insuper adhuc hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Wilshusen, inter hereditatem Mathie Hermanszoen ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Wolteri Wouterss., ex alio, quas pactiones predictas dictus Everardus erga Johannem, filium quondam Arnoldi Wouterss., emendo acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Theoderici de Herssel, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens sub obligatione cuiusdam mansi dicti Everardi, siti in dicta parochia de Nulant, ad locum dictum In Vinckel, atque sub obligatione attinentiarum et iurium eiusdem mansi singularum et universarum necnon super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Busco et Roever, datum supra.

R1272, fol. 264v
7 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Henricus,[23] filius naturalis quondam Johannis dicti van den Hove, hereditarie vendidit Mathie, filio quondam Jacobi de Aelst, hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis mensure de Hildwarenbeke, solvendam anno quolibet hereditarie Jacobi apostoli et pro primo solutionis termino Jacobi apostoli proxime futuro notanter, et in Hildwaerenbeke tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, quinque lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Hildwaerenbeeck, ad locum dictum Op Essbeeck, inter communem plateam, die Larenstraet vocatam, ex uno et inter hereditatem Jacobi et Anthonii, fratrum, liberorum dicti quondam Jacobi de Aelst, ex alio, tendente a communi platea seu communitate ibidem ad hereditatem Petri dicti Thijszoen et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, duobus modiis siliginis hereditariarum

[22] *in de linkermarge* A.
[23] *in de ondermarge, d.d. 1 januari 1504*: Johannes, filius quondam Symonis Janss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Bele, sue uxoris, filie quondam Conrardi Luttelman, et ipsa cum eodem tamquam cum tutore, in absentia de Johannis, ut *(aldus)* contractu A, promiserunt patentes denarios ad redimendum dictam pactionem duorum et dimidium modiorum siliginis, et optinuerunt. Testes Monix et Roever, datum I[a] januarii.

pactionum et uno lopino siliginis, diversis personis et locis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Roever, datum septima decembris.

R1272, fol. 265r
7 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante novem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo in casu quo idem venditor huiusmodi redemptionem infra sex annos proxime futuros fecerit, quod tunc etiam eidem emptori tres blanccas, occasione litterarum, dictarum briefgelt, expositas, reddet et reddere tenebitur, hoc etiam salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 265r
7 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Jacobi dicti sGreven, hereditarie vendidit michi ad opus domini Ysboldi dicti van den Schoet, presbiteri, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Penthecostes et pro primo solutionis Penthecostes proxime futuro notanter de et ex pecia terre, sita in parochia de Os, ad locum dictum Op Scadewijck, inter hereditatem Arnoldi die Loyer et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Lamberti, filii Petri Smeets, ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti de Gelenborch ad communem stegam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, talibus annexis conditionibus quod dictus Johannes, venditor, huiusmodi censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante decem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo quod idem Johannes, venditor, huiusmodi redemptionem per spacium septem septimanarum prefato domino Ysboldo legitime preintimabit et preintimare tenebitur, atque quod dictus census stabit ad iura patrie et vicinorum, quod exponitur ut in forma.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 265r
7 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Petrus, filius quondam Henrici, filii quondam Laurencii de Griende, hereditarie vendidit Deenkino, filio quondam Wolteri, filii Petri Smeetss., ad opus sui et ad opus Henrici et Petre, sue sororis, liberorum iamdicti quondam Wolteri, hereditarium censum duorum peters, decem et novem novos stuvers per ducem Philippum, archiducem Austrie, ducem Bourgoindie, Brabantie etc., noviter monetatos, vel valorem in alia bona pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex duabus terciis partibus ad ipsum, ut

dicebat, spectantibus in tercia parte cuiusdam mansi, dicti communiter Grienden Hoeve, siti in parochia de Beeck prope Aerle, atque ex attinenciis dictarum duarum terciarum partum dicte tercie partis mansi predicti singulis et universis, et qui mansus predictus situs est ibidem inter hereditatem Adolphi de Dommelen ex uno et inter hereditatem reliquam dicti Petri, filii quondam Henrici, filii quondam Laurencii de Griende, ex alio, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac uno modio siliginis hereditarie pactionis, diversis personis prius annuatim ex inde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 265r-2665v
7 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Idem Petrus, filius quondam Henrici, filii quondam Laurencii de Griende, hereditarie vendidit Arnoldo, filio Johannis dicti Geritszoen, hereditarium consimilem censum duorum consimilium peters ut iam immediate supra, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex dictis duabus terciis partibus ad ipsum, ut dicebat, spectantibus in dicta tercia parte mansi predicti, communiter Grienden Hoeve vocati, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque uno modio siliginis hereditarie pactionis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Roever, datum VII[a] decembris.

R1272, fol. 265v
deze akte is onvolledig

Et poterit dictus Petrus dictos census duorum et duorum peters redimere et acquitare perpetue, videlicet mediatim et mediatim, scilicet quamlibet medietatem, cum et mediante triginta peters consimilibus et cum censibus.

R1272, fol. 265v
7 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterit dictus Petrus dictos census duorum et duorum peters redimere perpetue, simul unapariter aut vicissum, videlicet quemlibet censum dictorum duorum et duorum peters cum et mediante triginta consimilibus peters, et censibus anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Deenkinus pro se et suo fratre et sorore, predictus *(aldus)* et dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromiserunt, hoc salvo quod idem Petrus huiusmodi redemptionem per spacionem dimidii anni prefato Deenkino et suis fratri et sorori ac dicto Arnoldo legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra,

R1272, fol. 265v
9 december 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Frater[24] Gerardus de Greefrode, ordinis Regularium, presbiter seu confessor pro tempore sororum Regularissarum conventus beate Geertrudis virginis, siti in Buscoducis, in vico Orthensi, potens ad infrascripta, ut dicebat, peciam terre paludialis, quatuor hont terre vel circiter continentem, sitam in quodam campo, dicto Die Winckel, sito in parochia de Empel, inter hereditatem Henrici van der Merendonck ex uno et inter hereditatem Henrici dicti van den Hoerinck ex alio; item adhuc peciam terre, quinque hont terre vel circiter continentem, sitam in parochia et campo predictis, inter hereditatem dicti Henrici van den Hoerinck ex utroque latere, quas pecias terre predictas magister Henricus Pelgrom ad opus dicti conventus Sancte Geertrudis erga Willelmum Pieckevet dudum acquisierat, prout in litteris, simul cum dictis litteris, aliis et iure, dedit ad hereditarium censum Lamberto, filio quondam Henrici Peterss. alias dicti Orthens, et Johanni, filio quondam Theoderici Janss. alias dicti Lukens, ab eisdem iure hereditario habendum et possidendum pro oneribus aggerum, ad premissa e iure conservandum spectantibus, conservandis ab aliis temporibus ad hoc debitis et oportunis atque pro hereditario censu quatuor librarum monete, dando et solvendo dicto conventui ab aliis hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro notanter de et ex premissis, promittens dictus frater Gerardus nomine dictarum sororum et conventus predicti sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus, presencium et futurorum, huiusmodi donationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti conventus et quarumcumque sororum eiusdem conventus, presencium et futurarum, deponere. Quo facto alii repromiserunt ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos dicto conventui dictum censum anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto ex premissis.
Testes Busco et Boert, datum IX[a] decembris.

R1272, fol. 266r
9 december 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterunt redimere et acquitare dictum censum perpetue simul unapariter cum et mediante viginti quatuor peters, XVIII stuvers monete archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, si que protunc restiterint solvendum de censu predicto, prout dictus frater Gerardus nomine dicti conventus hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum dicti conventus prefatis Lamberto et Johanni repromiserat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 266r
9 december 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dicti[25] Lambertus et Johannes palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda michi ad opus liberorum quondam Willelmi Pieckevet promiserunt quod ipsi medietatem duarum virgatarum aggeris Mose, sitam in iurisdictione de Empell et Meerewijck, in oppositum cuiusdam lapificine, dicte steenhoeven Brienswerck vocate, inter partem aggeris Wolteri Lu superius cum uno fine et inter partem aggeris Mose capitule ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis inferius cum alio fine; item adhuc medietatem unius virgate aggeris Mose, sitam ibidem op die Dyeze, inter partem aggeris Mose Theoderici

[24] *in de marge* A.
[25] *in de marge* B.

Hermanszoen die Veer, superius, cum uno fine et inter partem aggeris Mose, olim Ottonis, filii Petri Gybenzoen, nunc Theoderici die Cock, inferius, cum alio fine; item adhuc medietatem unius virgate aggeris Mose, sitam ibidem, iuxta mansionem Arnoldi Peterszoen, inter partem aggeris Mose dominii de Empel, superius, cum uno fine et inter partem aggeris Mose, olim Hermanni de Malsen, nunc vero Danielis, eius filii, inferius, cum alio fine; item adhuc medietatem unius virgate aggeris Mose, sitam ibidem, inter partem aggeris Mose capituli ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, superius, cum uno fine et inter partem aggeris Mose Wolteri die Snyder et quorundam aliorum ibidem, inferius, cum alio fine, in oppositum cuiusdam campi terre, Die Wasplaken vocati; item adhuc medietatem tercie partis quinque passuum, dictorum screeden, aggeris Mose, sitam ibidem, inter partem aggeris Mose Arnoldi Willemszoen, superius, cum uno fine et inter partem aggeris Mose dominii de Empel, inferius, cum alio fine; insuper adhuc dimidie virgate aggeris Mose, site ibidem, ad locum dictum Op Dyependijck, inter partem aggeris liberorum quondam Henrici Ortens, superius, cum uno fine et inter partem aggeris Johannis Geritszoen die Coster, inferius, cum alio fine, prout et quemadmodum supradicti aggeres Mose ibidem siti sunt et dictus quondam Godefridus Heynenzoen premissa conservare et manutenere consueverat, ut dicebat, exnunc deinceps perpetue tenebunt et conservabunt ac tenere et conservare tenebuntur sic et taliter quod dictis liberis quondam Willelmi Pieckevet ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 266r
9 december 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dicti Lambertus et Johannes promiserunt super omnia et habenda sibi mutuo quod quivis eorum suam medietatem seu medietatem dictorum aggerum ad ipsos, ut premittitur, conservandum spectantem, in premissis conservabit atque medietatem dicti census solvet necnon solvere et conservare tenebitur temporibus necessariis et oportunis sic et taliter quod uni ab alio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 266v
9 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Maria, relicta quondam Marcelii dicti van den Grave, cultellificis, et Adriana eius filia, atque Jacobus, filius Petri Heesters, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Barbare, sue uxoris, filie dictorum Marie et quondam Marcelii, et ipsa Barbara cum eodem tamquam cum suo tutore, promiserunt ut debitores principales indivisi domino Henrico die Bruyn de Zoemeren, presbitero, quod ipsi dabunt et solvent eidem domino Henrico hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex omnibus suis bonis, habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti promittentes infra annum obitum Elisabeth, sororis dicte Marie, immediate subsequentem dictum censum rediment et acquitabunt ac redimere et acquitare tenebuntur cum et mediante undecim florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu annali et

arrestadiis, prout iidem promittentes palam recognoverunt et sub obligatione premissa dicto domino Henrico adhuc promiserunt, cum conditione consueta.
Testes Boert et Roever, datum IX[a] decembris.

R1272, fol. 266v-267r
11 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Theodericus van den Waude, textor, unam cameram cum suo fundo de duabus cameris cum earum fundis, sitis in Buscoducis, iuxta vicum quo itur versus mansionem quondam domini Ade de Myerde, presbiteri, scilicet illam cameram cum suo fundo que sita est inter hereditatem Henrici die Wetter ex uno et inter aliam cameram predictam ex alio, hereditarie supportasset Henrico Tours, filio quondam Henrici Tours de Peer, cacabario, cumque Cornelius, filius quondam Wolteri, filii quondam Wolteri sMolners, quandam cameram cum suo fundo de duabus cameris cum suis fundis, sitis in Buscoducis, iuxta vicum quo itur versus mansionem quondam domini Ade, presbiteri, inter domum et aream eiusdem domini Ade, postea olim Johannis die Groot, ex uno et inter communem plateam sive commune domistadium ex alio, scilicet illam cameram cum suo fundo, que sita est propunsus *(?)* versus murum opidi de Buscoducis, inter eundem murum ex uno et inter aliam cameram, ad Elisabeth de Geffen spectantem, ex alio, hereditarie supportasset dicto Henrico Toerss., prout in diversis litteris, et cum deinde dictus Henricus Toerss., condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta cum consensu Aleidis, sue uxoris moderne, legasset, dedisset et donasset ac in puram elemosinam reliquisset Barbare, filie natuali sue et illegitime, domum et aream ad ipsum testatorem spectantes, sitos in Buscoducis, retro capellam Sancte Barbare, iuxta plateam fullonum, opt dycxken, prope murum opidi de Buscoducis, necnon omnes res et domus utensilia in eadem domo existentia, statim post mortem dicti Henrici, testatoris, et dicte Aleidis, sue uxoris, et non prius habendum, tenendum et iure hereditario possidendum, ut videtur in quodam instrumento contineri, et cum dicta Aleidis diem vite sue iamdudum clausisset extremum, ut dicebat, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Barbara, cum tutore, dictam et aream seu duas cameras predictas cum earum fundis hereditarie supportavit Margarete, filie quondam Henrici dicti Coman, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Henrici, sui patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis tribus libris pagamenti, prius exinde annuatim solvendis.
Testes Boert et Roever, datum XI[a] decembris.

R1272, fol. 267r
11 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dicta Margareta promisit super omnia et habenda dicte Barbare viginti octo peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad monitionem dicte Barbare, necnon viginti octo consimiles peters Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 267r-267v
11 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Johannis dicti Frederixs. de Wyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Anthonii Zerijs, filii quondam Petri dicti Zerijs, medietatem ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto, sitis in Buscoducis, ad locum dictum Weverplaets, in quodam viculo, dicto Engvolrestraetken, inter hereditatem dicti Anthonii, filii quondam Petri Zerijs, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Heilwigis dicte Reyntkens ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Anthonius erga Ermgardem, filiam quondam Hermanni dicti Jacopszoene de Nuwenrode, dudum emendo acquisierat; insuper in particula hereditatis, sumpta de quadam integra hereditate vacua quondam Gerardi Bathenzoen, sita in Buscoducis, in platea dicta Weverplaets, in viculo ibidem, dicto Han Coyen straetken, ultra pontem ibidem, que particula hereditatis predicta ante et iuxta dictum viculum sedecim pedatas in latitudine continet, inter hereditatem Goeswini Wedigen, filii quondam Willelmi Wedigen, et inter hereditatem Jacobi van den Plack, quam dictus Jacobus erga dictum Goeswinum ad censum acquisierat, sita est, et est secunda in ordine procedente ab hereditate Danielis die Becker et tendit a dicto vico ad hereditatem quondam Johannis Vrancken, simul cum edificiis in eadem hereditate consistentibus; item adhuc in quadam particula hereditatis, sita in Buscoducis, in viculo dicto Han Koyen straetken, retro hereditatem Henrici van den Hoerinc, inter hereditatem Danielis Valckenborchs. ex uno et inter quandam communem viam ibidem ex alio, quas particulas hereditatis simul cum edificiis predictis ac quodam censu viginti solidorum monete prius exinde solvendis et depost redemptis Petrus Zerijs, filius quondam Petri Zerijs, prefato Anthonio Zerijs, suo fratri, filio dicti quondam Petri Zerijs, dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris diversis, hereditarie supportavit Petro, filio naturali Nycolai Pels, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Heilwigis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Anthonii Zerijs et suorum heredum in medietate premissorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam tres et dimidia libre pagamenti communis hereditarii census, quod dictus Johannes hoc plus portabit et portare tenebitur pro una medietate, absque dolo.
Testes Boert et Roever, datum XI[a] decembris.

R1272, fol. 267v
11 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus[26] Petrus Pels, naturalis, promisit super omnia et habenda dicto Johanni septem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro, item tres libras monete et septem consimiles peters a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, item duas libras dicte monete et septem consimiles peters a Nativitatis Domini proxime futuro ultra duos annos, item adhuc unam libram eiusdem monete et septem consimiles peters a Nativitatis Domini proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 267v

[26] *in de marge onder deze akte, d.d. 25 juni 1504*: Dictus Johannes dictas libras et peters, demptis tamen primodictis septem peters, legitime supportavit Nycolao, filio quondam Gerardi de Heesterbeeck, simul cum dictis litteris et iuribus. Testes Boert et Roever, datum XXV[ta] iunii.

9 december 1503
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dominus Gerardus de Beest, canonicus ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, centum aureos florenos, gouden overlens Rijnsgulden communiter vocatos, dudum promissos magistro Arnoldo de Weilhusen ad opus dicti domini Gerardi ab Henrico Dicbier, filio Willelmi, sculteto in Buscoducis, et Johanne Monix, filio quondam magistri Johannis Monix senioris, sculteto Pelandie, prout in litteris, legitime supportavit domicelle Christine, relicte quondam Rodolphi Dicbyer, simul cum dictis litteris, sententia et signeto desuper obtentis, et iuribus, hoc salvo quod de premissis defalcari debeant que ex causa solutionis previe seu desuper facte de iure sunt defalcande.
Testes Busco et Boert, datum IX[a] decembris.

R1272, fol. 267v
12 december 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Johannis dicti Wouterssoen, hereditarie vendidit Gerardo de Eyck, filio quondam Rutgeri de Eyck, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, viginti stuvers monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in moneta aurea seu argentea quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in opido de Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque exactionibus et incommodis libere tradendum de et ex quodam prato, duo bonaria terre seu prati vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Eerde, inter hereditatem Ghysberti Lonijs, pellificis, ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii Theoderici Houbrakens, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Hospitalis Pauperum Virorum fundationis quondam domini Ade de Myerde, prebiteri, siti in Buscoducis, ad locum dictum Buerde, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad unum denarium, braspenninc vocatum, ascendente domino duci, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum XII[a] decembris.

R1272, fol. 267v-268r
12 december 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante triginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R 1272, fol. 268r
12 december 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Jacobi Dircxzoen dicti de Loen, hereditarie vendidit Margarete dicte Willegemans, relicte quondam Gerardi Rutgers, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque ommi onere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, unam maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Amstel aen de Catwyck, inter hereditatem heredum quondam Petri Loyen ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Nycolai Didden ad hereditatem Rutgeri, filii quondam Johannis Rutten; item ex quodam campo terre paludialis, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Os predicta, ad locum dictum tEynden den Brant, dicto *(aldus)* communiter Den Calver Camp, inter hereditatem Gerardi, filii dicti quondam Jacobi Dircxzoen, ex uno et inter hereditatem Johannis de Os Dircxzoen ex alio, tendente ab hereditate Wolteri de Brede ad stegam, dictam die Brantsche stege; item de et ex quodam alio campo terre siliginee, tres maldratas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Hermanni Ruelens ex uno et inter hereditatem dicti Gerardi, filii dicti quondam Jacobi, ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Henrici Ghysselen ad communem plateam; item ex pecia terre siliginee, sex vasatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, in loco dicto In die Royen, inter hereditatem Johannis Monix, filii quondam magistri Johannis senioris, ex uno et inter hereditatem Rutgeri Comans ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Lamberti Corstiaens ad hereditatem Elisabeth dicte Aben, vidue, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis vitali pensione trium florenorum Renensium ad vitam Bele, filie Lamberti Claess. de Goederheyl, atque diversis pactionibus ad septem maldra siliginis ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R 1272, fol. 268r
12 december 1503
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum triginta duobus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabrantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam cum tutore recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidi anni prefate emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 268r
14 december 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Wolterus van der Rullen dedit domino Arnoldo de Os, presbitero, officiante pro tempore in ecclesia parochiale de Uden, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Boert et Monix, datum XIIII^{ta} decembris.

R1272, fol. 268v
14 december 1503

Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Rutgerus, filius quondam Gerardi dicti sGraets alias de Myddegael, quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam prato, dicto Den Grooten Beempt, sito in parochia de Vechel, in loco dicto Int Aabroeck, inter hereditatem Johannis, filii quondam Willelmi Zuermonts, cum pluribus aliis ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Willelmi de Tillaer et inter hereditatem Symonis, filii quondam Theoderici Symonss., et eius filii ex alio, tendente ab hereditate ad mansum liberorum quondam Theoderici Joriis spectantem, ad aquam ibidem fluentem, die Aa vocatam, ut dicebat, hereditarie vendidit Rodolpho dicto Roeff, filio quondam Johannis Roeverss. de Thuystheze, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad duas blanccas vel circiter ascendente, annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Erpe et Monix, datum XIIII[ta] decembris.

R1272, fol. 268v
14 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Theoderici de Herssel, filii quondam Theoderici de Herssel, iunior, unum iuger vel circiter, situm in parochia de Nuwelant in loco dicto In den Nyewen Polder, inter hereditatem Weltkini dicti Weltken Jacopszoen, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Driel ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi die Smyt, quodam fossato interiacente, ad aggerum dictum den Hoofdyck, ut dicebat, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Ambrosii Janss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedycken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum iuger terre e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Busco et Boert, datum XIIII decembris.

R1272, fol. 268v
14 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Margareta, filia Henrici Comans, cum tutore, hereditariam pactionem sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, insimul quinque lopinatas terre vel circiter continenbus, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen den Enge, inter hereditatem Aleidis, filie quondam Johannis Kepken, ex uno, et inter hereditatem Henrici, filii Wolteri Emontssoen, ex alio; insuper ex tredecim hont terre, sitis in dicta parochia, ad locum dictum In den Vrede, inter hereditatem Mathei Damen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Tuylkens ex alio, quam pactionem predictam dicta Margareta erga Heylwigem, relictam quondam Reyneri, filii quondam Henrici Janss., necnon Petrum, Jacobum et Hillam, *(hierna ontbreekt* liberos*)* eorundem Heilwigis et quondam Reyneri, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Reyneri Colven, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 268v-269r
14 december 1503

Willen van den Bosch en Jan van Boert

Gerardus, filius quondam Arnoldi, filii quondam Johannis van Vyfeycken, promisit ut debitor principalis Gerardo Kuyst et Hectori die Bever, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Luytgardis, relicte quondam Petri van den Berge, ad opus Petri, filii naturalis quondam Arnoldi van den Berge, filii dictorum quondam Luytgardis et Petri van den Berge, coniugum dum vixerant, quod ipse dabit et solvet eidem Petro naturali hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum notanter, et in Buscoducis libere tradet de et ex pecia terre cum sua lignicrescentia dicti promittentis, duas modiatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Geffen, in loco dicto In Dyevits Venne, inter hereditatem Gerarde, relicte quondam Johannis Andries, pellificis, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii Martini Peterss., et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate Servacii, filii Petri Faeszoen, cum pluribus aliis ad hereditatem Godescalci van den Poel et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis Aleidi, filie quondam Rutgeri Janss., et hereditaria pactione dimidii modii siliginis Christiano, filio naturali quondam Lamberti Corstiaenss., prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis conditionibus, in casu quo dictus Petrus naturalis absque prole seu prolibus legitimo seu legitimis post se superviva seu supervivis remanente decederet, quod tunc dictus census statim post eius mortem ad proximiores heredes eius Petri naturalis de latere vero dicti quondam Arnoldi van den Berge, patris eiusdem Petri, iure hereditario succedet et devolvetur, omni contradictione semota, et hoc omnino iuxta tenorem testamenti dicte quondam Luytgardis pretacti, atque quod dictus Gerardus promittens dictam pactionem redimere perpetue poterit cum triginta sex peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Gerardus et Hector tamquam executores pretacti nomine dicti Petri naturlis hoc palam recognoverunt et consentierunt.
Testes Busco et Boert, datum XIIII^{ta} decembris.

R1272, fol. 269r
14 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Christina, relicta quondam Coenrardi Keymp, filii quondam Ghiselberti Keymp, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in pecia terre arabilis, sita in parochia de Os, inter hereditatem heredum quondam Johannis Bathenzoen ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Gerardi dicti Colver et hereditatem heredum quondam Gerardi dicti Jans ex alio, tendente cum alio fine ad hereditatem Danielis dicti Claess., quam peciam terre arabilis predictam dictus Coenrardus unacum certis aliis bonis et hereditatibus erga Henricum Bredebaert per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Aleidi, filie Christine et quondam Coenrardi predictorum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 269r
14 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Aleidis cum tutore dictam peciam terre arabilis hereditarie supportavit Johanni, filio Willelmi Nollens, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Coenrardi, sui patris, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 269v
15 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Sorores Heilwigis Keymps, mater, Elisabeth Karnaeus, submater, Margareta Goyens, procuratrix, et Katherina Scoefs, filia quondam Johannis Scoefs, ab eodem quondam Johanne et quondam Belya, sua uxore, filia quondam Henrici Roefs, pariter genita, sorores inhabitantes sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis, ad vicum Hynthamensem, cum tutore, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Theoderici de Moersa, earum confessoris, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata dicte sorori Katherine per et post mortem dictorum quondam Johannis Scoefs et Belye, suorum parentum, iure successionis hereditarie advoluta, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Henrico Scoeff, filio dictorum quondam Johannis Scoefs et Belye, sue uxoris, simul cum toto iure dictis sororibus ac domui predicte quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes cum tutore sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte domus necnon omnium aliarum sororum eiusdem Domus, presencium et futurarum, deponere.
Testes Busco et Boert, datum XV^{ta} decembris.

R1272, fol. 269v
15 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Sorores Heilwigis Keymps, mater, et Elisabeth Karnaeus, submater, sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, cum consensu domini Theoderici de Moersa, earum confessoris, nomine earum et dicte Domus et quarumcumque sororum eiusdem domus, presencium et futurarum, dederunt sororibus Margarete Goyens, procuratrici, Elisabeth Ryken, Agathe Wouters, Elisabeth Willems et Elisabeth de Amstel, sororibus inhabitantibus dicte Domus, ad opus earum et ad opus Johannis Bacx, Johannis de Balen, Petri Nyss., Johannis Lobben, Aelberti Geritss., Arnoldi Laureyns, Nycolai van der Spanck, Johannis de Strijp et domini Johannis de Udem, presbiteri, ac ad opus alterius eorundem, potestatem monendi redditus etc. dicte Domus et sororum, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 269v-270r
15 december 1503
Willen van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Symon de Gheel hereditarie vendidisset Jacobo de Fine ad opus sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis, iuxta vicum Hynthamensem, in oppositum conventus Sancte Clare ibidem, hereditarium censum decem et dimidii aureorum florenorum, Rynsgulden communiter vocatorum, viginti denarios, stuvers communiter vocatos, monete ducis Philippi, olim ducis Bourgoindie, Brabantie etc., aut ducis Karoli, eius filii, vel valorem eorundem in alia pecunia secundum valuationem protunc existentem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Visitationis Marie ex quadam insula, dicta enen Ryswert, olim Henrici Becker, dehinc Theoderici de Bruheze, nunc dicti Symonis, sita in parochia de Maren, ad locum dictum Den Marenschen Wert, et ex iuribus et attinentiis eiusdem insule, singulis et universis; item ex quodam manso dicti venditoris, dicto die Hoeve ten Blickhellinck, sito in parochia de Doernen, in iurisdictione de Vlierden, et ex terris, pratis, pascuis, mericis et lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, cumque sorores Heilwigis Keymps, mater, Rutgera van der Hautart, procuratrix, Henrica de Orthen et Oda Claes, sorores dicte Domus, palam recognovissent et sub obligatione omnium bonorum dicte Domus prefato venditori repromisissent quod idem venditor dictum censum redimere posset ad spacium duodecim annorum festum Visitationis Marie eotunc ultimo preteritum sine medio sequente semper dicto spacio durante, cum centum et quinquaginta huiusmodi aureis florenis et cum censu et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitute igitur coram scabinis infrascriptis sorores Heilwigis Keymps, mater, Elisabeth Karnaeus, submater, Margareta Goyens, procuratrix, dicte Domus, cum tutore et cum consensu domini Theoderici de Moersa, earum confessoris, pro se ipsis et nomine quarumcumque sororum eiusdem Domus, presencium et futurarum, palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicte Domus Johanni Heym, tamquam proprietario pro tempore insule pretacte, promiserunt et consentierunt quod ipse idem Johannes redemptionem dicti census facere poterit modo premisso cum et in denariis superius specificatis, semper tamen videlicet acquitandum eundem censum integraliter aut cum medietate aut cum tercia parte aut cum quarta parte, prout eidem Johanni placuerit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 270r
16 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Paulus, filius quondam Wynandi Pouwelssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Godefridi, filii quondam Godefridi Cuypers, domum, aream, ortum ac domum posteriorem cum suo fundo, olim Gerardi Berwout, depost ad Mauricium dictum Moers Voss et Leriam, suam uxorem, filiam dicti quondam Gerardi Berwout, spectantes, dehinc vero ad dictum Godefridum Cuypers, nunc autem ad ipsum et dictam Elisabeth, suam uxorem, spectantes, sitos in Buscoducis, in vico Ecclesie, inter hereditatem Wolteri Colens. ex uno, et inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Theoderici Alartssoen de Berlijkem, et suorum liberorum ex alio, quos domum, aream, ortum ac domum posteriorem predictos dictus Godefridus, filius Godefridi Cuypers, erga dictos Mauricium et Leriam, suam uxorem, dudum ad censum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni die Wolff, filio quondam Nycolai de Wolff, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Godefridi, filii quondam Godefridi Cuypers, ac suorum heredum et successores deponere; promisit insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino duci et hereditarius census

triginta septem solidorum monete Domui Leprosorum, dicte Ter Eyendonck, prope Buscumducis, exinde annuatim e iure solvendum, ut dicebat, quod dictus Paulus hoc plus prefato Johanni die Wolf penitus deponet.
Testes Boert et Roever, datum XVI[ta] decembris.

R1272, fol. 270r-270v
16 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Theoderici die Cock, promisit ut debitor principalis Judoco, filio quondam Henrici Janss., quod ipse dabit et solvet eidem Judoco hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tria iugera terre vel circiter continentibus, sitis in parrochia de Empel, ad locum dictum Die Donck, inter hereditatem Willelmi Henricxsoen ex uno, et inter hereditatem dominii de Empel et inter communem plateam ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem dicti dominii de Empel, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum XVI[ta] decembris.

R1272, fol. 270v
16 december 1503
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes die Wolff, filius quondam Nycolai, promisit super omnia et habenda Johanni Karman, vinitori, centum et nonaginta sex peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Baptiste proxime futoro et mediatim a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 270v
16 december 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Jacobus et Henricus, fratres, liberi quondam Jacobi Ghysels, filii quondam Ghiselberti dicti Ghysels, super domo et area ac suis attinentiis quondam Ghiselkini de Vlochoven, sita (*aldus*) in Buscoducis ad Forum atque super ponte lapideo retro dictam domum et aream consistente, inter hereditatem Johannis Boyens, vinitoris, ex uno et inter hereditatem Godefridi Dirxs. de Buedel, institoris, ex alio, tendente a communi Foro seu communi platea ultra Diesam ad communem plateam, ut dicebant, atque iure, ad opus magistri Henrici Ghisels, filii dicti quondam Ghiselberti dicti Ghysels, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Erpe et Monix, datum supra.

R1272, fol. 270v
16 december 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Magister Henricus Ghysels, filius quondam Ghiselberti dicti Ghisel, vinitoris, super quodam manso, dicto die Hoeve, te Heeselair, sito in parochia de Gestel prope Herlaer, quam in oppositum seu prope mansum aut bona, dictos Ten Wyele, pronunc ad Martinum de Campen spectantes, atque super iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum ibidem consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure, ad opus dictorum Jacobi et Henrici hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 270v-271r
18 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Johannes, Ghiselbertus et Cornelius, fratres, liberi quondam Henrici Loekemans Janss., super tribus quintis partibus ad ipsos ex causa portionum filialium, ut dicebant, spectantibus, in domo, area et orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, extra portam dictam Pynappelspoirt, inter hereditatem Henrici de Luet, calcificis, ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Comans ex alio, tendentibus a communi vico seu platea ad fossatum, dictum die Muntelkensgrave, ut dicebant, atque iure, ad opus Theoderici et Mechteldis, eius sororis, liberorum dicti quondam Henrici Loekemans, pro portione eorum filiali, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere; promiserunt insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam census fundi et hereditarius census quatuor librarum monete Egberto Luedinx, pellifici, prius annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebant, quod dicti Johannes, Ghiselbertus et Cornelius hoc plus portabunt et portare tenebuntur, videlicet quivis eorum pro una quinta parte, absque dolo.
Testes Busco et Roever, datum XVIII decembris.

R1272, fol. 271r
18 december 1503
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Cornelius, filius quondam Henrici Loekemans Janss., super hereditaria pactione duorum et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes, filius Wautgeri, filii quondam Martini dicti Luyensoenszoen, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Theoderico dicto Loekeman, filio quondam Johannis Loekeman, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum ex decem iugeribus terre, sumptis de quatuordecim iugeribus terre, sitis in quodam campo, sito in parochia de Roesmalen, inter aliam hereditatem dicti Theoderici Loekeman ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis dicti de Berlijkem et inter hereditatem heredum quondam Wolteri dicti Heynens. et hereditatem Godefridi dicti die Zecker ex alio; item super hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda de et ex duabus terciis partibus domus, aree et orti ac hereditatum sibi coadiacentium, pariter sex lopinatas terre continentium vel circiter, sitorum in parochia de Roesmalen, ad locum dictum dat Caudewater, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Berlijkem et Johannis van der Sporct ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Willelmi dicti Andriessoen van den Noddevelt ex alio, quam pactionem iamdictam Theodericus dictus Loekeman, filius quondam Johannis dicti Loekemans, erga Anthonium, filium quondam Wolteri dicti Heynens., et Wolterum, eius fratrem, emendo

acquisierat; insuper super hereditaria pactione trium sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, insimul maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, inter hereditatem Willelmi, filii Andree dicti van den Noddenvelt, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti de Berlijckem et hereditatem liberorum quondam Aelberti dicti Grotarts ex alio, quam pactionem trium sextariorum iamdictam Johannes dictus Loekeman erga Wolterum, filium quondam Henrici Wouterszoen, emendo acquisierat, prout hec omnia in diversis litteris continentur, atque iure ad opus Johannis, Ghiselberti et Theoderici, fratrum, et Mechteldis, eorum sororis, liberorum dicti quondam Henrici Loekemans, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1272, fol. 271r-271v
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Judocus, filius quondam Gerisii dicti Vilt, filii quondam Gerisii dicti Vilt, et Nycolaus, filius quondam Henrici die Leeuwe, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, filie dicti quondam Gerisii Vilt, relicteque quondam Petri van den Loo, domum, aream et ortum cum suis attinentiis, sitos in Buscoducis, in vico Hynthamensi, ultra pontem dictum Zwengelbrugge, inter hereditatem Theoderici dicti van den Oever ex uno et inter hereditatem Amelii van den Hoevel ex alio, tendentibus a communi vico ad hereditatem dicti Theoderici van den Oever, quos domum, aream et ortum cum suis attinentiis predictos dictus Gerisius Vilt, filius quondam Gerisii Vilt, erga Henricum, Nycolaum, Bartholomeum et Hermannum, fratres, liberos quondam Rodolphi dicti Vos, Rodolphum, filium quondam Johannis dicti van der Vlaessche, maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, et Gerardum, filium quondam Mathie dicti de Herwarden, maritum et tutorem legitimum Berthe, sue uxoris, filiarum dicti quondam Rodolphi, acquisierat, prout in litteris; insuper posteriorem domum et aream, quondam Arnoldi dicti Hantscoemeker, sitam in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, iuxta hereditatem Johannis dicti de Hyntham; insuper viam quandam, septem pedatas in latitudine continentem, tendentem a dicta domo posteriori usque ad communem plateam, atque quandam particulam orti, siti retro dictam posteriorem domum et aream quondam Arnoldi Hantscoemekers predicti, siti in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, inter hereditatem Johannis dicti Hels ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Wolteri, filii naturalis quondam Wolteri dicti de Hyntham, ex alio, tendentem a dicta posteriori domo et area predicti quondam Arnoldi usque ad communem aquam ibidem fluentem, que particula orti continet viginti quinque pedatas et quartam partem unius pedate in latitudine, quas posteriorem domum, aream, viam et particulam orti predictas dictus Gerisius Vilt erga Nycolaum, Theodericum, Arnoldum et Henricum, fratres, liberos quondam Theoderici van den Oever, filii quondam Nycolai van den Oever, atque Severinum, filium quondam Willelmi Snyers, maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Theoderici van den Oever, acquisierat, prout in aliis litteris, simul cum quinque cameris et earum fundis pronunc desuper stantibus, et qui domus, area, ortus cum suis attinentiis, domus posterior, via et particula orti predicti cum quinque cameris predictis pronunc siti sunt ibidem inter hereditatem Arnoldi, filii Ghibonis Maeszoen, et suorum coheredum ex uno et inter hereditatem Theoderici Keelbrekers et Gerardi Claess. ex alio, tendentes a vico Hynthamensi predicto ad aquam ibidem retro fluentem, prout premissa ibidem sita sunt, et quidam Gerisius Vilt et Elisabeth, eius uxor, pridem in eisdem decesserunt, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Cornelio, filio quondam Henrici

Loekemans, calcifici, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Beatricis necnon ex parte dicti quondam Gerisii Vilt ac suorum heredum et successorum deponere; promiserunt insuper sub obligatione premissa indivisi, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino duci, hereditarius census duarum librarum monete sororibus tercie regule Sancti Fransisci, commorantibus in Buscoducis, retro locum dictum After die Tolbrugge, hereditarius census duarum librarum dicte monete conventui fratrum Bogardorum in Buscoducis, et una libra eiusdem monete hereditarii census supra Maius Beginadium in dicto opido, prius annuatim exinde e iure solvendi, atque adhuc tres et dimidia libre monete predicte hereditarii census de hereditario censu septem librarum monete predicte, quem censum septem librarum iamdictum dicta Beatrix de et ex sua parte domus, aree, orti et predictorum dudum vendiderat, et quas tres et dimidium libras predictas eadem Beatrix ad eius vitam et liberi eiusdem Beatricis, ab eadem Beatrice et dicto quondam Petro van den Loo, ad eorum ius hereditarium ex premissis annuatim solvendas habent iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, quod dicti Judocus et Nycolaus hoc plus prefato Cornelio deponent omnio.
Testes Kuyst et Boert, datum XVIII[a] decembris.[27]

R1272, fol. 271v
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Cornelius promisit super omnia et habenda dicto Judoco quadraginta novem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 271v
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Cornelius promisit super omnia et habenda adhuc eidem Judoco decem libras monete et triginta quinque consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272r
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Cornelius promisit super omnia et habenda adhuc eidem Judoco quinque libras dicte monete et triginta quinque consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272r
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

---

[27] *in de marge fol. 271v:* A.

Dictus Cornelius promisit super omnia et habenda dicto Nycolao die Leeuwe centum et quadraginta tres et dimidium consimiles peters, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272r
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu A signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Judocus promisit super omnia et habenda dicto Nycolao quod ipse Judocus eundem Nycolaum et eius bona de et ab huiusmodi duobus peters hereditarii census, quos Judocus, filius quondam Johannis Jan Woutersss., qui pronunc est extra patriam, seu eius successores ad et supra premissa prosequi seu petere poterunt quovismodo in futuro atque ab omnibus dampnis et eidem Nycolao ea occasione quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnem observabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272r
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Nycolaus, filius quondam Henrici die Leeuwe, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, relicte quondam Petri van den Loo, nomine sui et liberorum dictorum Beatricis et quondam Petri van den Loo, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Cornelio Loekemans promisit quod ipse Cornelius huiusmodi tres et dimidiam libras hereditarii census communis pagamenti, quas dicta Beatrix ad eius vitam et dicti eius liberi ad eorum ius hereditarium annuatim et hereditarie solvendas habent de et et *(aldus)* ex domo, area et orto ac sex cameris sibi adiacentibus, sitis in Buscoducis, iuxta portam dictam Pynappelspoert, hodierna die supportatis dicto Cornelio a Judoco, filio quondam Gerisii dicti Vilt, et Nycolao predicto, redimere et acquitare poterit semper postquam predicti liberi ad annos eorum pubertatis deventi fuerint, quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272r
18 december 1503
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Thomas, filius quondam Egidii de Strathen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti van den Broeck, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Oirschot, solvendam hereditarie Purificationis et in Oirschot tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Oirscot, in pastoria de Strathen, inter hereditatem fabrice capelle de Strathen ex uno et inter hereditatem Theoderici, filii quondam Henrici Lippenzoene, ex alio, quam pactionem predictam dictus Thomas ad opus sui et ad opus Johanne, sue moderne uxoris predicte, erga dictum Theodericum, filium quondam Henrici Lippens., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Henrici Hoze, filii quondam Christiani, simul cum

dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272v
20 december 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Willelmus, filius quondam Henrici dicti die Cort, promisit ut debitor principalis Nycolao, filio quondam Godefridi van den Wijer, ad opus sui et ad opus Aleidis, sue uxoris, filie quondam Petri Cruysen, quod ipse dabit et solvet eisdem Nycolao et Aleidi annuam et vitalem pensionem duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia communiter in Buscoducis ad bursam currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dictorum Nycolai et Aleidis ac diucius ex ipsis in humanis viventis et non ultra, mediatim Pasche et mediatim Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro de et ex septem hont terre vel circiter, sitis in parochia de Empel, in quodam campo, dicto die Hosteden, inter hereditatem Deenkini dicti Everitss. ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Empel ex alio, tendentibus a communi platea ad quoddam fossatum, den Oirbairsgrave; item adhuc ex duobus et dimidio hont terre vel circiter, sitis ibidem in campo predicto, inter hereditatem dicti Deenkini ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Henrici van den Hoerinck ex alio, a dicta communi platea ad dictum fossatum, den Oirbaersgrave vocatum; item adhuc ex domo, area et orto ac quatuor hont terre sibi adiacentibus, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Judoci Henricxs. et Theoderici dicti Cocken ex uno et inter communem viam ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem dicti Judoci Henricxzoen, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus et dimidio florenis Renensibus hereditarii census, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum XX^{a} decembris.

R1272, fol. 272v
20 december 1503
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Nycolaus pro se et pro dicta Aleide, sua uxore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 272v-273v
20 december 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Theodericus, filius quondam Theoderici dicti Tyelens, Henricus dictus Barthons, filius quondam Godefridi dicti van den Bruell, Johannes, filius quondam Johannis dicti Tyelens, Anthonius dictus Hoobosch, filius quondam Henrici Peterszoen, Johannes, filius quondam Willelmi van den Berghe, et Henricus, filius quondam Johannis Lynmans, hereditarie vendiderunt Mathie, filio Lamberti, filii quondam Mathie dicti Stoeters, zoutcoeper, ad opus eiusdem Lamberti, sui patris, hereditarium censum triginta sex florenorum Renensium, XX^{ti}

stuvers monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Burgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, aureos florenos cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, pro XX^{ti} novem stuferos, novos aureos florenos archiducis Philippi predicti, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, stuferos monete olim ducis Philippi aut ducis Karoli, eius filii, ducum, dum vixerant, Bourgoindie, Brabantie etc., pie memorie, pro decem et septem placcis Busciducensibus, et alios denarios, aureos et argenteos, pronunc valuatos nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in opido de Buscoducis absque omni onere precarie, subventionum, exactionum ac ceteris oneribus quibuscumque et incommodis libere tradendum de et ex pecia terre seu prati, septem vasatas terre seu prati vel circiter continente, dicti Theoderici, sita in parochia de Maerheze, in tribunali de Zoerendonck, inter communem aquam, die Aa vocatam, ibidem currentem, et inter hereditatem Johannis van den Berge ex uno et inter hereditatem eiusdem Johannis van den Berge ex alio, tendente ab hereditate ad dominium de Craendonck spectante ad communem paludem ibidem; item ex dimidio bonario prati vel circiter dicti Henrici, sito in parochia de Buedel, in pratis, dictis Vlemans Beemden, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Moers ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Gerardi Boonen ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Scorkens ad hereditatem Johannis dicti Scoevers; item adhuc ex quodam alio dimidio bonario prati, eiusdem Henrici, sito ibidem inter hereditatem liberorum quondam Wolteri dicti aen de Asbroeck ex uno et inter hereditatem dictorum liberorum quondam Gerardi Boonen ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti Tyelen predicti ad hereditatem Johannis dicti van den Bruell; item de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, unum bonarium terre vel circiter continentibus, dicti Johannis, filii quondam Johannis Tyelens, sitis in parochia de Buedel, in loco dicto In sVreeden Hoock, inter hereditatem Christiani dicti Melis ex uno et inter hereditatem domini Henrici Pennincs, presbiteri, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem dicti Christiani; item de et ex quodam campo terre, partim arabilis et partim pascualis, quinque vasatas terre vel circiter continente, dicti Anthonii Hoobosch, sito in parochia de Buedel predicta, in loco dicto In den Bosch, inter hereditatem Cornelii dicti Vrancken ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Grieten et communitatem ibidem ex alio, cum pluribus aliis, tendente ab hereditate dicti Johannis Grieten ad hereditatem liberorum quondam Petri Pennincs; item adhuc ex quodam alio campulo terre, partim arabilis et partim pascualis, eiusdem Anthonii, sito ibidem inter hereditatem Cornelii dicti Vrancken predicti ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Adriani dicti Pennincs ex alio, tendente a quodam communi aqueductu, dicto den Gemeynen Loop, ad hereditatem Symonis, filii Henrici dicti Flessen; item de et ex quodam campo terre pascualis, novem et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, dicti Johannis van den Berge, sito in parochia de Maerheze, iuxta locum dictum die Voirt, inter hereditatem liberorum quondam Petri Cocx ex uno, tendente cum uno fine ad hereditatem liberorum quondam Rutgeri Slaets et alias ad hereditatem liberorum quondam Willelmi van den Berghe; item ex quodam prato, quinque vasatas prati vel circiter continente, dicti Henrici Lynmans, sito in parochia de Buedel predicta, ad locum dictum Op Langelair, inter hereditatem capituli in Aken ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Leonardi sCremers ex alio, tendente ab hereditate Gerardi, filii quondam Godefridi dicti Belen, ad hereditatem liberorum quondam Johannis Pennincs, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad tres et dimidium stuferos ascendente ex dicta pecia terre dicti Theoderici, item duobus stuferis vel circiter ex dictis

domo, area, orto et hereditatibus dicti Johannis Tyelens, item dimidio grosso antiquo census fundi ex dicto campo dicti Johannis van den Berge, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum vicesima decembris.

R1272, fol. 273v
20 december 1503
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter, aut mediatim, quemlibet videlicet dictorum florenorum Renensium cum et mediante decem et septem ac dimidio consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Mathias nomine et ex parte dicti Lamberti, sui patris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Lamberto legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 273v

Henricus,[28] filius quondam Johannis Rutten, promisit ut debitor principalis Johanni de Balen ad opus Katherine, filie naturalis quondam Johanni Kanapart, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem Katherine hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradet de area, orto, magali, dicto berch, ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continentibus, dicti Henrici, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Johanne dicte Rycken, relicte quondam Petri Loyen, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Johannis de Esch ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem heredum quondam Arnoldi Gerijs; item adhuc ex quatuor vasatis terre vel circiter, sitis ibidem, inter hereditatem Johannis, filii quondam Jacobi de Loen, ex uno, et inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Johannis Nellen, et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Godefridi Remmen, ut dicebat, promittens insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad tres florenos Renenses, computando XX^{ti} stuvers pro quolibet, ascendentibus, hereditario censu sex librarum pagamenti communis et hereditaria pactione quinque sextariorum siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, et satisfacere *(aldus).*
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 273v-274r
22 december 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Willelmus, filius quondam Goeswini dicti Rycouts, et Johannes, filius quondam Theoderici Roevers, hereditarie vendiderunt Geertrudi, relicte quondam Petri, filii quondam Gerardi Cort

[28] *deze akte is gecancelleerd, waarbij de eerste regel nog extra is doorgestreept, alsmede de laatste met de schepennamen Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan én de datum (20 december 1503). In de linkermarge* vacat *en* non solverunt.

Wouterssoen, ad opus sui quoad eius usufructum, et Gerardo, filio dictorum Geertrudis et quondam Petri, ad opus sui et ad opus Florencii, Johannis et Petri, suorum fratrum, liberorum eorundem Geertrudis et quondam Petri, quoad eorum ius hereditarium, annuum et hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuferos, monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos florenos pronunc noviter per archiducem Philippum predictum monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippussgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, horreo, aliis edificiis desuper consistentibus, orto ac hereditate sibi coadiacente, unum iuger terre vel circiter continentibus, dicti Willelmi, sitis in parochia de Littoyen, ad locum dictum Aen den Enghe, inter hereditatem heredum quondam Bryenonis Henricxs ex uno et inter viam communem ibidem, dictam tClotken, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Lamberti Peterss.; item de et ex pecia terre paludialis, unum et dimidium iugera terre vel circiter continente, dicti Willelmi, sita in dicta parochia de Littoyen, in quodam campo, dicto In Lacherts Hoeve, inter hereditatem Petri Willemss. ex uno et inter hereditatem Constantini dicti Stanss. Bernts cum pluribus aliis ex alio, tendentibus a quodam aggere, dicto dWerschot, ad quendam alium campum, dictum die Vorste Laichers Hoeve; item de et ex domo, area et orto et hereditate sibi adiacente, dicti Johannis, duo hont terre vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia de Magno Lytt, ad locum dictum Aen dEngwijc, inter hereditatem Johannis Arntssoen ex uno, et inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Johannis de Berkel, et eius liberorum ex alio, tendentibus a hereditate Arnoldi Goyartszoen ad communem plateam; item de et ex dimidio iugere terre vel circiter, eiusdem Johannis, sito in iamdicta parochia de Magno Lytt, ad locum dictum Opten Hoevel, inter hereditatem Agnetis, relicte quondam Goeswini Hack, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Rodolphi dicti Peterszoen ex alio, tendente a quadam stegula, dicta Pleytesteeghsken, ad communem plateam; item ex dimidio alio iugere terre vel circiter, eiusdem Johannis, sito in iamdicta parochia de Magno Lytt, in loco dicto In Janshoeve, inter hereditatem Johannis Roelofszoen ex uno et inter hereditatem Rutgeri Dircxsoen ex alio, tendente a pratis, dictis die Westerbeemden, diversorum hominum, ad locum, dictum die Afterste Jans Hoeve, ut dicebant, ab eisdem, promittentes et cum eis Rodolphus, filius quondam Henrici de Gestel, zeysemaker, et Henricus Bogart, faber, filius quondam Henrici Bogart, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad decem et novem libras communis pagamenti ex dictis bonis et hereditatibus dicti Willelmi, atque hereditaria pactione unius modii siliginis ex dictis domo, area, orto ac hereditate sibi adiacente, dicti Johannis, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Erpe et Roever, datum XXII^{da} decembris, in crastino Thome apostoli.

R1272, fol. 274r-274v
22 december 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum et quinque consimilibus florenis Renensibus in pecunia et moneta superius specificatis et nominatis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Geertrudis et Gerardus, eius filius, pro

seipsis et pro dictis Florencio, Johanne et Petro, cum tutore, hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis venditoribus repromiserunt, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefatis emptoribus seu eorum alteri legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alteri.
Testes Erpe et Roever, datum XXII[da] decembris.

R1272, fol. 274v
22 december 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Johannes, venditores, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis Rodolpho et Henrico, suis promittentibus, promiserunt quod iidem Willelmus et Johannes dictum censum exnunc deinceps dabunt et dare tenebuntur sic et taliter quod eisdem Rodolpho et Henrico, suis compromittentibus, ad et supra se et bona sua ex causa promissionis pretacte dampna exinde non eveniant in futuro, atque quod ipsi Willelmus et Johannes censum predictum infra spacium trium annorum proxime futurorum absque dampnis eorundem Rodolphi et Henrici rediment et acquitabunt ac redimere et acquitare tenebuntur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 274r
22 december 1503
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractus ambobus, scilicet venditionis et redemptionis, constitituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Johannes, venditores, palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt quod quivis eorum unam medietatem census predicti annuatim exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod uni ab altero ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 274v-275r
22 december 1503
Jan van Boert en Lucas van Erp

Arnoldus, filius naturalis quondam Geerlaci dicti van den Borne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Huberti dicti Boumans de Tortvenne, hereditarie vendidit Martino, filio quondam Henrici Theenss. van Bakelair, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et in Buscoducis absque omni precaria ceterisque exactionibus et oneribus tradendam de et ex domo, area et orto, sextariatam terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Tortvenne, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis Huyben et Theoderici dicti Beckers ex alio, tendentibus ad hereditatem dicti Johannis Huyben cum fine utroque; item de et ex duobus pastibus, dictis scaren koeweyen, ad ipsum, ut dicebat, spectantibus in pecia terre pascualis, sex pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem heredum quondam Danielis Roesmontz. ex uno et inter hereditatem heredum

quondam Huberti Boumans et inter Dommellam ibidem fluentem ex alio, tendente cum fine uno ad hereditatem Arnoldi dicti van den Laeck Janss.; item ex quodam agro terre, septem lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito ibidem, inter hereditatem Johannis dicti Huyben ex uno et inter Theoderici Beckers ex alio, tendente ab hereditate dicti Arnoldi van den Laeck ad hereditatem heredum quondam Danielis Roesmontz., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tercia parte census fundi ad quinque stuferos taxati, tercia parte quatuor modiorum siliginis atque tercia parte decem librarum communis pagamenti, diversis personis ex premissis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Erpe, datum supra.

R1272, fol. 275r
29 december 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius Goeswini Goebels, filii quondam Henrici, tamquam pronunc coniugatus, hereditarium censum trium librarum monete, quem censum dictus Goeswinus Goebels promiserat ut debitor principalis dicto Johanni, suo filio, quod ipse daret et solveret eidem Johanni, suo filio, anno quolibus hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto quondam Henrici de Goederheyl, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem magistri Christiani Loekemans, medici, ex uno et inter hereditatem Wolteri Stoeck, filii quondam Henrici, quodam viculo interiacente, ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Goeswino, suo patri, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Erpe et Monix, datum XXIX[a] decembris.

R1272, fol. 275r
deze akte is onvolledig

Johannes et Arnoldus, fratres, liberi quondam Arnoldi dicti Baeljuws, Gerardus, filius quondam Arnoldi dicti van der Hoeven, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Baeljuws et Guedeldis, filia quondam Nycolai dicti de Lairhoven.

R1272, fol. 275r-275v
29 december 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Johannes et Arnoldus, fratres, liberi quondam Arnoldi dicti Baeljuws, ab eodem et quondam Aleyde, sua uxore, filia quondam Johannis de Lairhoven, pariter geniti, Gerardus, filius quondam Arnoldi van der Hoeven, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dictorum quondam Arnoldi Baeljuws et Aleidis, sue uxoris, necnon Guedeldis, filia quondam Nycolai dicti de Lairhoven, filii dicti quondam Johannis de Laerhoven, cum tutore, domum, aream et ortum ac hereditatibus *(aldus)* sibi mutuo adiacentibus, octo lopinatas terre vel circiter continentibus, cum suis attinentiis, sitos in parochia de Haren, ad locum dictum Ghezel, inter hereditatem Goeswini de Uden ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentes cum fine reliquo ad hereditatem liberorum quondam Johannis Goyartss., qui quidem domus, area, ortus et hereditates predicti ipsis per et post mortem quondam Geertrudis de Lairhoven, filie dicti quondam Johannis de

Lairhoven, iure successionis hereditarie advoluti sunt, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Marcelio, filio quondam Lamberti dicti Venmans, ab eodem, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet uno mengelino vini Renensis fabrice ecclesie de Haren, tribus grossis antiquis census fundi domino duci, quindecim et dimidio stuferis monasterio de Tongerloo, hereditaria pactione decem et dimidii lopinorum siliginis heredibus quondam Wolteri van den Broeck, prius annuatim exinde e iure solvendis, atque onere conservandi sex pedatas in aggere, sito in Belveren, ad premissa e iure conservandi, ut dicebant, que onera pretacta dictus Marcelius dabit, solvet et conservabit ac dare, solvere et conservare tenebitur sic et taliter quod dictis venditoribus ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout dictus Marcelius, emptor, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes Busco et Monix, datum XXIX[a] decembris.

R1272, fol. 275v-276r
29 december 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Marcelius, filius quondam Lamberti Venmans, super domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continentibus, olim dicti quondam Lamberti, sitis in parochia de Haren, ad locum dictum Aen den Nuwenhuys, inter hereditatem Johannis van den Vlierden ex uno et fine uno et inter hereditatem Katherine dicte Celen, vidue, et eius liberorum et iamdicti Johannis de Vlierden ex alio, tendentibus cum fine anteriori ad communem plateam; item super agro terre, novem lopinatas terre vel circiter continente, olim eiusdem quondam Lamberti, sito ibidem, inter hereditatem heredum quondam Engberti van den Hezeacker cum pluribus aliis ibidem ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti van den Venne cum pluribus aliis ibidem ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Johannis Geritss. ad hereditatem Gerardi dicti de Lairhoven et quorundam aliorum ibidem; item adhuc super agro terre, olim Lamberti predicti, quinque lopinatas terre vel circiter continente, dicto den Capelacker, sito in dicta parochia de Haren, iuxta capellam beati Martini ibidem, et inter hereditatem heredum dicti quondam Engberti ex uno et inter hereditatem cuiusdam dicti Aeb die Mombair ex alio, tendente ab hereditate Stephani dicti Sceyvel ad hereditatem ad fabricam capelle predicte et quorundam aliorum; item adhuc super pecia terre, unam lopinatam terre vel circiter continente, olim dicti quondam Lamberti, sita ibidem, inter hereditatem dicti Stephani ex uno et inter hereditatem dicti Aelberti dicti Aeb die Mombaere ex alio, tendente cum fine utroque ad hereditatem Jacobi dicti Cop her Wouters; item adhuc super una lopinata terre vel circiter, olim dicti quondam Lamberti, sita ibidem, inter hereditatem Henrici dicti Boyens alias dicti in den Beer ex uno et fine uno,et inter hereditatem Henrici dicti Brocken ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi dicti de Lairhoven; item adhuc super pecia terre, unam et dimidiam lopinatam terre vel circiter continente, olim dicti quondam Lamberti, sita ibidem, inter hereditatem Johannis de Haren ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti van den Hezeacker ex alio, tendente ab hereditate dictorum liberorum quondam Johannis Geritss. ad hereditatem Willelmi dicti Voss; item adhuc super uno bonario prati vel circiter, olim dicti quondam Lamberti, sito in dicta parochia, in palude, dicta Int Noirtbroeck, inter hereditatem dictorum liberorum quondam Johannis Geritss. ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi Appels ex alio, tendente ab hereditate Lamberti van den Hezeacker cum pluribus aliis ad hereditatem Katherine dicte Celen, vidue, et eius liberorum; item adhuc super dimidio bonario prati vel circiter, sito ibidem, in loco dicto In den Ghever, inter hereditatem Willelmi de Buchoven ex uno et inter hereditatem Johannis de Vlierden ex alio,

tendente ab hereditate Theoderici dicti Stempels ende *(aldus)* Henrici van Deventer ad communem plateam et mericam ibidem; item adhuc super medietate cuiusdam prati, olim dicti quondam Lamberti, siti in parochia de Essche, ad locum dictum Opte Ruydonck, inter hereditatem heredum quondam Henrici Ghysselen ex uno et inter hereditatem Mathei dicti Elyaess. cum quibusdam aliis ex alio, tendente ab hereditate dicti Lamberti van den Hezeacker ad hereditatem Agnetis van der Meer cum quibusdam aliis; item adhuc super medietate cuiusdam hereditatis, dicte Moeren, decem lopinatas terre vel circiter continentis, sita in dicta parochia de Helvoert, in loco dicto Int Oirtbroeck, inter hereditatem Mathei Janss. ex uno et inter hereditatem Elisabeth dicte Brocken, vidue, et eius liberorum ex alio, tendente a merica, dicta die Esschersche Hey, ad hereditatem Laurencii dicti Elens et quorundam aliorum; item adhuc super pecia terre seu hereditatis, unam sextariatam terre vel circiter continente, olim dicti quondam Lamberti, sita in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Stephani dicti Sceyvel et liberorum quondam Johannis van den Venne ex uno et inter hereditatem dictorum heredum quondam Engberti van den Hezeacker ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Laurentii Philipszoen et Lamberti van den Hezeacker; item adhuc super dimidio bonario prati vel circiter, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Luyssel, inter hereditatem olim Wolteri van den Hezeacker ex uno tendente cum uno fine ad mericam de Bucstel; item adhuc super quadam pascua, duarum sextariatarum terre vel circiter, olim dicti quondam Lamberti, sita in dicta parochia de Haren, in dicto loco In den Ghever vocato, inter hereditatem Katherine dicte Celen, vidue, et eius liberorum predictorum ex uno et inter hereditatem dicti Lamberti van den Hezeacker ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Ghibonis sWilden ad hereditatem dictorum Katherine et eius liberorum et ad hereditatem Petri Loyen, ut dicebat, atque super toto iure sibi quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus Arnoldi, filii Johannis dicti Baeljuws, filii quondam Arnoldi dicti Baeljuws, tamquam mariti et tutoris legitimi Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Lamberti Venmans, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam certi census ad duos florenos Renenses communes ascendentes necnon quatuor modii siliginis hereditariarum pactionum, diversis personis, atque vitalis pactio unius modii siliginis ad vitam Elisabeth, relicte dicti quondam Lamberti Venmans, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, quod dictus Marcelius hoc plus portabit et portare tenebitur videlicet pro una medietate, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 276r-276v
29 december 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Arnoldus, filius Johannis dicti Bailjuws, filii quondam Arnoldi dicti Baeljuws, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Lamberti Venmans, hereditarie vendidit Barbare, filie quondam Arnoldi dicti Haermans, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro, et in Buscoducis absque omni onere precarie et exactionum ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex dictis bonis et hereditatibus in iamdicto contractu renunciationis comprehensis et nominatis, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad duos florenos communes ascendentibus, diversis pactionibus hereditariis ad quatuor modios siliginis

taxatis, atque vitali pactione unius modii siliginis ad vitam Elisabeth, relicte quondam Lamberti Venmans, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et dicta contrapignora satisfacere.
Testes Busco et Monix, datum XXIX[a] decembris.

R1272, fol. 276v
29 december 1503
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit dictam pactionem redimere perpetue cum et mediante quadraginta peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewicht, quemlibet scilicet pro XX[ti] quinque stuferis, et denarios, dictos dobbel vueryseren, quemlibet videlicet pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et dimidios denarios, dictos half vuerysere,n nae advenande, et nullam aliam pecuniam seu monetam, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Barbara cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo, venditori, repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius integri anni prefate Barbare, emptrici, legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque fraude.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 276v
30 december 1503
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Petrus, filius quondam Martini Peterszoen, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem Mette, relicte quondam Arnoldi Demie, ex uno, et inter hereditatem Theoderici de Breda ex alio, quos domum, aream et ortum unacum hereditario censu trium librarum communis pagamenti ex premissis, prius annuatim solvendo et depost redempto, dictus Petrus erga Henricum, filium quondam Wolteri, filii quondam Johannis Nuwenssoen, vitrificem, dudum acquisierat, prout in litteris, et qui domus, area et ortus predicti pronunc siti sunt ibidem inter hereditatem Geertrudis dicte Scaeps ex uno et inter hereditatem heredum quondam domini Theoderici Arntszoen, presbiteri, ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamensi ad cymitherium ecclesie Sancti Johannis evangeliste ibidem, ut dicebat, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Johannis Arntss. de Berlijkem, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens et cum eo Johannes, eius filius, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere; promiserunt insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam hereditarius census quindecim et dimidii solidorum monete conventui de Porta Celi, sito prope Buscumducis, ad locum dictum Die Baseldonck, hereditaria pactio dimidii modii siliginis sororibus de Orthen in Buscoducis, hereditarius census undecim et dimidie librarum dicte monete heredibus quondam Folcardi van den Dyck, et hereditarius census sex librarum monete predicte heredibus quondam magistri Johannis Ghysels, canonici dum vixerat in Buscoducis, atque hereditarius census trium librarum dicte monete Judoco et Elisabeth, eius sorori, pueris inpuberibus quondam Gerardi Quap, annuatim annuatim *(aldus)* ex premissis e iure solvendis, ut dicebat, quod dicti Petrus et Johannes, eius filius, hoc plus prefato Gerardo penitus deponent et deponere tenebuntur, absque dolo.
Testes Erpe et Monix, datum penultima decembris.

R1272, fol. 277r
4 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Petrus dictus die Vrieze, filius quondam Petri dicti die Vrieze, hereditarie vendidisset Johanni, filio Arnoldi dicti Melis, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, inter hereditatem Gerardi et Henrici, fratrum, liberorum quondam Henrici dicti Sanders, ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Boudewinus, filius dicti quondam Petri die Vrieze, filii quondam Petri die Vrieze, promisit ut debitor principalis super se et bona sua omnia ab eo ad presens habita ac imposterum ab eo habenda et acquirenda quod ipse supradicto Johanni de dicta pactione debitam et iustam prestabit warandiam, et quod ipse dictos domum, aream, ortum et peciam terre pro solutitione dicte pactionis prefato Johanni annuatim exinde, ut premittitur, solvende, sufficientia beneque valentia semper efficiet et satissecuros.
Testes Boert et Roever, datum quarta ianuarii.

R1272, fol. 277r
4 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu precedenti et fiat relatio ex eodem usque ibi Constitus, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Boudewinus, filius quondam Petri die Vrieze, palam recognovit et super omnia et habenda Willelmo, filio quondam Godefridi van den Oever, tamquam proprietario pro tempore domus, aree et orti ac hereditatis sibi adiacentis, sitorum in parochia de Gestel predicta, ad dictum locum, Herlair vocatum, iuxta molendinum aquatile ibidem, inter hereditatem Arnoldi de Uden ex uno et inter hereditatem Henrici dicti die Lepper ex alio, tendencium cum fine utroque ad communem plateam, promisit quod ipse Boudewinus dictam pactionem perpetuis futuris temporibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et talier quod dicto Willelmo ad et supra se ac domum, aream, ortum et hereditatem suos ultimodictos dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum iam supra.

R1272, fol. 277r
4 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in priori contractu et fiat etiam relatio usque ibi Constitutus, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Melis, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Boudewino promisit quod ipse Boudewinus dictam pactionem redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante decem et septem peters, XVIII stuvers nove monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc ad bursam communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis.
Testes et datum ut iam supra.

R1272, fol. 277r
deze akte is onvolledig

Jutta, filia quondam

R1272, fol. 277r
2 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Henricus dictus Houtloecx dedit Laurentio Wouterssoen ad opus sui et ad opus Theoderici, filii quondam Geerlaci die Roever, atque Adriani Geritssoen, clerici in Magno Hospitali in Buscoducis, ac ad opus alterius eorundem, potestatem monendi, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Monix et Roever, datum secunda ianuarii.

R1272, fol. 277v
3 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Lodovicus dictus van der Lynden, faber, Henricus, filius quondam Johannis Beeckmans, Gerardus, filius Johannis de Weert, Adrianus, filius quondam Engberti Aelbertss., Theodericus, filius quondam Gerardi Scellens, Geerburgis, filia quondam Bartholomei Janss., Katherina et Adriana, eius sorores, filie eiusdem quondam Bartholomei Janss., promiserunt ut debitores principales super se et bona sua omnia ab eis ad presens habita ac imposterum ab eis habenda et acquirenda, divisi, videlicet quivis eorum pro una octava parte, Willelmo, filio quondam Aelberti van der Lynden, quinquaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in hiis denarios, dictos dobbel vueryseren, quemlibet videlicet huiusmodi denarium pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et nullam aliam pecuniam sive monetam, ad festum Beate Geertrudis virginis proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum tercia ianuarii.

R1272, fol. 277v
4 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Katherina, filia quondam Lamberti, filii quondam Johannis de Zoemeren, relicta quondam Mathie dicti de Ryetvoirt Janss., cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis ex domo et orto, sitis in parochia de Berlijkem, in pastoria de Belver, iuxta mericam ibidem, inter hereditatem liberorum dictorum sMeesters kynder ex uno et inter communem plateam ex alio, quam pactionem predictam Elisabeth, uxor legitima Johannis de Boemel, prefato Lamberto, filio quondam Johannis de Zoemeren, marito et tutori legitimo Agnetis, sue uxoris, filie quondam Henrici Janss., dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris, legitime supportavit Lamberto et Johanne, eius sorori, liberis Katherine et quondam Mathie predictorum, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Busco et Boert, datum quarta ianuarii.

R1272, fol. 277v
4 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Lambertus et Johanna, cum tutore, dictam pactionem hereditarie supportaverunt magistro Henrico Ghysels ad opus Henrici, Jacobi et Elisabeth, suorum liberorum naturalium, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes cum tutore et cum eis dicta Katherina, eorum mater, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter, salvis tamen dicto magistro Henrico et sibi reservatis plenaria potestate pariter et auctoritate pactionem predictam vendendi, alienandi, transportandi seu obligandi et de eadem pactione disponendi quamdiu in humanis vixerit dum et quando sibi placuerit, contradictione dictorum suorum liberorum naturalium seu alterius eorundem aut quorumcumque aliorum non obstante.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 278r
4 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus magister Henricus promisit super omnia et habenda dicte Katherine triginta unum peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon unum modium siliginis mensure de Buscoducis, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 278r
4 januari 1504
Willem van den Bosch en Lucas van Erp

Jan, zoen wilneer Jans van den Venne, in den name ende vanwegen Symons, onmundichs kijnts wilneer Henricx Symonszoen, zijn neven, heeft oepenbairlicke bekent ontfangen te hebbene van Claessen Gerits Claessoen, den zoutkoeper, vyff Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers gerekent, ende vyfthien dergelijcke stuvers, die gecomen zijn van der zoenen des dootslaigs des voirs. Henricx Symonszoen, vaders des voirs. Symons, onmundichs kijnts, dwelcke die voirs. Jan houdende is, zoe hy seeghden, ende schaut dair af quyt den voirs. Claessen ende alle anderen des quitancie behoevende.
Testes Busco et Erpe, datum supra.

R1272, fol. 278r
4 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Rutgeri de Boert, viginti peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac dimidium modium siliginis mensure de Buscoducis, promissos dicto Johanni ab Henrico, filio quondam Willelmi dicti de Tuyll, ad certum terminum persolvendos, prout in litteris, legitime supportavit Reymboldo, filio quondam Theoderici Kepkens, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 278r
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Gerardus, filius quondam Theoderici dicti sCosters, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Petronelle dicte Nelle, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii Theoderici dicti de Loen, peciam terre paludialis, duo et dimidium hont terre vel circiter continente, sita in parochia de Os, ad locum dictum Die Cruysbeempt, inter hereditatem ecclesie de Nuwelant ex uno et inter hereditatem altaris Sancti Nycolai in ecclesia de Os ex alio, dudum venditam dicto Johanni, filio Theoderici de Loen, ab Arnoldo de Vladeracken, prout in litteris, et que pecia terre paludialis predicta pronunc sita est ibidem, inter hereditatem altaris beate Marie Virginis in ecclesia de Geffen ex uno et inter hereditatem dicti altaris Sancti Nycolai ex alio, et tendit a fossato, dicto den Leygrave, ad aqueductum, dictum die Cruysbeemsche Weteringe, ut dicebat, hereditarie supportavit Mechteldi, relicte quondam Johannis Alartss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris necnon ex parte dicti quondam Johannis, filii quondam Theoderici de Loen, et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Erpe et Roever, datum quinta ianuarii.

R1272, fol. 278r
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Udemanni de Bruheze, promisit super omnia et habenda Petro dicto Goessens, commoranti in Geffen, duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon septem et dimidium consimiles stuvers, Pentecostes proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 278r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Petrus iampremissa legitime supportavit Gerardo, filio quondam Nycolai Lucas, simul cum dictis litteris et iure.
Testes Busco et Kuyst, datum VII^{a} marcii, quinta post Reminiscere.

R1272, fol. 278r-278v
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Robbertus, filius quondam Huberti Robbrechszoen, Hermannus, eius frater, Arnoldus, filius quondam Willelmi Arntszoen, et Nycolaus, filius quondam Lamberti Everitssoen, hereditarie vendidissent Johanni, filio quondam Alardi de Eymerick, institori, hereditarium censum duodecim aureorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Martini hyemalis de et ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter duodecim vasatas terre vel circiter continentibus, dicti Robberti, sitis in parochia de Hees, inter communitatem ex uno et inter hereditatem heredum quondam Nycolai Dircxzoen ex alio; insuper ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, quinque vasatas terre vel circiter continente, dicti Hermanni, sitis in

dicta parochia, inter hereditatem Aleidis, relicte quondam Gerardi de Merlair, et eius liberorum ex uno, et inter communitatem alias undique adiacentibus; insuper ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter viginti vasatas terre vel circiter continentibus, dicti Arnoldi, sitis in dicta parochia, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Engberti Rycartszoen ex alio; insuper ex sex vasatis terre vel circiter dicti Nycolai, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Johannis Pynappel Boudewijnssoen ex utroque latere; item ex quindecim vasatis terre eiusdem Nycolai, sitis in parochia de Geffen, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Mechteldis, relicta dicti quondam Johannis, filii quondam Alardi de Eymerick, et cum ea Johannes, filius quondam Udemanni de Bruheze, cum tutore, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Hermanno, filio quondam Huberti Robbrechtszoen, promiserunt quod ipsi nec quecumque alia persona que imposterum habere poterit de censu predicto quovismodo potestatem, eundem censum quocumque tempore futuro non petent, monebunt nec via iuris prosequentur nec peti, moneri aut via iuris prosequi permittent ad et supra dictum Hermannum et eius bona pretacta, ymmo eundem Johannem et eius bona de eodem censu atque ab omnibus dampnis sibi ea occasione quovismodo imposterum eventuris quitabunt, relevabunt et penitus indempnes observabunt, absque dolo.
Testes Erpe et Roever, datum quinta ianuarii.

R1272, fol. 278v
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Gerardus, filius quondam Weltkini die Haerdt, scriniparus, promisit super omnia et habenda dicte Mechteldi, relicte quondam Johannis Alardi, duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando et quartam partem unius huiusmodi floreni Renensis, Nativitatis Domini proxime futuro, totidem a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, totidem a Nativitatis Domini proxime futuro ultra duos annos, et totidem a Nativitatis Domini proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 278v-279r
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Domicella Katherina dicta sRoevers, relicta quondam Johannis de Erpe, filii Arnoldi, cum tutore, usufructum ac totum ius hereditarium ad ipsam, ut dicebat, spectantes in hereditario censu quadraginta duarum librarum monete, quem censum domicella Jutta, relicta quondam Willelmi dicti de Nuwelant, domicelle Elisabeth et Aleidis, filie dicte domicelle Jutte, promiserant se daturas et soluturas Arnoldo de Waderle anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini ex omnibus et singulis bonis que Willelmus dictus quondam de Nuwelant post mortem Mechtildis, eius quondam uxoris, matris domini Henrici de Nuwelant, militis, acquisierat quocumque locorum, tam in humido, quam in sicco, in duro et in molli consistentibus sive sitis, que bona predicta domicelle Jutta, Elisabeth et Aleidis predicte erga dictum Arnoldum de Waderle pro dicto censu quadraginta duarum librarum ad censum acquisierant, necnon ex annuo et hereditario censu quadraginta duarum librarum eiusdem monete, solvendo anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto ex bonis que fuerant dicti quondam Willelmi de Nuwelant, dictis communiter Kychoven, sitis in Gewanden, ex novem iugeribus terre, sitis retro domum et ortum, in quibus Gerardus dictus Boet commorari consueverat, ex sedecim iugeribus terre, sitis in loco dicto In den Ham, in duobus campis, ex

duodecim iugeribus terre, sitis inter duas sluysas, videlicet de Kessel et Maren, in quodam campo, sito in loco dicto Op die Meer, ex quatuor iugeribus terre inter hereditatem Johannis dicti die Bye de Kessel ex uno et inter hereditatem quondam Gerardi de Kessel coadiacentibus, sitis supra conum, dictum Paddelaer, atque de una communitate in vicinio de Alem sita, necnon ex tribus particulis terre quas dictus quondam Willelmus erga Gerardum Boet predictum acquisierat, sitis in Maren, in loco dicto Die Grootweert, necnon ex uno et dimidio iugeribus terre, sitis in Maren, in extremo manso, sito in loco dicto die Maersche Beemde, atque ex octo hont terre, sitis in manso domini Willelmi de Kessel, militis, necnon ex medietate hereditatis, dicte een half deel, site in Maren, in loco dicto Die Maersche Deelen, et quem censum quadraginta duarum librarum primodictum dictus Johannes de Erpe, filius Arnoldi, erga Willelmum, filium quondam Marcelii dicti de Zittart, filii quondam Henrici, dudum acquisierat, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit Johanni de Berkel, magistro et rectori pro tempore Maioris Hospitalis, siti in Buscoducis, iuxta Portam Captivorum, ad opus eiusdem Maioris Hospitalis, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; promisit insuper sub obligatione premissa omnes obligationem et impeticionem ex parte sui et ex parte suorum heredum necnon dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, et suorum heredum in medietate dicti census quadraginta duarum librarum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 279r-279v
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Dictus Johannes de Berkel, tamquam magister et rector dicti Maioris Hospitalis, in presentia et de expressis consensu et voluntate Luce de Erpe, tamquam provisoris pro tempore dicti Hospitalis, promisit dicte domicelle Katherine, quod ipse dabit et solvet eidem domicelle Katherine annuam et vitalem pensionem quadraginta duarum librarum monete, anno quolibet ad vitam eiusdem domicelle Katherine et non ultra, in festo Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino in festo Nativitatis Domini proxime futuro de et ex omnibus et singulis bonis dicti Maioris Hospitalis, ab eodem Hospitali ad presens habitis ac imposterum habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac repiendis, ut dicebat; promisit insuper sub obligatione omnium bonorum eiusdem Hospitalis warandiam et satisfacere.
Testes Erpe et Roever, datum quinta ianuarii.

R1272, fol. 279v
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta domicella Katherina palam recognovit et consentiit dicto Johanni de Berkel ad opus dicti Hospitalis, quod quidquid imposterum durante vita dicte Katherine contigerit eidem Hospitali de primodicto censu quadraginta duarum librarum via iuris evinci aut sic minus de eodem censu recipi, quod hoc eidem Hospitali in annali solutione vitalis pensionis predicte realiter defalcabitur et defalcari debet, absque dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 279v
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Wolterus, filius quondam Goeswini de Beeck, maritus legitimus, ut dicebat, Christine, sue uxoris legitime, filie naturalis quondam domini Andree de Broichoven, investiti dum vixerat ecclesie parochialis de Erpe, et ipsa Christina cum eodem Woltero, suo marito, tamquam cum suo tutore, medietatem ad ipsos, ut dicebant, spectantem in quodam manso, sito in parochia de Bustel (*aldus*), ad locum dictum Luyssel, atque in iuribus et attinenciis eiusdem medietatis mansi predicti singulis et universis, ubicumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, simul cum medietate bestiarum et pecorum in eodem manso pronunc existentium, prout et quemadmodum quidam Gysbertus, filius Arnoldi Ghysbertszoen, tamquam colonus pro tempore mansi predicti, premissa sub suis ad presens habet et obtinet cultura et potestate, et de quo manso cum suis iuribus et attinenciis predictis reliqua medietas ad Henricum, filium quondam Henrici Boyensz., spectare dinoscitur, ut dicebant, hereditarie vendiderunt eidem Henrico, filio quondam Henrici Boyens, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ex dicto integro manso annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebant.
Testes, datum supra.[29]

R1272, fol. 279v-280r
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Wolterus, tamquam maritus legitimus dicte Christine, sue uxoris, et ipsa cum eodem tamquam cum suo tutore predicto palam recognoverunt et super omnia et habenda indivisi dicto Henrico adhuc promiserunt quod ipsi proles suas legitimas dum eedem ad annos eorum pubertatis pervenerint, super medietate mansi ac iurium et attinenciarum predictorum atque super toto iure ipsis seu eorum alteri in premissis quovismodo competente ac imposterum competituro ad opus dicti Henricum, filii quondam Henrici Boyens, hereditarie facient renunciare atque omnes obligationem et impeticionem ex parte eorum deponere promittent, absque dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 279v
29 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum[30] sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu A signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Wolterus palam recognovit se recepisse a dicto Henrico, filio quondam Henrici Boyenss., summam vero quadringentorum peters, XVIII stuvers in moneta iam valuata pro quolibet computando, atque adhuc viginti sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in consimili moneta pro quolibet computando, et hoc ex causa dicte venditionis pretacte medietatis mansi predicti cum suis attinenciis predictis, clamans igitur dictus Wolterus dictum Henricum et eius bona et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis quitos.

[29] *in de marge* A.
[30] *de akte is later toegevoegd in de ondermarge*.

Testes Kuyst et Boert, datum XXIX[a] februarii, quinta post Invocavit.

R1272, fol. 280r
5 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Wolterus de Beke, filius quondam Goeswini de Beke, tamquam maritus et tutor legitimus Christine, sue uxoris, filie naturalis quondam domini Andree de Broichoven, investiti dum vixit ecclesie de Erpe, hereditarie vendidisset magistro Francisco Toelinc ad opus confraternitatis Beate Marie Virginis in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Epiphanie Domini de et ex quodam manso, olim dicti quondam domini Andree, nunc vero dicti venditoris, sito in parochia de Erpe, in loco dicto Int Luetset, tali annexa condicione quod dictus Wolterus et magister Johannes de Broichoven, filius quondam Johannis de Broichoven, dictam pactionem redimere possent simul unapariter cum centum ac tribus aureis florenis, enckel philippusgulden communiter vocatis, iam noviter per archiducem Philippum monetatis, vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata, necnon cum decem et septem stuferis monete valuationis eiusdem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Wolterus de Beke dictam potestatem redimendi et acquitandi pactionem predictam hereditarie supportavit dicto Henrico Boyens, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1272, fol. 280r-281r
5 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Gerardus et Johanna, eius soror, liberi quondam Bernardi, filii quondam Johannis Berntszoen, textoris laneorum, ab eodem quondam Bernardo et quondam Bela, sua secunda uxore, filia quondam Gerardi Lambrechss. van den Oeventken, pariter geniti, palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam mutuo fecisse de certis bonis infrascriptis, mediante qua divisione quatuordecim vasa siliginis mensure de Buscoducis hereditarie pactionis de quinque maldris siliginis hereditarie pactionis eiusdem mensure, que quinque maldra siliginis predicta Henricus, filius Rodolphi, multoris, de Erpe, Jacobo Heynenzoen de Duere ac suis fratribus et sororibus solvere consueverat anno quolibet Purificationis ex huiusmodi domibus, ortis ac hereditatibus, quos dictus Henricus Roelofszoen erga liberos Henrici de Duere olim ad pactum acquisierat, sitis ad locum dictum Op Boekel, in parochia de Uden, atque ex diversis aliis contrapignoribus ibidem situatis, que quatuordecim vasa siliginis dictus Jacobus Heynenzoen van Duere Gerardo Lambrechss. van den Oeventken predicto dudum supportaverat et que quatuordecim vasa siliginis predicta quidam Judocus dictus van den Peel, commorans op Boekel, pronunc annuatim solvere tenetur; item undecim lopini siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis de hereditaria pactione viginti duorum lopinorum siliginis, quam pactionem olim Petrus Voss et Henricus, filius Arnoldi Dircxzoen, commorantes in Uden, ad locum dictum Overdyck, ex eorum hereditatibus inibi situatis solvere consueverant et pronunc quidam Petrus dictus Arntszoen solvere tenetur de et ex dictis hereditatibus, sitis ad locum, dictum Aen Carpersdyck; item adhuc unum maldrum siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, solvendum hereditarie Purificationis, quod maldrum siliginis predictum pronunc quidam Johannes dictus die Cuyper, commorans in Uden, ad locum dictum Op Loe, de et ex certis suis hereditatibus ibidem situatis annuatim

solvere tenetur; item unus modius siliginis hereditarie pactionis, solvendus annuatim Purificationis ex medietate cuiusdam campi terre, dicti Den Eyckenberch, siti ad locum, dictum Op Thuysthuyse, in parochia de Uden, iuxta hereditatem Theoderici Arnt Yewenszoens zoen cum uno latere et cum alio latere iuxta communitatem, quem modium siliginis predictum Heilwigis, filia Jacobi van Loeken, Gerardo Bernts dudum supportaverat iuxta continentiam diversarum litterarum desuper confectarum; item medietas hereditarii redditus quinque florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet floreno et tres grossos Brabantinos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet stuferorum computando, solvendus hereditarie Jacobi apostoli, quem integrum redditum predictum dicta Bela, relicta quondam Bernardi Janss. predicti, erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis continetur; item unum et dimidium iugera terre in quodam campo, dicto Den Bloemart, quinque iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, in loco dicto Die Hoeven, inter hereditatem Herberti Hals ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi de Vladeracken ex alio, que *(aldus)* campum predictum magister Henricus Peregrini ad opus dicti Bernardi Janss. erga Symonem de Gheel dudum emendo acquisierat, prout in litteris, simul cum onere conservandi aggeres, dictos zegedycken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dicta unum et dimidium iugera terre e iure conservandi spectantes, ut dicebat, supradicto Gerardo cesserunt in partem, prout Johanna cum suo tutore hoc palam recognovit, super quibus bonis altera atque iure ad opus eiusdem Gerardi hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, est *(aldus)* mediante qua divisione hereditaria pactio unius modii siliginis mensure *(aldus)* de bonis solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex pecia terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Litter venne, atque ex uno et dimidio iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Kessel, de qua pactione Bernardus, filius Johannis Berntss., unam medietatem erga Rodolphum, filium quondam Rodolphi Peterszoen van der Heiden, acquisierat, prout in litteris; item tria maldra siliginis, mensure de Buscoducis, que Johannes Jacopszoen des Dorren solvere promiserat annuatim et hereditarie Godefrido Lambrechssoen Purificationis ex certis domibus, ortis et hereditatibus, sitis in Die Bitswyc, beneven een waterlaet, pridem datis ad pactum dicto Johanni a Godefrido predicto, iuxta continentiam litterarum scabinalium de Uden desuper confectarum, et que tria maldra siliginis predicta Arnoldus van der Cuyl aen de Bitswyc pronunc annuatim solvere tenetur; item unum maldrum siliginis mensure de Buscoducis, solvendum hereditarie Purificationis, quem unum maldrum siliginis predictum quidam Ghysbertus dictus Beert, filius Johannis Eynskens, commorans op Boeckel, parochie de Uden, ex certis suis bonis ibidem situatis pronunc annuatim solvere tenetur, iuxta continentiam litterarum scabinalium de Uden desuper confectarum; item hereditarius census duodecim librarum monete, solvendus hereditarie Baptiste ex duobus bonariis prati, sitis in parochia de Scijnle, quem censum predictum dictus Bernardus, filius quondam Johannis Berntss., erga Judocum dictum Knoeden, filium quondam Arnoldi Knoeden, dudum acquisierat, prout in litteris de Buscoducis; item reliqua medietas supradicti hereditarii redditus quinque florenorum Renensium atque tria et dimidium iugera terre in supradicto campo, Den Bloemart nuncupato, quinque iugerum vel circiter, sito in dicta parochia de Roesmalen, simul cum onere conservandi aggeres, dictos zegedijcken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dicta tria et dimidium iugera terre e iure conservandi spectantes, ut dicebat, supradicte Johanne cesserunt in partem, prout Gerardus hoc palam recognovit, super quibus bonis alter atque iure ad opus dicte Johanne hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, talibibus conditionibus annexis quod quivis dictorum condividentium sua onera in sua portione ut premittitur narrata conservabit et conservare tenebitur temporibus

oportinis sic et taliter uni ab alio dampna exinde non eveniant in futuro, et si ex premissis inventum fuerit via iuris imposterum plus fore conservandum aut aliquid fore solvendum quam dictum est aut si alicui dictorum condividentium de premissis ei in partem, ut premittitur, cessis, imposterum iuridice aliquid evincentur, aut si contrapignora dictarum pactionum et censuum imposterum via iuris inventa fuerint insufficiencia et non satissecura pro solutione eorundem, hoc plus aliquid huiusmodi dampna et insufficiencia dicti condividentes proporcionabiliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet quivis eorum pro una medietate, prout iidem condividentes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Boert et Roever, datum quinta ianuarii.

R1272, fol. 281r
5 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Supradicta Johanna cum tutore super hereditaria pactione trium sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex duabus peciis terre, sitis in parochia de Geffen, in loco dicto Int Geffender Velt, quarum una inter hereditatem Ambrosii, filii Ambrosii Guedelensoen, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Theoderici de Os ex alio, et alia inter hereditatem Jacobi, filii quondam Johannis Arntss., ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Henrici Ghybenzoen ex alio site sunt, quam pactionem Bernardus, filius quondam Johannis Berntszoen, textor laneorum, erga Rodolphum et Wolterum, fratres, liberos quondam Nycolai van der Hagen, acquisierat, prout in litteris, atque iure, ad opus dicti Gerardi, sui fratris, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dumtaxat deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 281r-281v
5 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Supradicta Johanna cum tutore super hereditario censu novem et dimidie librarum monete, quem Bela, relicta quondam Bernardi Janss., annuatim et hereditarie solvendum habuit ex quadam domo et area quondam Franconis van der Stappen, sita in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, extra portam, dictam Pynappelspoirt, item adhuc super duobus iugeribus terre vel circiter de quatuor iugeribus terre, sitis in quodam campo, dicto die Rychoeve, sito in parochia de Nuwelant, quos censum et duo iugera terre predictos dicta Bela prefato Gerardo, suo filio, dudum in subsidium sui matrimonii dederat et assignaverat, ut dicebat, atque super toto iure ad opus eiusdem Gerardi hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; promisit insuper sub obligatione premissa, in casu quo dicto Gerardo suo fratri, seu eius bonis occasione aut ex causa promissionum warandiarum, quas idem Gerardus dudum in venditione seu supportatione premissorum fecerat et promiserat, via iuris aliqua dampna evenerint seu expensas sustinuerit, quod ipsa Johanna huiusmodi dampna et expensas portabit et portare tenebitur pro una medietate, absque dolo.
Testes Boert et Roever, datum quinta ianuarii.

R1272, fol. 281v
9 januari 1504

Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Hermannus, filius quondam Johannis, filii quondam Hermanni dicti Spiegel, hereditarium censum viginti solidorum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto Theoderici, filii Baldewini Lambrechss., sitis in parochia de Alem, inter hereditatem Baldewini Lambrechssoen ex uno, et inter hereditatem Johannis de Gestel et Huberti Henricxsoen ex alio, quem censum dictus Johannes, filius quondam Hermanni Spiegel, erga dictum Theodericum, filium quondam Baldewini Lambrechssoen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Theoderici de Zoemeren, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui patris, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Boert et Monix, datum IX[a] ianuarii.

R1272, fol. 281v-282r
10 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes dictus die Witte, filius quondam Johannis dicti die Witte, carpentatoris, filii quondam Johannis dicti die Witte, et Ghysbertus dictus die Cock, filius quondam Johannis die Cock, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie secundodicti quondam Johannis die Witte, domum, aream, quinque cameras cum earum fundis et ortum sibi coadiacentem, sitos in Buscoducis, ad finem vici Orthensis, inter hereditatem Willelmi, filii Arnoldi Willemszoen, fabri, ex uno, et inter hereditatem Rutgeri dicti Henricxsoen die Rademeker ex alio, simul cum iure utendi quadam via a premissis tendente usque ad aquam ibidem fluentem; insuper particulam hereditatis, sitam in Buscoducis, ad finem vici Orthensis, retro hereditatem Willelmi Arntssoen, fabri, latitudinis decem et septem pedatarum in capite, iuxta hereditatem Willelmi Arntszoen predicti et inter hereditatem Henrici die Potter ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Wolteri Coelbornere, ex alio, simul cum iure utendi quadam via ibidem ordinata usque ad communem plateam ibidem, dudum supportatos secundodicto Johanni die Witte, carpentatori, filio quondam Johannis die Witte, a Willelmo, filio Arnoldi dicti Willemssoen, fabro, predicto, prout in diversis litteris; insuper quandam hereditatem, dictum een rosmoelenstat, olim Johannis Styerkens, dehinc Aleidis, uxoris Ghibonis Bogarts,
quemadmodum dicta Aleidis eandem hereditatem, dictam rosmoelenstat, olim possidere consueverat, sitam in Buscoducis, ad finem vici Orthensis, et quam hereditatem iamdictam, rossmoelenstadt vocatam, dictus Johannes die Witte, carpentator, erga Goeswinum Heym, tamquam receptorem domini nostri ducis Brabantie in quarterio de Buscoducis, mediante sententia hominum feodalium eiusdem domini nostri ducis dudum emendo acquisierat, ut videbatur in litteris dictorum receptoris et hominum feodalium desuper confectis plenius contineri, hereditarie supportavit Woltero dicto die Brouwer, filio quondam Johannis die Brouwer, carpentatori, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Elisabeth, necnon ex parte dicti quondam Johannis die Witte, carpentatoris, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Boert et Roever, datum X[a] ianuarii.

R1272, fol. 282r
10 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Wolterus promisit super omnia et habenda dictis Johanni et Ghisberto, eius sororio, viginti libras monete necnon centum et quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 282r
10 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Idem Wolterus promisit super omnia et habenda eisdem Johanni et Ghisberto, eius sororio, viginti libras dicte monete necnon centum et quadraginta consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 282r-283r
10 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Johannes dictus Scrage, Leonardus de Kessel, filius Johannis, Heymericus, filius quondam Theoderici dicti Celen, Johannes, frater eius Heymerici filiusque dicti quondam Theoderici Celen, Wolterus, filius quondam Henrici Florijszoen, Johannes, filius quondam Johannis dicti die Cock, Nycolaus, filius quondam Theoderici de Lytt, Johannes, filius quondam Wiggeri dicti Wigger Florijszoen, Johannes, filius quondam Arnoldi de Horn, et Willelmus dictus de Deynsen, filius quondam Hermanni dicti de Deynsen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Johannis de Eesscheren, hereditarie vendiderunt Martino de Elmpt hereditarium censum quindecim et dimidii novorum aureorum florenorum per archiducem Philippum, archiducem moderni Austrie, ducem Bourgoindie, Brabantie etc., iam noviter monetatorum, iusti ponderis, vel viginti quinque denarios novos, dictos nyewe stuvers, eiusdem archiducis Philippi, etiam noviter monetatos, vel valorem eorundem in alia pecunia iam valuata et ante datam presencium monetata, pro quolibet huiusmodi novorum aureorum florenorum computando, solvendum anno quolibet hereditarie Epiphanie Domini et in Buscoducis absque omni onere precarie atque exactionibus ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex pecia terre, quinque hont terre vel circiter continente, dicti Johannis Scraghe, sita in parochia de Langel, territorii de Ravensteyn, ad locum dictum In den Nuacker, inter hereditatem Godefridi de Heck ex uno et inter hereditatem Willelmi de Elst et Elisabeth dicte Hermans, vidue, ex alio, tendente ab hereditate Heymerici Janszoen ad quendam communem aqueductum ibidem, dictum die gemeynen weteringe; item adhuc de et ex octo hont terre, eiusdem Johannis Scraghe, sitis in eadem parochia, ad locum dictum Opten Uuterdyck, inter hereditatem Theoderici dicti Mont ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Back ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem heredum quondam Nycolai dicti de Eesscheren; item ex pecia terre, dicta den Weechcamp, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, dicti Leonardi, sita in parochia de Huesschelinge, inter hereditatem Herberti dicti de Helmont ex uno et inter hereditatem Johannis die Smyt ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Marcelii Janss.; item ex pecia terre, septem hont terre vel circiter continente, dicti Heymerici, sita in dicta parochia de Langel, ad locum dictum Op die Steghe, inter hereditatem dicti Johannis Scrage et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem dicti Heymerici Janss. ex alio, tendente ab hereditate investiture ecclesie de Langel ad communem plateam; item ex pecia terre, septem

hont terre vel circiter continnte, dicti Johannis, filii Theoderici Celen, sita in dicta parochia de Huesschelinge, in loco dicto In de Meer, inter hereditatem Johannis die Cock ex uno et inter hereditatem quandam, dictam Die Vergart, heredum quondam Heymerici Dircxs. ex alio, tendente a dicto communi aqueductu ad hereditatem liberorum quondam Henrici Florijs et quorundam aliorum ibidem; item de et ex medietate ad dictum Wolterum, ut dicebat, spectante in pecia terre, duo iugera terre vel circiter continente, sita in dicta parochia de Huesschelinge, in loco dicto In die Meer, inter hereditatem Johannis die Cock ex uno et inter communem aqueductum, dictum die weteringe, ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Hessels ad hereditatem dicti Johannis, filii Theoderici Celens.; item de et ex domo, area et orto ac quatuor hont terre vel circiter, sibi coadiacentibus, dicti Johannis die Cock, sitis in dicta parochia de Huesschelinge, inter hereditatem reliquam eiusdem Johannis die Cock ex uno et inter hereditatem investiture ecclesie de Huesschelinge et quorundam aliorum ex alio, tendentibus ab hereditate Marcelii Wouterszoen ad communem plateam; item ex uno iugere terre vel circiter, dicti Nycolai, sito in dicta parochia de Langel, ad locum dictum After Langel, inter communem aqueductum, die gemeyn weteringe nuncupatum, ex uno et inter hereditatem fabrice dicte ecclesie de Langel ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Theoderici de Lytt ad hereditatem heredum quondam Godefridi de Heck et quorundam aliorum; item de et ex septem hont terre vel circiter, dicti Johannes Wiggers, sitis in parochia de Doerren, ad locum dictum Opt Duysthuys, inter hereditatem Jacobi Symons ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis van den Born ex alio, tendentibus ab hereditate investiture ecclesie de Doerren ad hereditatem Johannis Thomaszoem; item de et ex medietate ad dictum Johannem de Horn spectante in septem hont terre, sitis in dicta parochia de Huesschelinge, ad locum dictum In den Raem, inter hereditatem Cornelii dicti Dongen ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Smeets ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem reliquam dicti Johannis de Horn; item de et ex quarta parte ad dictum Willelmum de Deynsen, ut dicebat, spectante in uno iugere terre, sito in dicta parochia de Huesschelinge, ad locum dictum Op die Hoge Hofstadt, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Arnoldi Zeberts et quorundam aliorum ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Theoderici Wouterszoen; item adhuc ex quarta parte ad eundem Willelmum spectante in dimidio iugere terre, sito ibidem in eadem parochia, inter hereditatem Johannis die Cock ex uno et inter hereditatem Johannis die Quade ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis Dircxs. predicti ad hereditatem Johannis Ottens., ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duodecem denariis, Vleemsch communiter vocatis, ex medietate septem hont terre dicti Johannis de Horn, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Roever, datum X^{a} ianuarii.

R1272, fol. 283r
10 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante ducentis et sexaginta tribus ac dimidio consimilibus novis aureis florenis, iusti ponderis, iam monetatis vel cum valore eorundem et pecunia superius specificata, et ante datam presentium monetatis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout emptor recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius integri anni prefato emptori legitime preintimabunt ant preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 283r
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius Arnoldi Heynens. alias Zegers, hereditariam pactionem septem vasorum siliginis mensure de Maerheze, quam pactionem liberi quondam Gerardi sPapen solvere tenebantur olim Johanni Loyensoen anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Maerheze tradere et deliberare de et ex quodam prato, dicto den Perix beempt, sito in parochia predicta, inter hereditatem dictam der Heren Gueden ex uno et inter hereditatem Franconis Smeets ex alio, quam pactionem Franco de Langel ad opus Johannis, filii quondam Johannis Engbrechszoen, erga Godefridum, filium quondam Mathie Hannens., acquisierat, prout in litteris, et que pactio septem vasorum siliginis predicta dicto Henrico unacum certis aliis bonis via testamentarie ordinationis quondam Agnetis, relicte dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis Engbrechssoen, depost uxoris legitime Lamberti Ghenen de Zoemeren advoluta sunt, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit domino Johanni de Eyck, presbitero, simul cum dictis litteris et instrumento, aliis litteris et instrumentis ac iure, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere notanter, cum conditione consueta.
Testes Busco et Monix, datum XI[a] ianuarii.

R1272, fol. 283r-283v
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Lamberti dicti Dircxzoen, promisit ut debitor principalis Godefrido, filio quondam Lodovici dicti Loy Arntszoen, quod ipse dabit et solvet eidem Godefrido hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, sita in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem liberorum quondam Willelmi dicti Martens ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Roeveri, filii quondam Rodolphi de Bladel, ex alio, tendente ab hereditate Symonis dicti Moens van den Velde ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Busco et Monix, datum XI[a] ianuarii.

R1272, fol. 283v
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Lamberti Dircxsoen, promisit ut debitor principalis Godefrido, filio quondam Ludovici dicti Loy Arntszoen, quod ipse dabit et solvet eidem Godefrido hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Yde, relicte quondam Henrici Goyartss. de Hedel, ex uno, et inter hereditatem Hessellonis, filii quondam Henrici Hessels, ex alio, tendente ab hereditate Johannis Goyarts van den Hulst ad hereditatem Johannis, filii quondam Johannis van den Biechelaer; item adhuc ex medietate ad dictum Johannem, promittentem, ut dicebat, spectante

in pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia et tribunali predictis, inter hereditatem liberorum quondam Willelmi Martens ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Roeveri, filii quondam Rodolphi de Bladel, ex alio, tendente ab hereditate Symonis dicti Moens van den Velde ad communem plateam, ex illa videlicet medietate pecie terre iamdicte, que que *(aldus)* sita est contigue et iuxta communem plateam predictam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ex primodicta pecia terre, annuatim prius e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 283v
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetuis temporibus simul unapariter quamlibet videlicet libram cum et mediante sex peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, novos denarios, dictos nyewe stuvers, pro stuferis, et alios denarios quoscumque nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, promittenti, repromisit, hoc tamen salvo quod idem promittens huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Godefrido legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 283v-284r
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Eva, relicta quondam Arnoldi, filii quondam Johannis Abenzoen, potens ad infrascripta, ut dicebat, cum tutore, hereditarium censum trium denariorum, peters communiter vocatorum, decem et octo denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alio pagamento secundum valuationem eotunc existentem, solvendum hereditarie Conceptionis Marie ex strepa terre, sita in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Op die Bocht, inter hereditatem Beatricis Schaegen alias van Nyspen ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti die Clerck ex alio; item ex domo, area et orto, sitis in dicta parochia, infra libertatem, inter hereditatem Jacobi dicti van Daelecker ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, quam pactionem predictam dictus Arnoldus, filius quondam Johannis Abensoen, erga Theodericum, filium quondam Arnoldi Janssoene, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Luce, filio quondam Theoderici de Megen, simul cum dictis litteris, iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum quorumcumque deponere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 284r
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Heymericus, filius quondam Henrici dicti van Haeswinckel, prebuit ad redimendum e iure proximitatis et quitandum dictum censum, alter cessit et reportavit.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 284r
11 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Aelbertus dictus Ketheler, Paulus dictus Roever Coenen et Nycolaus dictus Coenen, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Hermanni Coenen, dederunt michi ad opus Johannis de Balen necnon Petri et Wolteri, suorum fratrum, ac ad opus alterius eorundem, potestatem monendi census, pactiones etc., ad eorum executionem spectantes, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Busco et Monix, datum XI[a] ianuarii.

R1272, fol. 284r-284v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Johannis de Erpe Janss., ab eodem quondam Johanne et quondam domicella Johanna, sua uxore, filia quondam Henrici Becker, pariter genitus, Nycolaus, filius quondam Johannis Loenman, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie secundodictorum quondam Johannis de Erpe Janss. et domicelle Johanne, sue uxoris, Arnoldus de Eyndhouts Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Sophie, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Bruheze, ab eodem quondam Theoderico et domicella Margareta, sua uxore, filia dicti quondam Henrici dicti Becker, pariter genite, duo et dimidium iugera terre vel circiter, sita in parochia de Lyttoyen, in quodam campo, dicto In sBeckers Hoeve, sedecim iugerum vel circiter, inter hereditatem Johannis de Maren ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici dicti Beeck Steynss. ex alio, tendentia a quodam fossato, dicto sDorps Graft, ad hereditatem quandam hodierna die venditam Theoderico, filio quondam Johannis Clynge a Johanne, Nycolao et Arnoldo de Eyndhouts predictis; insuper dimidium iuger terre vel circiter, situm in dicta parochia, in loco dicto In den Poyelaer, inter hereditatem Theoderici, filii Reyneri de Bernissen, ex uno et inter hereditatem Willelmi de Maren Peterszoen ex alio, tendens a quadam stega, dicta die Breestege, ad quendam mansum seu hereditatem, dictum Reyners Kijndes Hoeve, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Godefrido, filio quondam Ghysberti Huysmans, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis onere conservandi unam virgatam aggeris Mose, sitam in parochia de Lyttoyen, ad locum dictum Te Luet, inter partem aggeris Mose heredum quondam Tyelmanni de Zonne cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Theoderici Clynge cum alio fine inferius; item adhuc unam virgatam aggeris Mose, sitam ibidem inter partem aggeris Mose investiture de Lytt cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Gerardi Damen et Gerardi Lauwen cum alio fine inferius, atque atque *(aldus)* adhuc aggeres, dictos zegedijcken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad premissa e iure conservandum spectantes, ut dicebat, quasquidem virgatas et aggeres predictos dictus Godefridus exnunc deinceps temporibus oportunis ad premissa sibi, ut premittitur, vendita tenebit et conservabit perpetue absque omnibus dampnis dictorum venditorum et suorum bonorum, prout idem Godefridus hoc palam recognovit.
Testes Boert et Monix, datum XI[a] ianuarii.

R1272, fol. 284v
11 januari 1504

Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dicti venditores de quibus iamsupra nominibus duo et dimidium iugera terre, sita in parochia de Lyttoyen, in quodam campo, dicto sBeckers Hoeve, sedecim iugerum terre vel circiter, inter hereditatem Johannis de Maren Peterss. ex uno et inter hereditatem Lamberti, filii quondam Theoderici de Heze, ex alio, tendente a quadam communi via, dictam *(aldus)* den Thiendwech, ad hereditatem hodierna die venditam Godefrido, filio quondam Ghysberti Huysmans, a Johanne, Nycolao et Arnoldo de Eyndthouts predictis, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Theoderico, filio quondam Johannis dicti Clynge, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis onere conservandi unam virgatam aggeris Mose, sitam in dicta parochia, ad locum dictum Te Luet, inter partem aggeris Mose dicti Godefridi, filii quondam Ghysberti Huysmans, cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Johannis Claess. et Godefridi Peterss. cum alio fine inferius, necnon aggeribus, dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dicta duo et dimidium iugera terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebant, quasquidem virgatas et aggeres predictos dictus Theodericus conservabit, prout recognovit ut iam immediate supra, mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 284v-285r
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Iamdicti venditores quendam campum terre paludialis, dictum den Hazenacker, quatuor iugera terre vel circiter continentem, situm in parochia de Tefelen, inter hereditatem Gerardi de Tuyl ex uno et inter hereditatem investiture ecclesie de Magno Lytt ex alio, tendentem ab hereditate Willelmi et Johannis, fratrum, liberorum quondam Petri de Maren, hodierna vendita eisdem a venditoribus predictis, ad ad *(aldus)* quandam hereditatem, dictam die Dystelweyen, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Gerardo dicto Damen ad opus Gerardi et Henrici, fratrum, et Adriane, eorum sororis, a dicto Gerardo Damen et Hadewige, sua moderna uxore, pariter genitorum, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis onere conservandi unam virgatam aggeris Mose, sitam in parochia predicta, ad locum dictum Te Luet, iuxta sluysam ibidem, inter partem aggeris Mose ad eandem sluysam conservandum spectante cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Petri Willemss. senioris cum alio fine inferius; item adhuc unam et dimidiam virgatas aggeris Mose, sitas ibidem, inter partem aggeris Berthe, relicte quondam Theoderici Didden, et eius liberorum cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose dominii de Megen cum alio fine inferius, atque aggeres, dictos zegedijcken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dictum campum terre e iure conservandum spectantes, ut dicebant, quasquidem virgatas et aggeres predictos dicti Gerardus et Henricus, fratres, et Adriana, eorum soror, conservabunt ut supra, prout Gerardus, pater, recognovit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 285r
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Iamdicti venditores duo iugera et unius hont terre vel circiter, sita in parochia de Littoyen, in quodam campo ibidem, dicto den Vorsten Poyelaer, inter hereditatem altaris Beati Nycolai in

ecclesia parochiali predicta fundati ex uno et inter hereditatem Willelmi de Maren Peterss. ex alio, tendentia a quadam stega, dicta die Breestege, ad quandam hereditatem, dictam communiter Reyners Kijnder Hoeve, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Goeswini Rycoutssoene, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis onere conservandi duas tercias partes duarum virgatarum aggeris Mose, sitarum in dicta parochia, ad locum dictum Te Luet, doer den boem, inter partem aggeris Mose Theoderici Clynge cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Godefridi Peters et Johannis Claess. cum alio fine inferius, atque aggeres, dictos zegedycken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dicta duo iugera et unum hont terre e iure conservandum spectantes, ut dicebant, quas quidem aggeres et virgatas predictos dictus Willelmus conservabit, ut supra, mutatis mutandis, prout idem Willelmus hoc palam recognovit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 285r
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Iamdicti venditores quendam campum, dictum Kethelers Kempken, duo iugera terre vel circiter continentem, situm in parochia de Tefelen, inter hereditatem Gerardi van Maren Peterszoen ex uno et inter quandam stegam, dictam die Loeterstege ex alio, tendentem ab hereditate quadam, dicta Die Dystelweyen, ad hereditatem hodierna die venditam Willelmo et Johanni de Maren a venditoribus predictis, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Gerardo, filio quondam Laurencii Geritszoen, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem similiter deponere, exceptis onere conservandi unam virgatam aggeris Mose, sitam in dicta parochia, ad locum dictum Te Luet, doer den boem, inter partem aggeris Mose heredum quondam Bryenonis Henricxs. cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Adriani Marsmans et Johannis, filii Michaelis Zeyns. cum alio fine inferius, atque aggeres, dictos zegedycken, sluysas fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dictum campum et Gerardo predicto e iure conservandi spectantes, quasquidem virgatas et aggeres predictos dictus Gerardus conservabit ut supra, prout idem Gerardus recognovit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 285r-285v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Iamdicti venditores quatuor et dimidium hont terre vel circiter, sita in parochia de Littoyen, in quodam campo, dicto Stecken Campe, retro in eodem, inter hereditatem fabrice ecclesie ac pauperum in Lytt et Littoyen ex uno et inter hereditatem Laurencii, filii Willelmi Roeverss., ex alio, tendentia a quodam fossato, dicto den Aftersten Hootgrave, ad quendam aggerem, dictum Den Wedersschoet, item adhuc medietatem trium hont terre vel circiter, sitorum in dicta parochia, ad locum dictum Vergraft Hoeve, inter hereditatem Johannis de Berkel ex utroque latere, tendentia ab hereditate Mechteldis, relicte quondam Ghysberti Toelinc, ad hereditatem Theoderici, filii quondam Johannis Clynge, de quibus vero tribus hont terre predictis reliqua medietas ad Henricum de Lent spectare dinoscitur, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Godefrido, filio quondam Reyneri van der Graft, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis

aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservandi spectantibus.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 285v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Godefridus, filius quondam Reyneri van der Graft, promisit super omnia et habenda dumtaxat dicto Arnoldo de Eyndhouts duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini, totidem a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, necnon triginta tres consimiles florenos Renenses a Nativitatis Domini proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes Boert et Monix, datum XI^{a} ianuarii.

R1272, fol. 285v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes et Willelmus, fratres, liberi quondam Petri de Maren, promiserunt ut debitores principales indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos dumtaxat dicto Arnoldo ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, septem et dimidium consimiles florenos Renenses minus brasdenario, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, et in ultimo termino eorundem annorum adhuc centum et decem et novem huiusmodi florenos Renenses.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 285v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus dictus Damensoen promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Arnoldo de Eyndhouts dumtaxat ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum quatuor et dimidium consimiles florenos Renenses Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, et in ultimo termino eorundem annorum adhuc septuaginta duos consimiles florenos Renenses.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 285v
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Godefridus, filius Ghysberti Huysmans, et Theodericus Clynge Janss. promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos dicto Arnoldo de Eyndhouts dumtaxat ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum quatuor florenos consimiles, unum stuferum et quartam partem unius huiusmodi stuferi Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini

proxime futuro, et sic deinceps dicto annorum spacio durante, et in ultimo termino eorundem annorum adhuc sexaginta quinque consimiles florenos Renenses.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 286r
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus, filius quondam Laurencii Geritss., promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dumtaxat dicto Arnoldo de Eyndhouts ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, duos florenos Renenses consimiles, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, et in ultimo termino eorundem annorum adhuc triginta duos consimiles florenos Renenses.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 286r
11 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Willelmus, filius quondam Goeswini Rycoutss., promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Arnoldo van Eyndhouts ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, viginti octo et dimidium stuvers, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps, et in ultimo termino eorundem annorum adhuc viginti duos consimiles florenos Renenses et quindecim consimiles stuvers.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 286r-286v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Condt ende kenlic zij enenyegelycken want Jan, zoen wilneer Jans van Erpe Janss., Claes Loenman, zoen wilneer Jans Loenman, als man ende mombaere Margrieten, zijnre huysvrouwen, dochter wilen Jans van Erpe voirs., ende Arnt van Eyndhouts Janss. enen camp lants, acht mergen ende twee hont lants oft dair omtrent begripende, gelegen in der prochien van Tefelen, geheten gemeyntlic Die Waterdam, hadden vercoft Jannen ende Willemen, gebrueders, zoenen wilneer Peters van Maren, item die vercoeperen voirs. noch twee ende enen halven mergen lants, gelegen tot Lyttoyen, in sBeckers Hoeve, ende enen halven mergen, gelegen in derselver prochien, in den Poyelaer, hadden vercoft Goyarden Ghysberts Huysmanszoen, item die selve vercoeperen twee ende enen halven mergen lants, gelegen in der prochien voirs., in sBeckers Hoeve, hadden gevest ende vercoft Dircken Jans Clingenzoen, item die selve vercoeperen noch enen camp, geheiten Den Hazenacker, vier mergen oft dair omtrent houdende, gelegen in der prochien van Tefelen, hadden noch vercoft Geritden Damen tot behoeff Gerits Henricx gebrueders ende Adriaenen, hore suster, zijnre kijnderen, item die selve vercoeperen noch twee mergen ende enen hont lants, gelegen in der prochien van Littoyen, in den Vorsten Poyelaer, hadden vercoft Willemen Goessens Rycoutszoen, item die selve vercoeperen noch een kempken, geheiten Kethelers Kempken, twe mergen oft daeromtrent begripende, gelegen in der prochien van Tefelen, hadden vercoft Geritden Laureyns Geritss., item die selve vercoeperen noch vier ende enen halven hont lants, gelegen in der prochien van Littoyen, in Stecken Camp, ende die helft van drie honden lants,

gelegen in der selver prochien aen Vergraft Hoeve, hadden vercoft Goyarden Reynerss. van der Graft, gelyc dit al in versceiden scepenenbrieven van Den Bosch dair op gemaect, volcomentliken is begrepen, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Jan, zoen wilneer Jans van Erpe, ende Claes Loenman, ende hebben oepenbairlic bekent ende als sculders principael onversceiden op hen ende allen hoere gueden dyese nu hebben ende naemaels vercrigen zullen, den voirs. Arnden van Eyndhouts wederomme geloeft in gevalle oft naemaels tot ennigen toecomende tyden boven die lasten, in de brieven voirs. begrepen, met wegen van recht opte voirs. vercofte erven oft ennige van dien, meer lasten quemen te dragen oft oick dat dair uuyt yet commers queem te vergeldene ende dat by makinge oft settinge daer op des voirs. wylen Jans van Erpe, hoers vaders, oft vanwegen desselfs Jans dair op comende, ende dat alsoe die voirs. Arnt, hy oft zijn gueden, by cause van dien scaide leeden, dat zij Jan ende Claes dien scaide alleene geheelic ende all dragen ende gelden zullen ende sculdich wesen te dragen ende te gelden sonder ennich wederseggen.

R1272, fol. 286v-287r
12 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Ghibo, filius quondam Theoderici dicti Roevers, Henricus, filius quondam Henrici Celen alias dictus van Reeck, et Judocus, filius quondam Reyneri van den Vynckenschoet, hereditarie vendiderunt Geertrudi, relicte quondam Petri dicti Cort Wouterss., pistoris, ad opus sui quoad eius usufructum, necnon Gerardo, filio Geertrudis et quondam Petri predictorum, ad opus sui et ad opus Florencii, Johannis et Petri, suorum fratrum, liberorum eorundem Geertrudis et quondam Petri, quoad eorum ius hereditarium, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, stuferos monete olim ducum Philippi aut Karoli, eius filii, ducum dum vixerant Boirgondie, Brabantie etc., pro decem et septem placcis Busciducensibus, et alios denarios et pecuniam pronunc valuatos nae advenande secundum eandem valuationem,
solvendum hereditarie Ephiphanie et in Buscoducis absque omni onere pretarie ceterisque oneribus libere tradendum de et ex quatuor iugeribus terre paludialis vel circiter, dicti Ghibonis, sitis in parochia de Magno Lytt, inter hereditatem heredum quondam Petri Comans cum quibusdam aliis ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Gysbrechss., sculteti in Magno Lytt predicto, ex alio, tendentibus a quadam via, dicta den Thiendwech, ad quandam hereditatem, dictam Den Perrick, dominorum Sancti Lamberti Leodiensis; item de et ex quodam campulo terre, duo iugera terre vel circiter continente, dicti Henrici, sito in dicta parochia, ad locum dictum Opte Beemden, inter hereditatem domicelle Elisabeth Monix ex uno et inter hereditatem Elisabeth, filie quondam Ghibonis Geritss. ex alio, tendente ab hereditate Anthonii Boest ad quoddam fossatum, dictum den Broeckgrave; item de ex *(aldus)* domo, area ac vacua hereditate sibi adiacente, dicti Judoci, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem Willelmi de Gerwen, sartoris, ex uno, et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Johannis de Weert, carpentarii, et eius liberorum ex alio, tendente a dicto *(aldus)* ad hereditatem dicti Willelmi de Gerwen, ut dicebant, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu dominorum Sancti Lamberti Leodiensis predictorum ex dictis quatuor iugeribus dicti Ghibonis atque censu eorundem dominorum et hereditario censu unius libre

pagamenti ex dictis duobus iugeribus terre dicti Henrici, necnon diversis censibus hereditariis ad duodecim libras pagamenti, diversis personis ex dictis domo, area et vacua hereditate dicti Judoci prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum XII[a] ianuarii.

R1272, fol. 287r
12 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Geertrudis et Gerardus cum tutore hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis venditoribus repromiserunt, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefatis emptoribus aut eorum alteri legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 287r
12 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Ghibo palam recognovit et super omnia et habenda dictis Henrico et Judoco promisit quod ipse Ghibo exnunc deinceps dictum censum dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eisdem Henrico et Judoco ad et supra se et bona sua pretacta ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 287r
12 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Henricus dictus van den Parre dedit michi ad opus Jacobi de Fine potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 287r-287v
12 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Lambertus, filius quondam Lamberti van der Stegen, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Bartholomeo et Jacobo, fratribus, Heilwigi et Bele, eorum sororibus, liberis quondam Johannis Quattels, atque Alardo, filio quondam Goeswini dicti Bernarts, marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Quattels, pro quinque septimis partibus, Gerardo, filio quondam Johannis van der After, filii dicti quondam Johannis Quattels, et Christiano Graet, marito et tutori legitimo Anne, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis van der After, pro una septima parte, ac Gerardo, Danieli et Johanni, fratribus, liberis quondam Gerardi, filii dicti quondam Johannis Quattels, et Rodolpho, filio quondam Zeberti Cloets, marito et tutori legitimo

Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Gerardi, filii quondam Johannis Quattels, pro una septima parte, hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis trad̄ituram ex domo, area et orto cum eorum attinentiis et duobus campis terre sibi coadiacentibus, duas modiatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum Aen die Heye, prout in litteris, cumque vero duo modii siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione quatuor modiorum siliginis Goeswino, filio quondam Alardi Goessenss., Constantino dicto Stanss., filio quondam Ghiselberti sHoessen, necnon Bernardo et Mechteldi, liberis dicti quondam Alardi, pro quatuor quintis partibus, atque liberis quondam Johannis, filii dicti quondam Alardi, pro una quinta parte, mediante quandam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes dudum habita, in partem cessissent, prout in litteris divisionum, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Alardus, filius dicti quondam Constantini dicti Stanss., filii quondam Ghysberti sHoessen, palam recognovit et publice confessus est sibi constare et fore verum quatenus quondam Arnoldus Dircxsoen de Vaerlair unum modium siliginis hereditarie pactionis de ultimodictis duobus modiis siliginis hereditarie pactionis ad dictum quondam Constantinum dudum spectantem et ad eundem tamquam eotunc proprietarium eiusdem unius modii siliginis acquitavit et redemit, atque quod idem quondam Constantinus, eius pater, denarios, ex causa acquitationis huiusmodi unius modii siliginis hereditarie pactionis provenientes, in vita sua recepit, et clamavit igitur dictus Alardus Lambertum et Willelmum, fratres, liberos dicti quondam Arnoldi Dircxsoen de Vaerlaer, tamquam proprietarios pro tempore domus, aree, orti cum suis attinentiis predictis et eorum bona de iamdicto uno modio siliginis hereditarie pactionis quitos, liberos et penitus absolutos, promittens super omnia et habenda eosdem Lambertum et Willelmum et contrapignora pretacta de eodem modio siliginis hereditarie pactionis et ab ulteriori solutione eiusdem, atque omnibus dampnis indempnes servare.
Testes Kuyst et et *(aldus)* Boert, datum XII[a] ianuarii.

R1272, fol. 287v
12 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra et fiat relacio, usque ibi Constitutus, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus dictus Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie Henrici Zeberts, ab eodem Henrico et dicta Mechtelde, sua uxore, filia dicti quondam Alardi Goessens, pariter genite, palam recognovit et pubice confessus est sibi constare et fore verum quatenus quondam Arnoldus Dircxs. de Vaerlaer unum modium siliginis hereditarie pactionis de ultimodictis duobus modiis siliginis hereditarie pactionis ad dictam Mechteldem et eius liberos dudum spectantem, et ad eosdem et eius liberos tamquam eotunc proprietarios eiusdem unius modii siliginis acquitavit et redemit, atque quod iidem Mechteldis et eius liberi denarios ex causa acquitationis huiusmodi unius modii siliginis hereditarie pactionis provenientes receperunt, et clamavit igitur dictus Willelmus Lambertum et Willelmum, fratres, liberos dicti quondam Arnoldi Dircxsoen de Vaerlaer, tamquam proprietarios pro tempore domus, aree, orti cum suis attinentiis predictis, et eorum bona de iamdicto uno modio siliginis hereditarie pactionis quitos, promittens super omnia et habenda eosdem Lambertum et Willelmum, fratres, et contrapignora pretacta de eodem uno modio siliginis hereditarie pactionis et ab ulteriori solutione eiusdem, atque dampnis indempes servare.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 287v-288r

13 januari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Johannes, filius quondam Nycolai van der Hoert, hereditarie vendidit Elisabeth, relicte quondam Johannis Schuermans, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Bucstel, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in parochia de Bucstel tradendam de et ex domo, area et orto ac quinque lopinatis terre arabilis ac prato, quinque plaustratas feni annuatim portante, atque uno et dimidio pastibus, dictis scarenweyen, vel circiter, sibi mutuo coadiacentibus, sitis in dicta parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, ad locum dictum Grooter Lyemde, inter hereditatem Henrici dicti van der Hoert ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus cum uno fine ad hereditatem spectantem ad mansum, dictum Te Byechelair, heredum quondam Gerardi Balyarts, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi capitulo Sancte Ode Rodensis, et hereditarie pactione unius modii siliginis ex premissis et aliis suis bonis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum XIII[a] ianuarii.

R1272, fol. 288r
13 januari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet mediatim et mediatim, scilicet dictam integram pactionem, cum et mediante quadraginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elisabeth cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, venditori, repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Elisabeth legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 288r
13 januari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Henricus, filius quondam Wolteri dicti Emontszoen, Johannes, filius quondam Wolteri, filii dicti quondam Wolteri Emontszoen, Agnes, filia quondam Johannis, filii primodicti quondam Wolteri Emontszoen, Nycolaus Thonijss., tamquam maritus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie ultimodicti quondam Johannis, et ipsa Aleidis, cum eodem Nycolao, suo marito, tamquam cum suo tutore, et Henricus, filius quondam Henrici Broess., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Wolteri Lambertss., ab eodem quondam Woltero et quondam Jutta, sua uxore, filia primodicti quondam Wolteri Emontss., pariter genite, pro se ipsis et pro Emondo, filio dicti quondam Wolteri, filii quondam Wolteri Emontss., absente et egrotante, ut dicebat, quendam campulum terre pascualis seu paludialis, quinque hont terre vel circiter continentem, situm in parochia de Nuwelant, in loco dicto In de Beemden, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Bernardi Huedemekers, ex uno et inter hereditatem Willelmi Goyartszoen van Lent ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Ettinghe Grave, ad communem plateam, dictam den Hogenwech, de quo quidem campulo terre predicto ius hereditarium ipsis per et post mortem quondam Aleidis, filie primodicti quondam Wolteri Emontssoen uxorisque legitime dum vixerat

Arnoldi, filii quondam Martini Peterszoen, advolutum est et ad ipsos spectare dinoscitur, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Gerardo, filio quondam Theoderici Kepkenssoen, ab eodem Gerardo post mortem dicti Arnoldi, filii quondam Martini Peterss. et non prius iure hereditario habendum, apprehendendum et possidendum, promittentes indivisi super omnia et habenda cum tutore warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad sex libras monete, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Busco et Kuyst, datum XIII[a] ianuarii.

R1272, fol. 288v
16 januari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Gerardus, filius quondam Franconis de Uden, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, unum modium siliginis hereditarie pactionis de tribus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis de annua et hereditaria pactione sex modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem sex modiorum siliginis iamdictam Ghibo dictus de Eycke promiserat se daturum et soluturum Ghiboni, filio quondam Hermanni dicti Backe, frunitoris, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis traditurum de et ex omnibus et singulis hereditatibus que fuerant quondam Hermanni Backe, quocumque locorum infra perrochias de Nystelre et de Dynther et de Vechel situatis, atque ex omibus et singulis hereditatibus eiusdem Ghibonis de Eycke, quocumque locorum infra dictas perrochias de Nysterle, Dynther et de Vechel situatis, et quo uno modio siliginis hereditarie pactionis primodicto Gerardus et Willelmus, fratres, et Katherina, eorum soror, liberi quondam Arnoldi, filii quondam Gerardi de Zeelant, Johannes Keymp, filius quondam Henrici, tamquam maritus et tutor legitimus Delyane, sue uxoris, atque Arnoldus et Johannes, frates, liberi quondam Ghiselberti, filii dicti quondam Gerardi de Zeelant, sex septimas partes ad ipsos et Ghiselbertum, eorum fratrem, spectantes in eodem modio siliginis, supradicto Gerardo, filio quondam Franconis de Uden, dudum hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit Katherine, relicte quondam Godefridi dicti Monic, sartoris, ad opus sui quoad eius usufructum et ad opus liberorum legitimorum eorundem Katherine et quondam Godefridi quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Heilwigis, sue uxoris, deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XVI[ta] ianuarii.

R1272, fol. 288v
13 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Theodericus de Spoerdonck domum et aream cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, iuxta domum quondam Henrici dicti Uuweken, fabri, in latere versus sluysam ibidem, quam domum et aream cum suis attinentiis predictis magister Petrus de Os ad opus dicti Theoderici de Spoerdonck erga Goeswinum, filium quondam Henrici Goebels, relictum quondam Katherine, sue uxoris, dudum acquisierat, prout in litteris, et que domus et area cum suis attinentiis predictis pronunc domus, area, ortus et domus posterior esse dinoscuntur et siti sunt ibidem, inter hereditatem Johannis de Ophoven ex uno et inter hereditatem Amelii Broess., pistoris, ex alio, tendentes a dicto vico Orthensi retrorsum usque ad aquam ibidem fluentem, ut dicebat, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Petri die Bruyn, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes Busco et Roever, datum XIII[a] ianuarii.

R1272, fol. 288v-289r
15 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes Karman, filius quondam Johannis Karman, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus insimul unam lopinatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Broegel, inter hereditatem Cristiani de Dynther ex uno, et inter communem plateam ex alio, quam pactionem predictam dictus Johannes Karman erga Johannem, filium quondam Arnoldi de Broegel emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Johannis Arnts de Broegel, ad opus sui et ad opus Henrici, sui fratris, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione, quod dicta pactio annuatim de cetero in parochia de Broegel predicta cum dicta mensura tradi debet et deliberari.
Testes Boert et Roever, datum XV[ta] ianuarii.

R1272, fol. 289r
16 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Wolterus, filius quondam Wolteri Willemssoen de Beke, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Arnoldi dicti Robbens., quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum trium librarum monete, anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, de et ex uno iugere terre paludialis, sito in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Haenwyck, inter hereditatem heredum quondam Gerardi et Willelmi de Beeck, fratrum, ex uno et inter heredum sororum de Orthen domus Sancti Andree, site in Buscoducis, in vico Hynthamensi, cum quibusdam aliis ex alio, tendente ad hereditatem dominii de Herlaer cum fine uno, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum XVI[ta] ianuarii.

R1272, fol. 289r
16 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quindecim peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Woltero repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 289r
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Adrianus Blaffart, filius quondam Johannis, promisit super omnia et habenda Franconi de Langel octo et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuferos monete olim ducum Philippi aut Karoli pie memorie, ducum dum vixerant Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini proxime futuro et mediatim a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum solvendos.
Testes Busco et Roever, datum XVIII^{a} ianuarii.

R1272, fol. 289r-289v
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Wy, Busco et Roever, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestaen zijn geweest Geertruyt, wittige dochter wilneer Dircx van Heze, van den selven Dircken ende Lysbetten, zijnren huysvrouwen, tsamen gewonnen, Gerijs, zoen wilneer Marcelis van Goch, als man ende mombaere Yken, zijnren huysvrouwen, dochter wilneer Dircx ende Lysbetten voirscr., ende Hilleken, dochter wilneer Gerits, zoen des voirs. wilneer Dircx ende Lysbetten, seggende hoe dat die voirs. wilneer Dirck ende Lysbeth in hoeren testamente voer scepenen van Os hen ende den voirs. Geritden ende Yken hebben gemaect allen hoere gueden, beruerlic ende onberuerlic, haeflic ende erflic, zoe waer die gelegen weren etc., in welken guede hen commer ende stoot geboert ende bij ennigen gedaen wordt, ende die brieven dair af sprekende afhendich zijn, alsoe datse daer omme zullen moeten rechten omme dairtoe te moigen comen, dwelcke zij in hoeren properen persoen nyet en zullen cunnen gedoen noch vervolgen, ende hebben dairomme geconstitueert Henricken, zoen Jans Bogart, gevende ende verlenende den selven volcomen macht in hoeren name ende van heure wegen die voirs. gueden te heysschen ende met recht te vervolgen, tsamen metten brieven die dair af mentie maken, ende voirts generalic allet dair inne te doen, te procureren ende voirt te keren dat die voirs. constituenten selver souden moigen doen, procureren ende voirtkeren, ofse present, tegenwoirdich ende voir oigen weeren ende dat selver deden, geloevende die voirs. constituenten op verbyntenissen van hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, vast ende stedich te houden, zoe wel by den selven Henricken hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden, ende den selven van allen scaide die hem ter cause van dien ennichsins toecomen mach, te releveren ende scadeloos te houden, dese voirs. macht nochtans nyet langer duerende dan totten wederroepen der constituenten voirs. oft ennich van hen, sonder droch.
In kennessen der wairheid soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Gegeven XVIII ianuarii.

R1272, fol. 289v
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Geertrudis, relicta quondam Arnoldi de Lairhoven Arntss., cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam prato, dicto Hadewigen Beempt, unum bonarium terre vel circiter continente, sito in parochia de Oisterwyck, iuxta molendinum aquatile ibidem, inter hereditatem Johannis Monix, filii quondam magistri Johannis Monix iunioris, ex uno et inter aquam, dictam die Aa ex alio, tendente ab hereditate Wolteri Robben ad hereditatem Godefride, relicte quondam Benedicti dicti Bits Heyen, et eius liberorum; item in quodam manso, sito in parochia de Haren, in loco dicto In den Ghever, atque in iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis, quocumque locorum consistentibus et reperiendis, ut dicebat, legitime supportavit Arnoldo, Johanni et Willelmo, fratribus, et Geertrudi, eorum

sorori, liberis Geerdrudis et quondam Arnoldi de Lairhoven predictorum, et effestucando promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Busco et Roever, datum XVIII ianuarii.

R1272, fol. 289v-290r
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnoldus, Johannes et Willelmus, fratres, et Geertrudis, eorum soror, cum tutore, hereditarie vendiderunt Johanni Monix, filio quondam magistri Johannis Monix iunioris, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Conversionis Pauli et pro primo solutionis termino Conversionis Pauli proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex premissis, promittentes et cum eis primodicta Geertrudis, eorum mater, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad octo stuferos ascendentibus, atque diversis pactionibus ad sex modios siliginis taxatis, diversis personis prius annuatim ex dicto manso e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 290r
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum et mediante decem et octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius integri anni prefato emptori legitime coram opidanis opidi de Buscoducis preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 290r
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Jacobus, filius quondam Johannis dicti Urlix, peciam terre arabilis sextariatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os, ad locum dictum Osser Scadewyck, inter hereditatem Arnoldi Jacopss. ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os ex alio, tendentem ab hereditate Mechteldis, filie quondam Johannis Rutten, ad communem viam, ut dicebat, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Jacobi Sanders, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto onere conservandi unum stipitem, dictum enen staeck, ad repagulum ibidem, dictum aen tGemeyn Hecken, pendentem ibidem, iuxta molendinum olei, ut dicebat.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 290r-290v
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Theodericus et Arnoldus, fratres, Elisabeth, Tecla dicta Theeck, eorum sorores, liberi quondam Johannis Dircxs., et Nycolaus, filius Egidii dicti sLeeuwen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Dircxs., cum tutore, domum, aream et ortum ac hereditate *(aldus)* sibi coadiacente, pariter quatuor lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Erpe, ad locum dictum Aen de Bolst, inter hereditatem heredum quondam Johannis Dircx Arntss. ex uno et inter hereditatem dicti Arnoldi, filii quondam Johannis Dircxs., et Johannis Gieliss., eius sororii, ex alio, tendentes cum fine utroque ad communitatem, ut dicebant, dederunt ad hereditarium pactum Adriane, Geertrudi et Hillegondi, sororibus, filiabus quondam Johannis Symons, ab eisdem iure hereditario habendum et possidendum pro una blancca census fundi domino de Helmont, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebant, danda et solvenda ab aliis termino et loco ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda dumtaxat dicto Nycolao ab aliis anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradenda de et ex premissis, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda pro premissis warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alie repromiserunt ut debitrices principales indivisi se daturas et soluturas dicto Nycolao dictam pactionem unius modii siliginis anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis de et ex premissis.
Testes Busco et Roever, datum XVIII[a] ianuarii.
Dicti Adriana cum suis apprehendent premissas hereditates ter stoppeltyt naestcomende.

R1272, fol. 290v
20 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus[31] Nycolaus dictam pactionem hereditarie supportavit Theoderico filio quondam Henrici die Hollander alias die Lepper, fabro, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, excepta tamen et dictis Adriane, Geertrudi et Hillegondi reservata potestate redimendi ut in forma.
Testes Boert et Roever, datum XX[ti] ianuarii.

R1272, fol. 290r-290v
18 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue cum triginta duobus peters, XVII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Nycolaus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Adriane, Geertrudi et Hillegondi repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 290v

[31] *deels in de marge geschreven tussen voorgaande en navolgende akte*.

deze akte is onvolledig en niet gepasseerd (in de marge vacat*)*

Magister Henricus Ghyzels hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem unacum hereditario redditu duorum caponum Hilla dicta de Orthen promiserat ut debitrix principalis se daturam et soluturam Johanni dicto Cnode, filio quondam Arnoldi dicti van der Rennendonck, anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domistadio, orto ac agro terre, sitis in parochia de Roesmalen, in loco dicto Hynen, inter hereditatem olim Petri dicti Meyskens, nunc vero eius heredum, ex uno et inter hereditatem olim Johannis de Hynen, nunc vero Elisabeth, relicte quondam Arnoldi Noot, et inter communem plateam, dictam die Alde Stege, ex alio, dudum datis, unacum quadam pecia terre, sita in parochia de Orthen, ad hereditarium pactum dicte Hille a Johanne Knoede predicto pro pactione et redditu predictis, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.

R1272, fol. 290v-291r
20 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Ricoldus, filius Johannis Vullenzoen, hereditarie vendidisset Mechteldi, filie quondam Arnoldi de Lairhoven, hereditarium censum tredecim librarum monete, solvendum hereditarie Martini hyemalis ex quindecim et dimidio hont terre vel circiter, que ad dictum Ricoldum spectabant in quodam campo, viginti hont terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren, in loco dicto Scyerendelen; insuper ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Geffen, iuxta molendinum venti ibidem, et cum deinde dicta Mechteldis palam recognovisset et super omnia et habenda Franconi de Langel ad opus Aleidis, relicte dicti quondam Ricoldi, promisisset quod ipsa Mechteldis nec quecumque alia persona potestatem ab ea habens seu imposterum habitura vigore dictarum litterarum non plus peteret, moneret nec via iuris prosequeretur nisi annuum et hereditarium censum octo librarum monete predicte, et quod ipsa Aleidis eundem censum octo librarum redimere et acquitare posset ad spacium quatuor annorum Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequente cum quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Mechteldis palam recognovit quatenus Adam dictus Damen, maritus et tutor legitimus Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Rycoldi, terciam partem dicti hereditarii census octo librarum monete predicte ad manus suas redemit et acquitavit, atque ipsam denarios ex causa redemptionis et acquitationis dicte tercie partis dicti hereditarii census octo librarum solvendo provenientes ab eodem Adam recepisse, clamans igitur dicta Mechteldis eundem Adam et eius bona ac omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de dicta tercia parte dicti hereditarii census octo librarum et ab ulteriori solutione dumtaxat eiusdem tercie partis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Boert et Roever, datum XX[a] ianuarii.

R1272, fol. 291r
22 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Wolterus,[32] filius quondam Engberti die Zeger, pistor, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Willelmi Heymanss., hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryeren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex domo et area, eiusdem venditoris, sita in Buscoducis, contigue iuxta Forum, inter hereditatem Johannis de Berkel ex uno, et inter hereditatem Ermgardis, relicte quondam Arnoldi dicti Barbyers, ex alio, tendentibus a dicto communi Foro ad hereditatem dicti Johannis de Berkel, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu duodecim librarum monete Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditaria pactione quatuordecim sextariorum siliginis sororibus de Orthen in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XXII^{da} ianuarii.

R1272, fol. 291r-291v
22 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Nycolaus, filius quondam Gerardi dicti Borkens, faber, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie Willelmi Tap, promisit ut debitor principalis domino Henrico Hannen, presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Henrico quamdiu in humanis vixerit hereditarium censum quinque novorum aureorum florenorum, iusti ponderis, per archiducem Philippum, archiducem modernum Austrie, ducem Bourgoindie, Brabantie etc., iam noviter monetatorum, dictorum nyewe gouden philippusgulden, gerecht van gewichte, anno quolibet hereditarie mediatim vicesima secunda iunii et mediatim XXII^{da} ianuarii, et pro primo solutionis termino vicesima secunda die mensis iunii proxime futura de et ex domo, area et orto ac domo postiori dicti Nycolai, promittentis, sitis in Buscoducis, in vico Putei, dicto die Putstraet, inter hereditatem Petri Toelinc, braxatoris, ex uno, et inter quemdam viculum seu transitum Aleidis, relicte quondam Ottonis de Malsen, ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Petri dicti die Vleminck, textoris lineorum; item adhuc ex quodam campo terre paludialis, quatuor iugera terre vel circiter continente, dicti Nycolai, sito in parochia de Kessel, dicto communiter den Moelencamp, quem campum terre iamdictum quidam Johannes Claessen, pellifex, prefato Nycolao cum dicta Aleide, sua uxore, in subsidium eorum matrimonii dudum assignaverat, ut dicebat; insuper ex vitali redditu quinque aureorum florenorum, gouden Bourgoenssche andriesgulden vocatorum, vel valorem eorundem in alio pagamento, solvendo annuatim ad vitam dicte Aleidis, mediatim Lamberti martiris et mediatim Geertrudis virginis, quem vitalem redditum eadem Aleidis erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo eiusdem opidi sigillatis de super confectis plenius continetur; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci, atque diversis censibus ad tredecim libras pagamenti hereditarii census ascendentibus, ex

[32] *in de marge d.d. 10 december 1607*: Census octo florenorum in hoc contractu comprehensus redemptus et acquitatus est ad manus Zegeri Zegers. de Eerwen, tamquam mariti et tutoris legitimi Anne, sue uxoris, filie quondam Godefridi de Laet, per Judith, relictam quondam Petri Martenssoen, tamquam proprietariam contrapignorum. ~~Litt~~. Actum X^{a} decembri anno XVI^{C} septimo. Me teste, L. van Kessel.

domo, area, orto et domo posteriori predictis necnon hereditario censu quatuor aureorum florenorum, dictorum Beyersgulden, ex dicto campo terre, prius annuatim diversis personis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod primodictus census quinque novorum aureorum florenorum statim post decessum dicti domini Henrici ad dictum Nycolaum, promittentem, alioquin ad suos veros et proximiores heredes protunc in humanis agentibus iure hereditario succedet et devolvetur, prout idem dominus Henricus hoc palam recognovit et super omnia dicto Nycolao repromisit.
Testes Kuyst et Boert, datum XXII^{da} ianuarii.

R1272, fol. 291v
22 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quinque consimilibus novis aureis florenis, iusti ponderis, dictis nyewe philippusgulden, iam noviter monetatis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Nycolao repromisit, hoc salvo quod idem Nycolaus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato domino Henrico legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 291v-292r
22 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dominus Willelmus de Dommelen, presbiter, Jordanus de Boert et Lucas de Houthen, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Henrici, filii quondam magistri Arnoldi de Weilhusen, et eo nomine potentes ad infrascripta, ut apparebat, ymmo ad solvendum debita eiusdem quondam Henrici, ut dicebant, hereditarie vendiderunt michi ad opus Jacobi et Henrici, fratrum, liberorum quondam Jacobi Ghyzels, hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam campo terre, quinque iugera terre vel circiter continente, dicti quondam Henrici, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, extra turrim, dictam den Boem, iuxta sluysam, dictam die Pompe, in loco dicto In de Moeren, inter hereditatem liberorum quondam Hermanni Coenen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Aelberti de Berse et fabrice ecclesie de Orthen ex alio, tendente ab hereditate Reyneri de Haren, carnificis, et suorum coheredum ad hereditatem conventus Beate Marie supra Donckam prope Huesden et quorundam aliorum; item de et ex quatuor iugeribus terre vel circiter, eiusdem quondam Henrici, sitis infra libertatem predictam, ad locum dictum Opte Groete Donck, iuxta et contigue pontem, dictum die Hoge Vonder, ut dicebant, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus hereditariis ad decem et octo libras pagamenti ascendentibus, diversis personis prius exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti executores seu heredes dicti quondam Henrici dictum censum redimere poterunt perpetue cum et mediante centum et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc eciam salvo quod huiusmodi redimentes dictam redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefatis Jacobo et Henrico, fratribus, aut eorum alteri legitime preintimabunt.
Testes Busco et Boert predictus, datum XXII^{da} ianuarii.

R1272, fol. 292r
22 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Lambertus, filius quondam Gerardi dicti die Wreede, textor lineorum, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Anthonii de Berlijkem, et ipsa cum eodem tamquam cum suo tutore, hereditarie vendiderunt Katherine, filie quondam Johannis dicti Mutzen, sartoris, hereditarium censum unius floreni Renensis, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum modernam valuationem communiter in Buscoducis ad bursam currentem pro eodem computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area, ortulo et domo posteriori, dictorum venditorum, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum Aen den Papenhuls, inter hereditatem domini Gerardi de Beest, canonici in Buscoducis, ex uno et inter hereditatem Petri dicti de Lyebergen et suorum coheredum ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad quandam hereditatem Pauperum Puerorum, dictorum der Vuendelingen, ibidem, ut dicebant, ab eadem, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad XXX^{ta} stuferos ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum supra.

R1272, fol. 292r
22 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Lamberto et Kartherine, eius uxori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 292v
23 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Sanderus, filius quondam Henrici Oems, ab eodem et quondam Maria, sua uxore, filia quondam Sanderi Deynouts, pariter genitus, et Theoderica, filia quondam Henrici, filii dictorum quondam Henrici Oems et Marie, coniugum, cum tutore, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que eis seu eorum alteri per et post mortem primodictorum quondam Henrici Oems et Marie iure successionis hereditarie quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Elisabeth, filie primodicti quondam Henrici Oems, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Kuyst et Monix, datum XXIII^{a} ianuarii.

R1272, fol. 292v
23 januari 1504

Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Elisabeth, relicta quondam Henrici, filii quondam Reymboldi dicti Spornyers, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in duabus nonis partibus cuiusdam campi terre arabilis, quatuor maldratas terre vel circiter continentis, siti in parochia de Os, ad locum dictum Aent Dorsselaer, inter hereditatem Johannis dicti de Essche ex uno et inter hereditatem Henrici dicti die Loyer Gerijszoene ex alio, tendentis a communi platea ad hereditatem Godefridi, filii dicti quondam Reymboldi Spornyers, in illis videlicet duabus nonis partibus campi predicti que Adriano et Geertrudi, eius sorori, liberis dictorum Elisabeth et quondam Henrici, per et post mortem dicti quondam Henrici, eorum patris, iure successionis hereditarie advoluta sunt, atque eisdem per et post mortem dicte Elisabeth adhuc advolvenda sunt, ut dicebat, legitime supportavit eisdem Adriano et Geertrudi, suis liberis, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Kuyst et Monix, datum supra.

R1272, fol. 292v-293r
23 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Adrianus et Geertrudis, eius soror, atque dicta Elisabeth, potentes ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Henrici, sui dum vixit mariti, ut apparebat, ymmo ad solvendum debita eiusdem quondam Henrici, ut ipsa Elisabet dicebat, necnon Johannes, filius Amelii dicti Melissoen, cum tutore, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Goeswini van der Laerscot, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex dictis duabus nonis partibus campi terre arabilis predicti; item de et ex pecia terre, duo iugera terre vel circiter continente, supradicte Elisabeth, sita in parochia de Littoyen, in loco dicto Int Litterbroeck, inter hereditatem Reyneri de Os ex uno et inter hereditatem conventus Beate Marie Virginis et Beate Brigitte vidue, siti in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, ex alio, tendente ad quendam aggerem, dictum den gemeynen zegedyck, uno fine; item adhuc ex pecia terre, unum iuger terre vel circiter continente, eiusdem Elisabeth, sita in parochia de Tefelen, in quodam campo, dicto In den Cleebeempt, inter hereditatem Marie, relicte quondam Lamberti van der Hoeven, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Johannis van der Hoeven, et eius liberorum ex alio, tendente a quodam aggere, dicto den zegedijck, ad quendam aqueductum, dictum die Tefelensche Weteringe; item adhuc ex quadam pecia terre, dimidium iuger terre vel circiter continente, eiusdem Elisabeth, sita in dicta parochia de Os, ad locum dictum Op Huysmans Beempt, inter hereditatem Hillegondis, relicte dicti quondam Johannis van der Hoeven, et eius liberorum predictorum ex uno, et inter hereditatem Engberti Luedincx ex alio, tendente a quodam aggere, dicto den Beemschendyck, ad aqueductum, dictum die Hoygraefsche Weteringe; item de et ex domo, area et orto ac quatuor vasatis terre vel circiter sibi coadiacentibus, eiusdem Johannis, sitis in dicta parochia de Os, ad dictum locum, Aent Dorsselaer vocatum, inter hereditatem heredum dicti quondam Henrici, filii quondam Reymboldi, ex utroque latere, tendente a communi platea ad hereditatem dicti Godefridi, filii quondam Reymboldi; item adhuc de et ex duobus iugeribus terre vel circiter, dicti Johannis Melis, sitis in iamdicta parochia, ad locum dictum After Ussen, inter hereditatem Henrici Bogart Janss. ex uno et inter communem viam ex alio, tendentibus a

communi platea ad quedam prata, dicta Op Huysmans Beempt; item adhuc ex uno iugere terre vel circiter, sito in eadem parochia de Os, ad locum dictum Op Vranckenbeempt, iamdicti Johannis Melis, inter hereditatem Willelmi Zobben ex utroque latere, tendente a quodam aggere, dicto den Paelackerschendyck, ad fossatum dictum den Hoygrave; item adhuc ex sex vasatis terre arabilis, eiusdem Johannis Melis, sitis in iamdicta parochia, ad dictum locum Aent Dorsselair vocatum, inter hereditatem Michaelis Zeynssen ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii quondam Reymmboldi Spornyers, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem dictorum heredum quondam Henrici Reymboldi, ut dicebant, ab eodem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno maldro siliginis hereditarie pactionis ex dictis integris quatuor maldratis terre atque uno maldro siliginis hereditarie pactionis ex dictis bonis et hereditatibus dicti Johannis Meliss., diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum XXIII[a] ianuarii.

R1272, fol. 293r-293v
23 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante septuaginta quatuor peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Kuyst et Roever, datum XXIII[a] ianuarii.

R1272, fol. 293v
24 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Arnoldus, filius quondam Godefridi dicti de Hees, hereditarie vendidit domino Henrico Corten, presbitero, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro de et ex domo, area et ortis, sibi coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Lytt, ad plateam dictam die Vrouwenstraet, inter hereditatem Petri dicti de Couwen ex uno et inter hereditatem personatus ecclesie de Lytt ex alio, tendentibus a dicta platea ad hereditatem dicti Petri; item adhuc ex quinque hont terre vel circiter, eiusdem venditoris, sitis in dicta parochia, in quodam campo, dicto In de Twelmargen, inter hereditatem Petri dicti Coman ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Theoderici Roeverss., ex alio, tendentibus a quadam via, dicta den Thiendwech, ad hereditatem Theoderici Berntss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duabus libris pagamenti hereditarii census, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Erpe et Roever, datum XXIIII[ta] ianuarii.

R1272, fol. 293v
24 januari 1504

Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue cum viginti quinque peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum modernam valuationem communiter currentem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Henricus, emptor, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 293v-294r
24 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes Heym unum bonarium prati, situm in parochia de Berlijkem, in loco dicto Westerbroec, inter hereditatem investiti de Berlijkem et Henrici dicti Droechscheerre ex uno et inter hereditatem abbatis de Berna et Johannis dicti Weygerganck ex alio, prout huiusmodi bonarium prati ibidem est situatum, quod bonarium prati predictum Willelmus dictus Posteel erga Jacobum dictum die Laet emendo acquisierat, prout in litteris, et quod bonarium prati predictum pronunc situm est ibidem inter hereditatem dicti investiti de Berlijkem et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem heredum quondam Nycolai dicti Coel Geritszoen et quorundam aliorum ex alio, ut dicebat, simul cum dictis litteris et iuribus, dedit ad hereditarium censum Anthonio, filio quondam Gerardi Gerits de Berlijckem, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro quinque solidis communis pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto atque pro hereditario censu quatuor et dimidie librarum monete, dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter de et ex bonario prati predicto, promittens super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Willelmi Posteel et suorum heredum et successorum deponere; promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex bonario prati predicto plus fore solvendum quam dicti quinque solidi pagamenti atque dictus census quatuor et dimidie librarum annuatim exinde e iure solvendis, quod ipse Johannes Heym hoc plus prefato Anthonio penitus deponet; quo facto idem Anthonius repromisit se daturum et soluturum dicto Johanni Heym dictum hereditarium censum quatuor et dimidie librarum anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex bonario prati predicto; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum supra.

R1272, fol. 294r
24 januari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes Heym hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Anthonio repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 294r
18 februari 1508
Jan Gheck en Lambert van den Broeck

Dictus Johannis Heym recognovit se recepisse a dicto Anthonio triginta unum et dimidium peters, XIX stuvers pro quolibet computando, ex causa redemptionis dicti census quatuor et dimidie librarum monete predicti, et sic eundem censum fore redemptum, clamans inde et ab ulteriori solutione eiusdem census quitus.
Testes Geck et Broeck, datum XVIII februarii.

R1272, fol. 294r
24 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Dominus Romboldus, filius quondam Godefridi Reymboutszoen, presbiter, tamquam rector pro tempore fundationis duarum missarum in altari beatorum Crispini et Crispiani martirorum, sito in ecclesia de Oisterwyck, fundatarum, palam recognovit eo nomine se recepisse a sororibus tertie regule Sancti Francisci conventus Beate Marie ad Castrum, siti in Buscoducis, ad locum dictum Opten Ulenborch, realem et plenariam solutionem annalium pactionum et censuum de quinque annis ultimo elapsis cessorum, atque adhuc solutionem annalium pactionis et census in festo Purificationis Beate Marie Virginis proxime futuro adhuc cendendorum, et hoc videlicet de annua et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis quam dicte sorores annuatim et hereditarie de et ex quodam suo prato, sito in parochia de Gestel prope Oisterwyck, ad locum dictum Aent Rietvenne, dicte fundationi solvere tenentur, necnon adhuc de hereditario censu quatuor denariorum, peters communiter vocatorum, quem eedem sorores de et ex quodam suo manso in parochia de Oisterwyck situato, ad locum dictum Karichoven, eidem fundationi annuatim et hereditarie solvere tenentur, clamans igitur dictus dominus Romboldus dictas sorores et bona sua seu dicti conventus ac quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de predictis annalibus pactionibus et censibus per eum, ut premittitur, receptis, quitos, liberos et penitus absolutos, promittensque dictus dominus Romboldus super omnia et habenda eisdem sororibus quod ipse easdem sorores et earum bona ac dicti conventus necnon contrapignora pretacta de predictis receptis pactionibus et censibus annalibus atque ab omnibus dampnis eis occasione earumdem eventuris ac a quibuscumque impeticionibus quibus mediante ea occasione eedem soreres ac earum bona impeti possent in quocumque iudicio, spirituali vel temporali, quitabit, relevabit et penitus indempnes observabit.
Testes Erpe et Roever, datum supra.

R1272, fol. 294v
24 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Magister Henricus Ghyzels, filius quondam Ghiselberti de Campo, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem idem magister Henricus annuatim et hereditarie se solvendam habere dicebat Purificationis de et ex quandam camera lapidea ac aliis hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Roesmalen, in loco dicto Hynen, inter hereditatem heredum quondam Petri Meyskens cum uno fine et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Arnoldi Noot, ex uno latere, tendentibus cum alio latere et fine reliquo ad communem plateam; item adhuc ex pecia terre, sita in parochia de Orthen, iuxta aggerem dictum Ruwegelsdyck, inter hereditatem quondam Theoderici Sceynels ex utroque latere, tendente cum uno fine ad locum, dictum den Vlierdyck, et cum alio fine ad communem viam, dictam den Auden Wech, pridem datum ad hereditarium pactum Hille dicte de Orthen a Johanne van der Rennendonck, filio quondam

Arnoldi van der Rennendonck, pro pactione predicta, et quam pactionem Ghiselbertus Haeck dehinc conventus Beate Marie Virginis et Brigitte vidue, situs in Roesmalen, depost vero Katherina dicta sByen, successive proprietarii contrapignorum pretactorum, ex eisdem contrapigneribus solvere consueverant et tenebantur, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Monix et Roever, datum XXIIII[ta] ianuarii.

R1272, fol. 294v-295r
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Notum sit universis quod cum Marcelius, filius quondam Arnoldi Nouwenzoen Verhoeven, hereditarie resignasset et supportasset Marcelio, suo filio, et Willelmo, filio quondam Petri Willenzoen, suo sororio, huiusmodi usufructum qui sibi competebat et competere poterat in bonis infrascriptis, sitis in parochia de Lyerop, in primis vero in domo, domistadio et orto, simul cum campo et prato sibi adiacentibus, tendentibus cum uno fine ad communem plateam et alias ad hereditatem Hermanni de Helmont; item adhuc in campo, sito ad locum dictum Aent Otterdyck, iuxta hereditatem domus de Postula ex uno et iuxta communem plateam ex alio et cum uno fine; item adhuc in quodam agro, sito ad locum, dictum Op geen Oetert, cum uno fine ad communem plateam et alias undique ad hereditatem dicte domus de Postula; item adhuc in quodam prato, sito in parochia de Zoemeren, ad locum dictum Aen die Vloet, iuxta hereditatem Johannis van der Berckven cum utroque latere, tendente ab hereditate Bartholdi de Kessel supra hereditatem Johannis van der Cruyschot cum pluribus aliis; item adhuc in uno agro, sito in dicta parochia de Lyerop, in loco dicto In den Creyenstert, iuxta hereditatem Jacobi van den Zand ex uno et iuxta hereditatem Jacobi Verschaut ex alio, tendente ab hereditate ad altare beati Lenardi in Lyerop spectantem, supra hereditatem Gerardi de Brey; item adhuc in pascua, dicta eeussel, sita in dicta parochia de Lyerop, iuxta hereditatem quorundam heredum dictorum die erfgenamen van Eyndhouts ex uno, et iuxta hereditatem Johannis van der Cruysschot ex alio, tendente ab hereditate Hermanni de Helmont supra communitatem ibidem, ut videbatur in litteris de Lyerop contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Marcelius, filius primodicti Marcelii, filii quondam Arnoldi Nouwens. Verhoeven, et dictus Willelmus, filius quondam Petri Willensoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie primodicti quondam Marcelii Arnt Nouwens., hereditarie vendiderunt Gerardo de Eyck, filio quondam Rutgeri de Eyck, hereditarium censum octo florenorum Renensium, viginti novos denarios, nyewe stuvers communiter vocatos, per archiducem Philippum, archiducem modernum Austrie, ducem Bourgoindie, Brabancie etc., noviter monetatos, vel valorem eorundem in moneta aurea et argentea quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in opido de Buscoducis absque omnibus precariis et exactionibus domini nostri archiducis ac ceteris oneribus et incommodis, si que fuerint, libere tradendum de et ex bonis et hereditatibus predictis, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi atque duobus modiis siliginis hereditarie pactionis, exinde prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Kuyst et Erpe, datum XXVI[ta] ianuarii.

R1272, fol. 295r

26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante centum et triginta quatuor consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Gerardus, emptor, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionum per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 295r
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Wolterus, filius quondam Petri van den Loock, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Marcelius die Visscher, filius quondam Petri die Visscher, promiserat se daturum et soluturum Elisabeth, sue sorori, filie dicti quondam Petri die Visscher, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradituram ex domo, area et orto ac pecia terre mericali, sitis in parochia de Bucstel, inter loca dicta Onrode et Mulsen, inter communitatem ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Anne, filie quondam Petri die Visscher, ex uno *(aldus)*, pridem ad hereditarium pactum datis dicto Marcelio ab Elisabeth, eius sorore predicta, et ex omnibus aliis bonis eiusdem Marcelii, habitis et habendis, ubicumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, quam pactionem predictam dictus Wolterus erga Aleidem, filiam quondam Godefridi Weyenzoen, filii quondam Henrici, relictam quondam Arnoldi de Rybergen, et Godefridum, filium eorundem Aleidis et quondam Arnoldi, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Petro, filio Henrici Huybens., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 295r
26 januari 1505
Dirk de Borchgreve en Jan van Erp

Dictam pactionem Petrus, filius Henrici Hubens., predictus hereditarie supportavit Rolando, filio quondam Arnoldi Ruelenss., cum litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Theodericus Borchgreve et Erp, datum VI[a] ianuarii anno 4[33].

R1272, fol. 295r-295v
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Alardus et Marcelius, fratres, liberi quondam Constantini dicti Stanss sHoessen, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Goeswini van der Lairschot, pannicide, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie

[33] *Abusievelijk het cijfer 4, lees echter 5. Dirk de Borchgreve en Jan van Erp zijn samen schepen van Den Bosch in het schepenjaar 1504, dat loopt van 1 oktober 1504 tot eind september 1505.*

Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omnibus precariis et exactionibus ac ceteris incommodis et oneribus libere tradendam de et ex septem vasatis terre siliginee vel circiter, dictorum fratrum, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum Opt Berchenschen Velt, inter hereditatem Jacobi Symonszoen ex uno, et inter hereditatem Johannis Peterszoen ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis Zeberts ad hereditatem Wolteri Jacopssoen; item ex sex vasatis terre siliginee vel circiter, dicti Alardi, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem heredum quondam Folpardi Reymbouts ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Gerardi Janss. ex alio, tendentibus ab hereditate dicti Wolteri Jacopszoen ad communitatem de Berchen; item adhuc ex octo hont terre paludialis vel circiter, eiusdem Alardi, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Opte Berchenschen gemeynt, inter hereditatem Arnoldi, filii naturalis domini Henrici van den Hoeck, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Bryenonis, filii quondam Marcelii de Driel, et quorundam aliorum ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Johannis Thomas cum pluribus aliis; item adhuc ex tribus vasatis terre vel circiter, dicti Marcelii, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Opt Berchensche Velt, inter hereditatem Theoderici Willemss. alias dicti die Hollander ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Berchen et quorundam aliorum ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis Zebertss. ad hereditatem dicte fabrice et quorundam aliorum, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno solido pagamenti ex dictis tribus vasatis terre, prius annuatim e iure solvendo, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXVI^{ta} ianuarii.

R1272, fol. 295v
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante septuaginta duobus peters, XIX stuferis vel valore eorundem in pecunia seu moneta quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 295v-296r
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Zebertus, filius quondam Henrici dicti Beeck sHoessen, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam campo terre paludialis, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Macharen, in loco dicto Int Oisterlinghe, inter hereditatem domicelle Johanne de Spralant ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Snavels, filii quondam Henrici Snavels, ex alio, tendente ab hereditate Yde, relicte quondam Zeberti van den Hoevel, et eorum liberorum cum pluribus aliis ad hereditatem Johannis de Ghent et quorundam aliorum, ut dicebat, hereditarie vendidit Alardo, filio quondam Constantini dicti Stanss sHoess., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem

deponere, exceptis circumspectionibus, dictis scouwen, ad dictam medietatem e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 296r
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Nycolaus dictus Coel, filius quondam Zeberti dicti Colenzoen, hereditarie vendidit michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci conventus Sancte Elisabeth, siti in Buscoducis, retro locum dictum After die Tolbrugge, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omnibus precariis et exactionibus domini nostri archiducis ac ceteris oneribus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, partim arabilibus, partim pascualibus, cum lignicrescentiis sibi mutuo coadiacentibus, dicti venditoris, pariter tredecim bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Aen die Loeffoert, inter hereditatem domicelle Katherine, relicte quondam Rodolphi die Bever, et eius liberorum ac Johannis Buck ex uno, et inter hereditatem Johannis die Smyt et plurium aliorum ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Henrici Arntss., ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, hereditario censu trium librarum pagamenti, atque diversis pactionibus ad duodecim modios siliginis ascendentibus, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 296r-296v
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Conrardi dicti Tymmerman, domum lapideam cum suis attinentiis, olim Willelmi dicti Toelinc, sitam in Buscoducis, apud Forum, inter hereditatem Tyelmanni dicti de Campen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti de Os, filii quondam Johannis dicti de Os, ex alio, tendentibus a communi platea ad communem aquam ibidem fluentem; insuper hereditarium censum quatuor librarum et decem solidorum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex omnibus et singulis bonis Tielmanni dicti de Campen, hereditarie supportasset Henrico dicto Keymp, filio quondam Godefridi dicti Keymp, cumque dictus Henricus Keymp, tamquam relictus quondam Geerburgis, sue uxoris, filie quondam Engberti van der Hoeven, usufructum sibi competentem in tribus quintis partibus supradictorum domus lapidee cum suis attinentiis ac hereditarii census predicti legitime supportasset Engberto et Johanni, fratribus, liberis quondam Gerburgis predictorum, ad opus eorum et ad opus Heilwigis, eorum sororis, filie eorundem quondam Henrici Keymp et Geerburgis, et deinde iidem Engbertus et Johannes, fratres, duas quintas partes ad ipsos spectantes in premissis hereditarie supportassent Willelmo Nouwen Jacopszoen, marito legitimo dicte Heilwigis, sue uxoris, prout in diversis litteris, et cum deinde Heilwigis iunior, filia quondam Henrici Keymp, quintam partem ad ipsam etiam spectantem in dictis domo, area et orto, sitis in Buscoducis, ad Forum, inter hereditatem Danielis Ployen ex uno et inter hereditatem Henrici Houbraken ex alio, hereditarie supportasset dicto Willelmo Nouwen, filio quondam Jacobi Nouwen, relicto legitimo quondam Heilwigis senioris, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici Keymp, et cum

Henricus, filius quondam Huberti, filii quondam Arnoldi Wouterss., ab eodem quondam Huberto et quondam Christina, eius uxore, filia dicti quondam Henrici Keymp, pistoris, pariter genitus, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quinta parte predictorum domus, aree ac domus posterioris dicti quondam Henrici Keymp, eius avi, hereditarie supportasset dicto Willelmo Nouwen, cumque adhuc Geerburgis, filia dicti quondam Huberti, filii quondam Arnoldi Wouterss., ab eodem quondam Huberto et quondam Christina, eius uxore predicta, filia dicti quondam Henrici Keymp, pariter genita, totam partem et omne ius ad ipsam spectantes in domo, area ac domibus posterioribus predictis hereditarie supportasset dicto Willelmo Nouwen, prout in diversis aliis litteris, et qui domus, area cum suis attinentiis predictis, que attinentie pronunc due domus posteriores esse dinoscuntur et pronunc site sunt ibidem inter hereditatem dicti Henrici Houbraken ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti de Boemel ex alio, tendentes a communi platea predicta retrorsum usque ad aquam ibidem fluentem, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Gerardus, filius dicti quondam Willelmi Nouwen, supradictos domum, aream, duas domus posteriores cum suis attinentiis, prout ibidem site sunt, ac hereditarium censum quatuor librarum et decem solidorum predictum hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Godefridi dicti Roeverss., cirothecario, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui necnon ex parte dicti quondam Willelmi Nouwen ac suorum heredum et successorum in premissis deponere; promisit insuper sub obligatione premissa quod ipse omnes obligationem et impetitionem ex parte dicti quondam Henrici Keymp ac suorum heredum et successorum in dicto integro censu quatuor librarum et decem solidorum atque adhuc in una quinta parte domus, aree ac suarum attinentiarum predictarum existentes ac eventuras prefato Gerardo, filio quondam Godefridi Roevers, deponet omnino.
Testes Kuyst et Boert, datum XXVI^{ta} ianuarii.

R1272, fol. 296v
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Gerardus, filius quondam Godefridi Roeverss., promisit super omnia et habenda dicto Gerardo Nouwen quinquaginta libras monete necnon centum ac septuaginta quinque peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 296v
26 januari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Gerardus, filius quondam Godefridi, promisit adhuc super omnia et habenda dicto Gerardo Nouwen viginti quinque libras monete et centum ac septuaginta quinque peters consimiles, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 297r
27 januari 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Paulus, filius quondam Adriani dicti van den Akar, hereditarie vendidit Katherine, relicte quondam Johannis dicti de Belle, pellificis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omnibus precariis ac ceteris incommodis libere tradendam de et ex domo, area, horreo, ovili et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Essche, ad locum dictum Aen den Breden Acker, inter hereditatem Petri van der Voirt ex uno et inter hereditatem reliqua dicti venditoris ex alio, tendentibus a communi platea ad aquam, dictam die Aa, ibidem fluentem; item adhuc ex agro terre, unam maldratam terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito ibidem, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Goeswini de Hal, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem dicti Petri van der Voirt ex alio, tendente a dicta aqua, die Aa vocata, ad communem plateam; item adhuc ex quatuor lopinatis terre vel circiter, eiusdem venditoris, sitis ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Erenberti Loyen ex uno et inter hereditatem Arnoldi Scuermans ex alio, tendentibus ab hereditate Lodewici, filii dicti quondam Erenberti, ad hereditatem dicti Arnoldi; item de et ex quodam prato, quatuor diurnatas prati vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, dicto communiter Dat Ochel, inter hereditatem Mathei Janss. ex uno et inter hereditatem spectantem ad mansum quendam, situm ibidem, dictum Berchenshuysen, ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti Goessens ad quandam hereditatem spectantem ad quendam mansum, situm ibidem, quem quidam Arnoldus dictus van den Venne, tamquam colonus ad presens sub sua habet cultura, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, hereditaria pactione unius maldri siliginis atque hereditario censu quatuor florenorum Renensium ac quarte partis unius huiusmodi floreni, de et ex premissis et certis aliis suis hereditatibus, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Erpe, datum XXVII[a] ianuarii.

R1272, fol. 297r
27 januari 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta duobus peters, XIX stuvers nove monete archiducis Philippi, archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 297r-297v
27 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Judocus, filius quondam Godefridi dicti de Lovenich, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Andree Jacopszoen de Helmont, ab eodem Andrea et quondam Mechtelde, sua dum vixit uxore, filia quondam Thome die Poirter, filii quondam Christiani, pariter genite, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes Bueckentop, filius quondam Henrici Bueckentop, promiserat se daturum et soluturum Ermgardi, filie quondam Henrici van den Dungen, anno

quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradituram de et ex domo et orto, sitis in parochia de Dynther, inter hereditatem Katherine van der Lijnden ex uno et inter communem plateam ex alio, atque ex domistadio et orto, sitis in dicta parochia, inter hereditatem quondam Yde, filie quondam Henrici Pels, ex uno et inter hereditatem domicelli de Helmont ex alio, quam pactionem predictam dictus Thomas die Poirter, filius quondam Christiani, erga dictam
Ermgardem, filiam quondam Henrici van den Dungen, dudum acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem dictus Andreas Jacopssoen de Helmont prefato Judoco cum dicta Luytgarde, sua uxore, filia dicti Andree, in subsidium eorum matrimonii prius dederat et donaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis de Broichoven, ad opus sui et ad opus Henrice, sue uxoris, relicte quondam Godefridi dicti die Laet, quoad eorum usufructum, et ad opus legitimorum liberorum eorundem Henrice et quondam Godefridi die Laet, quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum XXVII[a] januarii.

R1272, fol. 297v
27 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Theodericus, filius quondam Johannis van den Eynde, et Johannes, filius quondam Ghysberti van Beke, tamquam rectores fabrice capelle, site in parochia de Nysterle, ad locum dictum Op dLaer, potentes ad hoc, ut dicebant, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam ex pecia terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Nysterle, inter hereditatem Erberti, filii Wellini Erbertszoen, ex uno et inter hereditatem Henrici de Duer ex alio, quam pactionem dictus Theodericus et Johannes, tamquam rectores dicte fabrice capelle, ad opus eiusdem fabrice erga Arnoldum, filium quondam Bruystini Arntszoen, emendo acquisierat (*aldus*), prout in litteris, hereditarie supportaverunt Jacobo, filio quondam Johannis Spierincx, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte dicte fabrice deponere.
Testes Boert et Monix, datum supra.
Dictus Jacobus acquitavit eandem pactionem.

R1272, fol. 297v
27 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Jacobus, filius quondam Marcelii Marceliszoen, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Wolteri, filii Johannis Abenzoen, et ipsa Heilwigis, cum eodem Jacobo, suo marito, tamquam cum suo tutore, hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis libere ab omni onere precarie et subventionis tradendam de et ex pecia terre, dicta Die Braeck, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum In den Hauwe, inter hereditatem magistri Henrici Ghyzels ex uno et inter hereditatem Willelmi Bloys ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem, dictum Die Voirt, quam pactionem predictam dictus Jacobus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Heilwigis, sue uxoris, erga Henrica, filiam dicti quondam Wolteri, filii

Johannis Abens., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Bele, filie quondam Gerardi de Empel, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere notanter.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Boert et Monix, datum XXVII[a] ianuarii.

R1272, fol. 297v
16 november 1504
Hendrik de Leeuw en Jan van Erp

Bela predicta dictam pactionem hereditarie supportavit Adriano, filio quondam Willelmi Michielss., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Leeuwe et Erpe, datum XVI[ta] novembris.

R1272, fol. 298r
27 januari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Theoderici dicti Coppen, hereditarium censum sex librarum monete, quem censum Johannes, filius quondam Johannis dicti Fyenzoen, promiserat se daturum et soluturum eidem Johanni, filio quondam Theoderici Coppen, anno quolibet hereditarie Purificationis ex duobus iugeribus terre, sitis in parochia de Os, in loco dicto Opten Brant, inter hereditatem Heilwigis, filie Petri dicti Rodekenssoen, ex uno, et inter hereditatem Rycoldi dicti Janszoen et Aelberti, eius fratris, ex alio; item ex dimidio iugere terre quod fuerat quondam Johannis, filii quondam Goeswini dicti de Os, sito in parochia de Os, supra communitatem, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex utroque latere; insuper ex dimidio iugere terre, sito in parochia de Os, ad locum dictum Opten Brant, inter hereditatem Johannis dicti Wyken *(?)* ex uno et inter hereditatem Jacobi dicti Wynricxsoen ex alio; item ex dimidio iugere terre, sito in parochia de Os, ad locum dictum Opten Brant, inter hereditatem Henrici, filii Johannis dicti Selenzoen, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis dicti Stynenzoen ex alio, hereditarie supportasset Arnoldo dicto Mersman, filio quondam Arnoldi dicti Mersman senioris, prout in litteris, et cum deinde Martinus dictus Berwout, filius Arnoldi Berwout, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem, declarans inter cetera inibi contenta dixisset se habere dictum hereditarium censum sex librarum monete predicte, solvendum annuatim de quoquidem censu unam libram legasset et iure testamentario reliquisset fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, et unam libram venerabilibus viris dominis decano et capitulo eiusdem ecclesie pro suo et Bele, sue uxoris, anniversario perpetuis futuris temporibus in prefata ecclesia celebrando, necnon unam et dimidiam libras conventui Predicatorum in Buscoducis, etiam pro suo et dicte Bele, sue uxoris, anniversario perpetuis temporibus in dicto conventu celebrando, et unam et dimidiam libras fabrice capelle Sanctorum Petri et Pauli apostolorum, in fine vici Orthensis predicti opidi de Buscoducis, et unam libram fabrice capelle Sancti Jacobi apostoli, site Opten Wyntmoelenberch in pretacto opido de Buscoducis, adstatim post obitum dictorum Martini et Bele, coniugum dum vixerant, et non prius, per dictos legatarios apprehendendas (*aldus*), tenendas et hereditario iure possidendas, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis domini Gerardus de Eyck, cantor, et magister Henricus Heym, canonici ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, pro seipsis et pro quibuscumque aliis capitulanibus eiusdem ecclesie, presentibus et futuris, Henricus de Uden

et Aelbertus Kethelere, tamquam magistri et rectores fabrice iamdicte ecclesie, fratres Thomas de Borken, procurator, et Jacobus de Arkel, conventualis conventus fratrum Predictatorum dicti opidi, pro seipsis et quibuscumque aliis conventualibus eiusdem conventus, presentibus et futuris, Henricus die Bye et Goeswinus Buck, tamquam decani pro tempore dicte fabrice capelle Sanctorum Petri et Pauli apostolorum, necnon Paulus dictus Roever Coenen et Petrus Janss., tamquam decani pro tempore dicte fabrice capelle Sancti Jacobi apostoli, potentes ad infrascripta, ut dicebant, dictum hereditarium censum sex librarum monete predicte legitime et hereditarie supportaverunt domino Nycolao Hoyberchs., presbitero, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis et iuribus occasione, promittentes dicti dominus Gerardus, magister Henricus, Henricus de Uden, Aelbertus Kethelere, fratres Thomas de Borken et Jacobus de Arkel, Henricus die Bye, Goeswinus Buck, Paulus Roever Coenen et Petrus Janss., divisi, videlicet dicti dominus Gerardus et magister Henricus sub obligatione omnium bonorum dicti capituli, pro quota sua eidem capitulo legata, Henricus de Uden et Aelbertus Keteler sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice ecclesie, eciam pro quota eidem fabrice legata, fratres Thomas et Jacobus sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, etiam pro quota eidem conventui legata, Henricus die Bye et Goeswinus Buck sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice capelle Sancti Petri eciam pro quota eidem fabrice legata, atque Paulus Roever Coenen et Petrus sub obligatione omnium *(aldus)* fabrice capelle Sancti Jacobi, eciam pro quota eidem fabrice de dicto censu legata, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et eorum successorum necnon ex parte dictorum capituli, fabrice ecclesie, conventus et fabricarum capellarum predictarum, atque ex parte dicti Arnoldi Marsman et suorum heredum et successorum deponere, cum conditione consueta.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 298v
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Johannis dicti van den Acker, unum et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, hereditarie pecunie, quos unum et dimidium florenos Renenses Johannes, filius quondam Johannis van den Ecker, et cum eo Gevardus, eius filius legitimus, promiserat Willelmo Janss. van Dormalen anno quolibet dare et solvere Purificationis de et ex domo et hereditatibus, sitis ad locum dictum Tot Verrenbest, in parochia de Oirschot, cum uno latere ad hereditatem Henrici van der Haest ende metter andere zijden (*aldus*) ad hereditatem Godefridi sBeckers, et quos unum et dimidium florenos Renenses Petrus et Arnoldus, fratres, liberi quondam Willelmi van der Goyendonck prefato, predicto Johanni, filio quondam Johannis van den Acker, hereditarie supportaverant, ut videtur in litteris de Oirschot contineri, hereditarie supportavit Egidio, filio quondam Luce van der Schoet, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Busco et Monix, datum XXVII^{a} ianuarii.

R1272, fol. 298v
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius quondam Henrici dicti van den Beerwinckel, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Tyelmanni Reynerss., ad opus Tyelmanni, sui filii legitimi, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis

et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie et exactionibus ac ceteris incommodis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, septem lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Erpe, iuxta pontem ibidem, inter hereditatem Johannis, filii Hermanni Blaffarts, et Johannis Joirdens ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Johannis Herberts, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus libris hereditarii census atque diversis pactionibus ad quatuor modios siliginis ascendentibus, diversis personis ex premissis et certis aliis hereditatibus, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 298v
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum triginta quatuor florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Willelmus nomine dicti Tyelmanni, sui filii, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 298v-299r
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Petrus, filius quondam Petri Janss., unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Berchen, ad locum dictum Voir opt Osser Gemeynt, inter hereditatem Willelmi de Elsen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Katherine dicte Croecken ex alio, tendente a quadam stega ad hereditatem Johannis, filii quondam Henrici Borkens, et ad dimidium iuger terre infrascriptum; item adhuc iam dictum dimidium iuger terre, situm ibidem, inter hereditatem Reymboldi dicti Bollen Peterss. ex uno et inter dictam hereditatem dicti Johannis, filii quondam Henrici Borkens, ex alio, tendente dicto iugere terre ad quasdam hereditates, dictas Opten Gheer, diversorum hominum ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Johanni, filio quondam Henrici Borkens, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Busco et Monix, datum supra.

R1272, fol. 299r
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Arnoldus, filius quondam Johannis dicti Penninck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Henrici van der Cuylen, promisit ut debitor principalis Katherine, filie quondam Judoci dicti van den Nuwenhuyze, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem Katherine hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere

tradet de et ex duabus et dimidia lopinatis terre vel circiter, sitis in parochia de Scijnle, in loco dicto Int Elschot, inter hereditatem Henrici, filii dicti quondam Henrici van der Cuylen, ex uno et et inter hereditatem heredum quondam Huberti Huybens. ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem stegam ibidem; item adhuc de et ex duabus terciis partibus, ad ipsum promittentem, ut dicebat, spectantibus in quodam prato, unum bonarium prati vel circiter continente, sito in dicta parochia, inter hereditatem Henrici dicti de Dubbelen et Willelmi van den Nuwenhuys ex uno et inter hereditatem conventus Predicatorum in Buscoducis ex alio, tendente ab hereditate Lamberti van den Acker ad hereditatem Arnoldi Jacopssoen, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis exceptis *(aldus)* censibus fundi atque duabus libris pagamenti hereditarii census, exinde prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 299r
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers nove monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Katherina cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo repromisit, hoc tamen salvo quod idem Arnoldus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Katherine legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 299r-299v
27 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Theodericus, filius quondam Gerardi dicti Dircxs., Ghibo, filius quondam Henrici dicti van den Bogart, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, et Willelmus, filius quondam Amelii Meliss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Gerardi Dircxsoene, medietatem dudum ad dictum quondam Gerardum Dircxzoen, ut dicebant, spectantem in quodam prato, unum bonarium et quartam partem unius bonarii vel circiter continente, sito in parochia de Nysterle, ad locum dictum Opt Erpt, inter hereditatem Arnoldi dicti van der Bolst ex uno et inter quendam aggerem ibidem, dictum den Erptschen dyck, ex alio, tendente ad hereditatem Arnoldi dicti Arntszoen cum utroque fine, de quoquidem prato reliqua medietas ad Adrianum et Mechteldem, eius sororem, liberos quondam Henrici Deenkenss., Lambertum, filium Willelmi Rutten, maritum et tutorem legitimum Ermgardis, sue uxoris, et Johannem, filium Petri Dircxs., maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filiarum dicti quondam Henrici Deenkenss. spectare dinoscitur, ut dicebant, hereditarie supportaverunt dicto Adriano, filio quondam Henrici Deenkens, et Lamberto, filio Willelmi Rutten, eius sororio, ad opus eorum et ad opus dictorum Mechteldis et Johannis, filii Petri Dircxs., simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebant.
Testes Busco et Monix, datum XXVII^{a} ianuarii.

R1272, fol. 299v
29 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Ghijsselen

Rodolphus, filius quondam Willelmi van der Vloet, hereditarie vendidit Andree et Johanni, fratribus, liberis quondam Lodovici dicti Tymmermans de Berse, ad opus eorum et ad opus Katherine, eorum sororis, filie dicti quondam Lodovici Tymmermans, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} denarios, stuvers communiter vocatos, nove monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex agro terre, dicto Den Bocht, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Oistelberse, inter hereditatem Wolteri dicti Janss. ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Theoderici dicti Bogarts ex alio, tendente alias ad communem plateam; item de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, novem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Danielis Theenszoen van den Venne ex uno, et inter hereditatem Ermgardis, relicte quondam Johannis Scoefs, et liberorum quondam Jordani sBrouwers ex alio, tendente ab hereditate Petri, filii quondam Theoderici van den Boer, ad communem plateam, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditaria pactione quindecim lopinorum siliginis, hereditaria pactione sex lopinorum siliginis, hereditaria pactione quindecim lopinorum siliginis et hereditaria pactione sex lopinorum siliginis, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Ghysselen, datum XXIX^{a} ianuarii.

R1272, fol. 299v
29 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Ghijsselen

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet integraliter aut mediatim, quemlibet videlicet dictorum florenorum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Andreas et Johannes, fratres, pro se et pro dicta Katherina, sua sorore, hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto venditori repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis emptoribus legitime preintimabit aut alteri eorum preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 299v-300r
29 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Ghijsselen

Johannes, filius quondam Michaelis die Bever, quartam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continentibus, olim dicti quondam Michaelis die Bever, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, inter hereditatem Agnetis, relicte quondam Martini Corstkens, ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti van der Crespot ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem conventus de Bijnderen; item in agro terre, dicto Den

Wedacker, sextariatam terre vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad dictum locum Houthem vocatum, inter hereditatem Mathie de Herenthom ex uno et inter hereditatem Fratrum Carthusiensium, in villa de Vucht commorantium, ex alio, tendente a communi via ad hereditatem seu pratum Arnoldi dicti Emontss.; item adhuc in pecia terre, dicta een hopvelt, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem dictorum Fratrum Carthusiensium ex uno et inter hereditatem Petri Hellinx ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem eorundem Fratrum, ut dicebat, hereditarie supportavit Lamberto, filio quondam Petri de Aken, tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Michaelis die Bever, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi ad unum denarium, Philippuspenninc vocatum, ascendentem, atque hereditaria pactio unius modii siliginis mensure de Buscoducis atque unus grossus antiquus, unum mengelinum vini, quinque placce Busciducenses et unus lopinus siliginis, diversis personis et locis ex dictis domo, area, orto, agro et dicta pecia terre, dicta hopvelt, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, quod dictus Johannes hoc plus portabit et portare tenebitur, videlicet pro una quarta parte.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 300r
29 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Ghijsselen

Dictus[34] Lambertus promisit super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Michaelis die Bever, triginta tres peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia, secundum modernam valuationem communiter currente pro quolibet computando, a Penthecostes proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 300r-300v
29 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Willelmi dicti Vendycx, Johannes, filius quondam Henrici dicti die Lepper, Christianus, filius quondam Nycolai dicti Heyen, et Arnoldus, filius quondam Petri dicti Goetscalcx, hereditarie vendiderunt Johanni Enckman, filio quondam Wautgeri dicti Eyckmans, pellifici, hereditarium censum novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni

[34] *in de marge:* Eadem die est iste contractus in presentia et de mandato partium hincinde iterum cancellatus.

onere precarie, exactionibus ceterisque oneribus libere tradendum de et ex domo, area, orto ac domo posteriori cum suis attinentiis, primodicti Johannis Vendijcx, sitis in parochia de Oisterwyck, inter hereditatem Huberti Wijns ex uno et inter hereditatem Henrici Heysten ex alio, tendentibus ab hereditate Franconis Scyven ad communem plateam; item adhuc de *(aldus)* ex tercia parte ad eundem primodictum Johannem spectante in quodam prato, duo bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Oirschot, ad locum Op Wippenhout, inter hereditatem Ghibonis Huysmans ex uno et inter hereditatem Willelmi de Os ex alio, tendente ab hereditate Wolteri dicti die Cort ad communem plateam seu communitatem ibidem; item de et ex duabus domibus, areis, ortis cum suis attinentiis sibi mutuo lateraliter coadiacentibus, secundodicti Johannis, filii quondam Henrici die Lepper, sitis in parochia de Oirschot, inter hereditatem Jacobi dicti die Huedemeker ex uno et inter hereditatem Henrici die Rotart ex alio, tendentibus cum uno fine ad communem plateam iuxta hospitale ibidem; item de et ex quodam prato, dicti Christiani, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Laurencii Boyen, carnificis, ex utroque latere et uno fine, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item adhuc ex quodam agro terre, dicto Den Mydacker, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem Christiani, sito in dicta parochia de Haren, ad dictum locum Belver vocatum, inter hereditatem Katherine, relicte quondam Marcelii Bull, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Gerardi dicti van den Hezeacker ex alio, tendente cum fine utroque ad communes vias ibidem; item de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, septem lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Arnoldi, sitis in dicta parochia de Haren, ad dictum locum Belver vocatum, inter hereditatem Johannis van den Laer ex uno et inter hereditatem olim Theoderici die Roever, nunc vero cuiusdam Judoci, commorantis in opido de Huesden in hospicio ibidem, dicto In de Roze, ex alio, tendentibus ab hereditate reliqua dicti Arnoldi ad communem plateam; item adhuc ex agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem Arnoldi, sito ibidem, inter hereditatem Anthonii dicti van der Meer ex uno et inter communem viam ibidem ex alio, tendente ab hereditate Hadewigis, filie quondam Arnoldi Gielis, ad hereditatem Martini, filii quondam Willelmi van den Byechelair, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad septem stuferos ascendente et hereditaria pactione unius maldri siliginis ex dictis bonis primodicti Johannis, item uno denario, gwillelmusthuyn vocato, ex dictis domibus secundodicti Johannis, item hereditaria pactione unius modii siliginis ex dictis bonis dicti Arnoldi, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Monix et Roever, datum XXIX[a] ianuarii.

R1272, fol. 300v
29 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum et quinquaginta tribus consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 300v-301r
29 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infracriptis dicti Johannes Vendycx, Johannes die Lepper, Christianus et Arnoldus, venditores, palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt quod ipsi videlicet Johannes Vendycx et Johannes die Lepper quinque florenos Renenses, et Christianus et Arnoldus quatuor florenos Renenses de dicto hereditario censu novem florenorum Renensium exnunc deinceps annuatim dabunt et solvent necnon rediment et acquitabunt, dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod uni ab alio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 301r
29 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Lambertus, filius quondam Petri dicti de Aken, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Michaelis die Bever, promisit ut debitor principalis magistro Johanni de Berkel, filio quondam Nycolai, quod ipse dabit et solvet eidem magistro Johanni hereditarium censum sex librarum monete anno quolibet hereditarie Penthecostes et pro primo solutionis termino a Penthecostes proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, inter hereditatem Agnetis, relicte quondam Martini Corstkens, ex uno, et inter hereditatem Wolteri dicti van der Crespot ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem conventus de Bynderen; item de et ex agro terre, dicto Den Wedacker, sextariatam terre vel circiter continente, eiusdem promittentis, sito in dicta parochia, ad dictum locum Houthem vocatum, inter hereditatem Mathie dicti de Herenthom ex uno et inter hereditatem Fratrum Carthusiensium, in villa de Vucht commorantium, ex alio, tendente a communi platea ad pratum Arnoldi dicti Emontss.; item de et ex pecia terre, dicta een hopvelt, tres lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem promittentis, sita ibidem, inter hereditatem dictorum Fratrum Carthusiensium ex uno et inter hereditatem Petri Hellinx ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem eorundem Fratrum, ut dicebant; promisit insuper et cum eo Johannes, filius dicti quondam Michaelis die Bever, indivisi super se et bona sua, habita et habenda, warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario, philippuspenninc vocato, hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, uno grosso antiquo, uno mengelino vini, quinque placcis Busciducensibus, et uno lopino siliginis, diversis personis, prius exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 301r
29 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue, integraliter aut mediatim, videlicet integrum censum cum et mediante triginta uno peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Lamberto repromisit, hoc tamen salvo quod idem Lambertus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato magistro Johanni legitime preintimabit.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 301r-301v
29 januari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Aleidis, relicta quondam Gerardi, filii quondam Herberti die Raet, filiaque quondam Gerongii Janss., cum tutore, potens ad hoc, ut apparebat, vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Gerardi, sui dum vixit mariti, quendam ortum, situm in parochia de Orthen, ad locum dictum Aent Eyndt, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter Petri, filii quondam Ottonis Peterszoene, ex alio, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem reliquam seu ortum dicte Aleidis, ut dicebat, dedit ad hereditarium censum dicto Petro, filio quondam Ottonis Peterszoen, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro hereditario censu viginti denariorum, stuvers communiter vocatorum, vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata, dando et solvendo sibi ab alio Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter de et ex orto predicto, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere; quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicte Aleidi dictum hereditarium censum XX^{ti} stuferorum anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto ex orto predicto; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes Monix et Roever, datum XXIX^{a} ianuarii.

R1272, fol. 301v
30 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Gerardus, Henricus et Johannes, fratres, filii quondam Henrici Pouwels, hereditarie vendiderunt Henrico Houbraken, filio quondam Johannis Houbraken, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie, exactionis, subventionis ac ceteris oneribus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area et orto, horreo ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter tredecim lopinatas terre vel circiter continentibus, dictorum venditorum, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aen dWybosch, inter hereditatem Henrici Stapparts, tinctoris, ex uno et inter communem plateam alias undique adiacentibus; item de et ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eorundem venditorum, sita ibidem, inter hereditatem Henrici Wouterszoen ex uno et inter hereditatem Willelmi, filii quondam Johannis van den Venne, ex alio, tendente cum fine utroque ad communes vias; item adhuc ex alia pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dictorum venditorum, sita ibidem, inter hereditatem Mathie de Herenthom Willemszoen ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex alio, tendente cum fine utroque ad dictas communes vias; item adhuc de et ex campo terre pascualis, eorundem venditorum, quatuor bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle predicta, ad locum dictum Aent Lutteleynde, in loco dicto Int Hermalen, inter hereditatem Herberte, relicte quondam Egidii van der Poirten, ex uno, et inter hereditatem Ode dicte van der Meer, vidue, cum pluribus aliis ex alio, tendente alias ad communitatem de Elde ibidem, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex grossis antiquis census fundi, prius diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Busco et Roever, datum penultima ianuarii.

R1272, fol. 301v-302r
30 januari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante octuaginta florenis Renensibus, viginti denarios, stuvers communiter vocatos, monete nove archiducis Philippi, archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi predicti, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios seu pecuniam pronunc valuatos nae advenande secundum eandem et modernam valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter. Testes, datum supra.

R1272, fol. 302r
deze akte is onvolledig

Andreas Jacopszoen de Helmont, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue

R1272, fol. 302r
30 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Andreas Jacopszoen de Helmont, tamquam relictus quondam Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Thoen die Poirter, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditaria pactione sedecim lopinorum siliginis mensure de Myerle, solvenda hereditarie Purificationis, et in Myerle tradenda ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Nysterle, ad locum dictum Opt Hout, inter hereditatem heredum quondam domini Johannis Roever, militis, ex uno et inter hereditatem dictam Die Kesy ex alio; item ex campo terre, partim arabilis et partim pascualis, sito ibidem, in opposito dicte domus ultra plateam, inter hereditatem Margarete dicte Vestarts ex alio (*aldus*) et inter hereditatem Willelmi, filii quondam Willelmi dicti Neven, ex alio; item adhuc in hereditaria pactione duorum lopinorum siliginis mensure de Myerle, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Myerle tradenda ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus predictis; insuper ex pecia terre, sita ibidem, ultra communem plateam, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Willelmi Nevens., ex uno et inter communem plateam ex alio, quas pactiones sedecim et duorum lopinorum siliginis predictas Lambertus de Doernen, filius Christiani, ad opus Henrici, filii quondam Johannis dicti Wynricxs., erga Henricum, filium quondam Jacobi dicti Geritss., maritum et tutorem legitimum Eve, sue uxoris, et Goeswinum, filium Henrici dicti sHeren, maritum et tutorem legitimum Jutte, sue uxoris, filiarum quondam Henrici, filii quondam Pauli dicti Snyders, dudum acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Judoco dicto de Loevenich, textori lineorum, marito et tutori legitimo Luytgardis, sue uxoris, filie Andree et quondam Mechteldis predictorum, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare.

Testes Busco et Monix, datum supra.

R1272, fol. 302r
30 januari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Judocus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Luytgardis, sue uxoris, dictas pactiones sedecim et duorum lopinorum siliginis hereditarie supportavit dicto Andree Jacopszoen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Luytgardis, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 302r
5 februari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dictus Andreas Jacopszoen iamdictas pactiones sedecim et duorum lopinorum siliginis hereditariarum pactionum hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis die Reyne, simul cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum V^{ta} februarii.

R1272, fol. 302r-302v
30 januari 1504
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Theoderica, relicta quondam Willelmi Pieckevet, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate cuiusdam (*waarschijnlijk is hier het woord* campi *vergeten*) terre pascualis, olim dicti quondam Willelmi Pieckevet, quinque iugera terre vel circiter continente, siti in parochia de Empel, in loco dicto Int Empelsvelt, inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex uno, tendente alias ad hereditatem domini de Empel atque ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, in illa scilicet medietate campi predicti que Christine, filie dictorum Theoderice et Willelmi, per et post mortem dicti quondam Willelmi, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est necnon sibi per et post mortem dicte Theoderice, eius matris, adhuc advolvenda est, ut dicebat, legitime supportavit dicte Christine, sue filie, et effestucando promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Ghysselen et Monix, datum penultima ianuarii.

R1272, fol. 302v
30 januari 1504
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Christina, cum tutore, hereditarie vendidit Heilwigi, filie quondam Petri dicti de Stert, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios seu pecuniam secundum eandem

valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro pro (*aldus*) primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex medietate campi predicti atque de et ex domo, area ac camera quadam sibi retro adiacente, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, supra conum cuiusdam viculi, dicti dat Buchovenstraetken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem, olim dicti quondam Willelmi, nunc eius heredum ex alio, tendentibus a dicto vico Orthensi ad hereditatem heredum quondam Jacobi de Driel, ut dicebat, ab eadem, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ex medietate dicti campi necnon censu fundi, hereditario censu quatuor librarum monete, hereditario censu decem solidorum, hereditario censu trium librarum monete, tredecim solidis et tercia parte unius huiusmodi soli (*aldus*) pagamenti, hereditario censu novem librarum monete predicte, ac hereditaria pactione unius modii siliginis, prius ex dictis domo, area et camera annuatim diversis personis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 302v
30 januari 1504
Jan Ghijsselen en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue simul et semel, cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Heilwigis, emptrix, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte Christine repromisit, hoc tamen salvo quod eadem Christina huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Heilwigi legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 303r
31 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Bartholomeus, filius quondam Henrici van der Scaft, in absentia Symonis, filii Johannis, filii quondam Willelmi Wijten, prebuisset et exhibuisset patentes denarios quos suos proprios esse dicebat verbis ad hoc aptis ad redimendum e iure proximitatis et quitandum novem bonaria terre mericalis de decem et septem bonariis terre mericalis, olim Willelmi Wijten, sitis in parochia de Haren, iuxta molendinum venti de Helvoirt, et prope hereditates olim Christiani Coenen, pridem supportata dicto Symoni ab Andrea dicto Bierkens, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Bartholomeus totum ius redemptionis quod ipse e iure proximitatis in dictis novem bonariis terre mericalis assecutum habuit, hereditarie supportavit Franconi Knoep Janss., et effestucando resignavit modo in talibus consueto.
Testes Erpe et Roever, datum ultima ianuarii.

R1272, fol. 303r
31 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Theodericus de Merlair, filius quondam Bartholomei, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Nycolai dicti Bougiers, ab eodem et quondam Cecilia, eius uxore, filia quondam Arnoldi van den Broeck, pariter genite, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione trium modiorum siliginis mensure de

Helmont de annua et hereditaria pactione octo modiorum siliginis dicte mensure, quam pactionem iamdictam Deynaldus dictus de Vladeracken de Arle, filius Johannis de Arle, promiserat se daturum et soluturum Aleidi, filie quondam Johannis dicti Blaffart alias dicti van der Horst, anno quolibet hereditarie Purificationis, et supra mansum infrascriptum tradituram, videlicet ex quodam manso terre, dicto tgoet Ter Poirt, dicti quondam Johannis Blaffart, sito in parochia de Aerle prope Beke, atque ex omnibus edificiis, terris, pratis, pascuis, piscaturis et iuribus ac ceteris attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, de qua pactione trium modiorum siliginis predicta dominus Symon, presbiter, et Leonius, fratres, filii quondam Arnoldi van den Broeck, totam partem et omne ius ad ipsos et ad Arnoldum, eorum fratrem, spectantes in eadem pactione supradicte Cecilie, eorum sorori, relicte dicti quondam Nycolai Bougiers, hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit Elisabeth, filie dictorum quondam Nycolai Bougiers et Cecilie relicteque quondam Henrici de Merlair, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mechteldis, sue uxoris, necnon ex parte dicte Celilie et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 303r
31 januari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Henricus, filius Joirdani dicti die Hoppenbrouwer, in absentia Jordani dicti van der Vloet, prebuiit patentes denarios ad redimendum e iure proximitatis et quitandum unum modium siliginis mensure de Oirschot hereditarie pactionis, quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predictum Johannes, filius quondam Johannis Everitszoen, annuatim et hereditarie solvere tenetur de et ex certis contrapigneribus, sitis in parochia de Oirschot, in pastoria de Strathen, et quem unum modium siliginis predictum dictus Joirdanus van der Vloet erga Willelmum de Meyelsvoirt coram scabinis de Oirschot dudum acquisierat, ut dicebat.
Testes Erpe et Roever, datum supra.[35]

R 1272, fol. 303v
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum Nycolaus, filius quondam Nycolai dicti Post, promisisset ut debitor principalis super omnia et habenda Willelmo et Herberte, eius sorori, liberis quondam Pauli, filii quondam Johannis Pouwelss., pro una medietate

R1272, fol. 303v
31 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Ottonis Wouterss., promisit ut debitor principalis Dympne, filie quondam Martini Weyhaze, quod ipse dabit et solvet eidem Dympne hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, unam modiatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Hildwaerenbeke, inter hereditatem Theoderici de Zonne ex uno et inter communem plateam

[35] *onder de akte in de ondermarge:* optinuit.

ex alio, tendentibus ab hereditate Henrici Claes Celen ad communem plateam; item ex quodam prato, dicto Den Crauwels Graft, duas plaustratas feni vel circiter, annuatim portandas, sitas in parochia de Gestel prope Oisterwijc, inter hereditatem Willelmi, fratris dicti promittentis, ex utroque latere, tendente ab hereditate domini Wolteri van den Loo, presbiteri, tamquam rectoris cuiusdam alteri in ecclesia de Hildwaerenbeke situati, ad aquam dictam die Aa ibidem fluentem, dictam die Hoich Aa, ut dicebat; promisit insuper super super (*aldus*) omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus stuferis census fundi, hereditaria pactione trium modiorum et quinque lopinorum siliginis ex dictis domo, area, orto et hereditatibus sibi adiacentibus, atque uno oirtkino census fundi ex dicto prato, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum ultima ianuarii.

R1272, fol. 303v
31 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum viginti uno florenis Rensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, ac cum quinque consimilibus stuferis, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Dympna cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico, promittenti, repromisit, hoc tamen salvo quod idem Henricus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 303v-304r
1 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Henricus, filius quondam Ghysberti van der Zantvoirt, hereditarie vendidit Gerardo, filio Johannis Joirdens, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, novem lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Erpe, in loco dicto In den Hoeck, inter hereditatem Arnoldi van der Zantvoirt Arntszoen ex uno et inter hereditatem Johannis die Goedewerdt ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam domini Geerlaci van der Donck, canonici Traiectensis, ad communem plateam; item adhuc de et ex agro terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, ad locum dictum Op Heze, inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Johannis Claess., ex uno, et inter hereditatem Thome Arntss. et plurium aliorum ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem heredum quondam Willelmi Jacopss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu sex librarum monete atque diversis pactionibus hereditariis ad quinque modios siliginis ascendentibus, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Ghysselen, datum prima februarii.

R1272, fol. 304r
1 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 304r
1 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Gerardus, filius quondam Gerardi dicti Coppens, promisit ut debitor principalis Theoderico, filio quondam Jacobi Ansems, ad opus Ode, sue matris, relicte iamdicti quondam Jacobi Ansems, quod ipse dabit et solvet eidem Ode hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, partim arabilibus et partim pascualibus, dicti promittentis, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Tot Cleynre Lyemde, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi Ghenen et quorundam aliorum ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Petri de Strathen, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque hereditaria pactione unius modii siliginis, prius exinde annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 304r
1 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Et poterit redimere perpetue cum triginta duobus florenis Renensibus consimilibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus nomine dicte Ode, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 304r-304v
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Hillegondis, relicta quondam Engberti Rycoutss., usufructum sibi competentem in pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Hees, ad locum dictum Op Zochel, inter communitatem de Geffen ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Zochel ex alio, tendente a quadam stega, dicta die Zochelsche Stege, ad hereditatem liberorum quondam Johannis Balyarts; item adhuc in domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Henrici Dircxs. ex uno et inter communitatem de Hees ex alio et fine uno cum aliis ad hereditatem dictorum liberorum, ut dicebat, legitime supportavit Ghibo *(aldus)*, Rycoldo, Godefrido, Goeswino, fratribus, liberis Hillegondis et quondam Engberti predictorum, et Johanni, filio Thome Lemmenss., tamquam marito et tutori legitimo Geertrudis, sue uxoris, filie eorundem Hillegondis et quondam Engberti, et effestucando,

promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Boert, datum prima februarii.
Supportatio usufructus solum sortietur effectum quoad venditionem infrascriptam.

R1272, fol. 304v
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Ghibo, Rycoldus, Godefridus et Goeswinus, fratres, et Johannes, eorum sororius, hereditarie vendiderunt Jutte, relicte quondam Wolteri dicti van Gewand, hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendam de et ex pecia terre arabilis, domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus predictis, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione tredecim et dimidii sextariorum siliginis et hereditaria pactione dimidii modii siliginis, ex dictis domo, area, orto et hereditatibus eis adiacentibus, et quampluribus aliis hereditatibus, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 304v
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante viginti duobus peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Jutta cum tutore hoc palam recognovit et super omnia dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 304v-305r
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Reynerus, filius quondam Arnoldi Back, ab eodem et quondam Mechtelde, sua uxore, filia quondam Reyneri Pottey, pariter genitus, domum, aream et ortum, unacum quodam transitu eidem domui lateraliter adiacente ac ceteris suis attinentiis, sitos in Buscoducis, in oppositum pomerii antiquorum sagittariorum infra dictum opidum ibidem, inter hereditatem Petri die Borchgreve, filii quondam Petri die Borchgreve, ex uno et inter hereditatem Hospitalis Pauperum Virorum, fundationis quondam Jacobi dicti uuyter Oisterwyck, ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum usque ad quoddam fossatum, dictum Den Morgelgrave, prout premissa ibidem sita sunt et consistunt, ut dicebat, hereditarie vendidit Egidio, filio quondam Danielis dicti Weykens, ab eodem, promittens sub obligatione hereditarie pactionis duorum

modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvende hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradende de et ex agro terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle, in loco dicto Eylde, in loco dicto Die Roghoeve, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Henrici de Gael, et Ghibonis dicti Ydensoen ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Huberti Zegers et hereditatem heredum quondam Johannis van den Borne et quorundam aliorum ex alio; item ex agro terre, unum bonarium terre vel circiter continente, sito in parochia predicta, in dicto loco Eylde vocato, inter hereditatem heredum quondam Johannis dicti Boekelmans ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Lamberti Theenszoen ex alio, quam pactionem magister Arnoldus de Weilhusen ad opus Johannis et Ade, fratrum, liberorum quondam Theoderici Mol, erga Gerardum de Gael, filium quondam Gerardi de Gael, emendo acquisierat, et de qua pactione predicta supradicta Mechteldis, filia quondam Reyneri Pottey, erga Godefridum, Johannem et Reynerum, suos fratres, tres quartas partes ad eosdem spectantes in eadem pactione depost acquisierat, prout in diversis litteris, necnon adhuc super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu duarum librarum pagamenti fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, hereditario censu duarum librarum et quarte partis unius libre pagamenti Busciducensis heredibus quondam Bartholomei Spierincx, hereditario censu sex librarum pagamenti predicti heredibus quondam Johannis de Delft atque hereditario censu quatuor librarum pagamenti Willelmo, filio quondam Theoderici Jannes alias dicto Glaesmaker, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 305r
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Egidius promisit super omnia et habenda dicto Reynero viginti unum peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 305r
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Egidius promisit super omnia et habenda dicto Reynero octo libras monete et viginti unum peters consimiles, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 305r
1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Idem Egidius promisit super omnia et habenda dicto Reynero quinque consimiles libras dicte monete necnon triginta quinque consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 305r

1 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Gerardus dictus de Aken, filius quondam Henrici de Aken, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Gerardo de Berkel, filio Gerardi, ad spacium sex annorum Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum octo florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis in Buscoducis communiter currente pro quolibet computando, Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, occasione locactionis cuiusdam campi terre pascualis dicti Gerardi, siti in parochia de Roesmalenin loco dicto In den Broeck, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 305v
1 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Hermannus van Malsen, filius quondam Arnoldi de Malsen, Theodericus, eius filius, et Petrus, filius quondam Johannis Peterszoen, hereditarie vendidissent Woltero de Beeck, filio quondam Goeswini de Beeck, hereditarium censum octo aureorum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex pecia terre, tria iugera terre vel circiter continente, dicti Hermanni, sita in parochia de Empel, ad locum dictum Den Hoevel, inter hereditatem investiture et fabrice ecclesie de Empel ex uno et inter hereditatem Judoci Peterszoen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Danielis de Malsen, filii dicti Hermanni; item ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dicti Theoderici, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Dasmyt; insuper ex campo terre, dicto Die Drie Margen, quinque iugera terre vel circiter continente, dicti Petri, sito in dicta parochia, ad locum dictum Meerwyck, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Wolterus de Beeck palam recognovit medietatem dicti hereditarii census per Danielem, filium dicti quondam Hermanni de Malsen, filii quondam Arnoldi de Malsen, redemptam esse atque pecunias ex causa redemptionis iamdicte medietatis hereditarii census provenientes ab eodem Daniele recepisse, clamans igitur dictus Wolterus eundem Danielem et eius bona atque omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de dicta medietate ac dictis desuper receptis pecuniis quitos, promittensque super omnia et habenda eidem Danieli quod ipse Wolterus nec quecumque alia persona imposterum ab eo potestatem de censu predicto habitura reliquam medietatem dicti hereditarii census nondum redemptam ad et supra dictam peciam terre, sitam in dicta parochia de Empel, aen den Hoevel, aut supra reliqua bona eiusdem Danielis, que idem Daniel ad presens possidet, nullo tempore futuro petent, monebunt nec via iuris prosequentur aut prosequi permittent quovismodo.
Testes Boert et Monix, datum prima februarii.

R1272, fol. 305v-306r
1 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Daniel, filius quondam Hermanni de Malsen, filii quondam Arnoldi de Malten, promisit ut debitor principalis Ottoni Bolcx, filio quondam Johannis, quod ipse dabit et solvet eidem Ottoni hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quemadmodam iam valuata est pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie

Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis libere tradet de et ex de et ex (*aldus*) domo, area et orto ac pomerio sibi adiacente, dicti Danielis, sitis in parochia de Empel, inter hereditatem Johannis de Orthen ex alio *(aldus)* et inter communem plateam alias undique adiacentibus; item de et ex pecia terre, tria iugera terre vel circiter continente, eiusdem Danielis, sita in iamdicta parochia, ad locum dictum Den Hoevel, inter hereditatem investiture et fabrice ecclesie de Empel ex uno, et inter hereditatem Judoci Peterssoen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem reliquam dicti Danielis; item adhuc de et ex quodam *(aldus)* terre, tria iugera terre vel circiter continente, eiusdem Danielis, sito in eadem parochia, inter hereditatem dicte fabrice ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Woutersss. ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Henricxsoen et quorundam aliorum ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu duorum florenorum Renensium, vitali pensionem (*aldus*) trium florenorum Renensium, hereditario censu quatuor librarum monete atque hereditario censu dimidie libre eiusdem monete, ex premissis diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 306r
1 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum quadraginta quinque consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Otto hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Danieli repromisit, hoc tamen salvo quod idem Daniel huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Ottoni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 306r-306v
deze akte is onvolledig

Alzoe Adriaen Peterssoen, coepman ende ingesetene poirter der stad van Antwerpen, hadde mechtich gemaect ende in zijn stede gestelt Peteren, Gheerde ende Adriaene, zijnen wittigen kijnderen, ende Herbert die Jonge, zijnen zwagere, Godevarde van Langvelt, Gerarde van Wyck ende Alarde Godevartszoen, tsamen ende elcken van hen bysondere omme van zijnen wegen ende in den name van hem allen zijn chynse, renten, pachten, sculden, resten ende gebreken, welkerhande die wesen moigen, die men hem sculdich, tachter ende in gebreke is ende noch sculdich, tachter ende in gebreke sal moigen worden alomme in allen landen, steden, plaetsen wair dat het zij, te heysschen, te manene, te gecrigene, op te buerene ende te ontfane, ende voirdane alle zijn andere zaken die hy te doen heeft ende noch te doen sal moigen hebben in den rechte oft dair buyten, oick alomme ende jegens wyen dat het zij, tachtervolgene, te vorderne, te bedinge, te bescuddene ende te verantwoirdene, recht dair af te gevene ende te nemene, compositie te makene, quitancie te verlijdene, enen oft meere procureur oft procureurs, die gelijcke macht hebbende, in hoer stede te stellene, te substituerene ende te wederroepene, ende allet tgene daer inne te doen ende te hanterene, hetzij metten mynnen oft metten recht, dat hij, constituent voirgenoemt, selve present ende voir oigen wesende, doen zoude moigen, gelovende in goeden trouwen die selven constituent te houdene, over goet, vast, gestentich ende van werde tallen dagen allet tgeen des by den voirs. gemechtichden tsamen ende elcken bijsonder oft by hoeren substituyt oft substituyten hierinne gedaen ende gehanteert sal worden, sonder dairtegens te doen oft te doen doen in

ennigen manieren, behoudelic dat hem die selve gemechtichde hieraf altijt goede rekeningen ende bewijs zullen moeten doen zoe wanneer hij des begeren sal geduerende dese macht tot zijnen wederseggen ende nyet langer, gelyc clairlijcken sceen begrepen te wesene in sekere brieven van certificacien der bourgermeesteren, scepenen ende rait der stede van Dordrecht, die, zoe se in de selve brieve certificeerden, die mechtichscap by den voirs. Adriaen Peterssoen, gelyc voirs. is, gedaen, gesien hedden ongecancelleert onder den zegel ten saken der stat van Antwerpen, van den daet dusent vierhondert drie ent tnegentich, opten twelften dach van septembri, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Gerit van Wyck, willende in desen gebruycken tgeen dat hem in den brieven voirs. verleent is, ende heeft geconstitueert meester Henricken Bull zijnen substituijt, gevende ende verlenende denselven meester Henricken vrij ende volcomen macht.

R1272, fol. 306v
2 februari 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Willelmus, filius quondam Theoderici Jannes alias Glaesmeker, promisit super omnia et habenda michi ad opus Anthonii Hinckarts septuaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Erpe et Monix, datum secunda februarii.

R1272, fol. 306v
3 februari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Johannes et Arnoldus, fratres, liberi quondam Arnoldi dicti Baeljuws, et Gerardus, filius quondam Arnoldi dicti van der Hoeven, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Baeljuws, Guedeldis, filia quondam Nycolai de Laervenne, cum campum terre pascualis, olim quondam Geertrudis de Laervenne, filie quondam Johannis de Laervenne, nunc vero ad dictos venditores spectantem, situm in parochia de Haren, ad locum dictum Aen den Ghezel, inter hereditatem Engberti Witlox ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii Johannis Goyartszoen, ex alio, tendentem ab hereditate dicti Engberti ad communem plateam in ea quantitate qua dictus campus terre pascualis ibidem situs est, continens septem cum dimidia lopinatas terre vel circiter, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Franconi Knoep, filio quondam Johannis Knoep, ab eodem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad dimidiam blanckam ascendente domino duci et hereditaria pactione unius modii siliginis Bele dicte Floren, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant.
Testes Erpe et Roever, datum tercia februarii.

R1272, fol. 306v
3 februari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Hermanni Henricxzoen de Daventria, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam de et ex tredecim lopintatas terre vel circiter, sitis in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Udenhout, ad locum dictum Aen die Gomelairstraet, inter hereditatem heredum Gerardi Vendijc ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Wolphardi ex alio,

quam pactionem dictus Henricus erga Johannem, filium quondam Ghiselberti Floren, maritum et tutorem legitimum Katherine, sue uxoris, filie quondam Johannis Vendijck, filii quondam Henrici Vendijc, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit eidem Johanni, filio quondam Ghiselberti Floren, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 306v-307r
3 februari 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Dictus Henricus, filius quondam Hermanni Henricxs., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Wolteri Goyartss. ex uno et inter hereditatem Martini die Zeger ex alio; item ex pecia terre, tres et dimidium lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem quondam Ghibonis Hessels ex uno et inter hereditatem Katherine, filie quondam Johannis dicti Nezen, ex alio, quam pactionem predictam dictus Henricus erga Johannem, filium quondam Ghiselberti, filii quondam Florencii, filii quondam Johannis Oegerzoen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit eidem Johanni, filio quondam Ghiselberti, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 307r
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum Ermgardis, relicta quondam filii quondam Goeswini Kaelstaff, doliatoris, usufructum sibi competentem in medietate cuiusdam hereditatis

R1272, fol. 307r
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Zerisius, filius quondam Johannis van den Laer, quandam hereditatem quondam Everardi de Amersfoirt, sitam in Buscoducis, in vico Orthensi, que hereditas fuerat quondam Nycolai Rycoels, inter hereditatem Ode de Coelen et Elisabeth Stierkens, quam hereditatem Johannes de Ouden, filius Willelmi, erga Gerardum Mol de Driel per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis acquisierat, que hereditas nunc una domus et area esse dinoscitur ibidem, inter hereditatem Engele, relicte quondam Michaelis Luey, scriniparis, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Sophie, relicte quondam Ghyselberti de Loen, et eius liberorum ex alio, tendente a dicto vico ad aquam ibidem fluentem, cum omnibus suis iuribus et attinenciis, hereditarie supportasset Johanni, filio quondam Goeswini Kaelstaf, doliatoris, et Godefridi dicto de Uden, filio quondam Petri Becker de Oirschot, et cum deinde Ermgardis, relicta dicti quondam Johannis, filii quondam Goeswini Kaelstaff, doliatoris, usufructum sibi competentem in medietate pretacte hereditatis aut domus et aree predicte legitime supportasset Laurencio, filio Ermgardis et quondam Johannis Goeswini predictorum, ad opus sui et ad opus Elisabeth, eius sororis, filie eorundem Ermgardis et quondam Johannis, cumque dictus Laurencius necnon Wolterus de Middegael

Goyartss., tamquam maritus et tutor legitimus dicte Elisabeth, sue uxoris, iamdictam medietatem hereditarie supportassent Willelme, relicte quondam supradicti quondam Godefridi de Uden, filii quondam Petri, prout hec omnia in diversis litteris continentur, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Willelma, relicta dicti quondam Godefridi de Uden, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in reliqua medietate premissorum legitime supportavit Petro, suo filio, ab ipsa Willelma et dicto quondam Godefrido pariter genito, simul cum dictis litteris, aliis et instrumentis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes testes *(aldus)* Kuyst et Boert, datum VI^{ta} februarii.

R1272, fol. 307r-307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra et fiat relatio ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis iamdicti Willelma et Petrus, eius filius, cum expressis vero consensu et voluntate eiusdem Willelme, sue matris, necnon Jacobi de Engelen, filii quondam Ottonis, et Henrici de Uden, filii quondam Johannis de Uden, pistoris, cum tutore, supradictam hereditatem que pronunc una domus et area esse dinoscitur et sita est ibidem, inter hereditatem, olim supradicte Engele, nunc vero Ottonis Bolcx Janss., ex uno et inter hereditatem, olim dictorum Sophie et eius liberorum, nunc vero heredum quondam Johannis de Eymerica et Aleidis, eius dum vixit uxoris, relicte quondam Arnoldi de Reeck, ex alio, et tendit a dicto vico Orthensi ad aquam ibidem retro fluentem, simul cum omnibus suis iuribus et attinenciis, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Hermanno Poelman, filio quondam Hermanni, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iuribus, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dicti quondam Godefridi de Uden, filii quondam Petri Becker, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere; promiserunt insuper indivisi sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam onera infrascripta, videlicet census fundi domini nostri ducis, hereditarius census trium librarum monete Domui Leprosorum. dicte Ter Eyendonck, atque hereditarius census viginti septem librarum dicte monete Hospitali Pauperum Virorum, sito in Buscoducis, ad vicum dictum Aen den Alden Huls, annuatim exinde e iure solvendis, quod dicti Willelma et Petrus, eius filius, hoc plus prefato Hermanno Poelman penitus deponet.
Testes Kuyst et Boert, datum VI^{ta} februarii.

R1272, fol. 307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Hermannus promisit super omnia et habenda Jacobo de Engelen, filio quondam Ottonis, Willelmo, suo fratri, Henrico, filio dicti Jacobi, Henrico de Uden, filio quondam Johannis, et Henrico Ghysselen, filio Johannis, ad opus eorum, Johannis de Hedel Jacopszoen, centum et quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Hermannus promisit adhuc eisdem centum et triginta tres consimiles peters atque septuaginta septem libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Hermannus promisit adhuc eisdem centum et triginta tres consimiles peters et quinquaginta octo libras dicte monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Hermannus promisit adhuc eisdem centum et triginta tres consimiles peters et triginta novem libras dicte monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Hermannus promisit eisdem adhuc centum et quadraginta consimiles peters necnon viginti libras dicti monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 307v
6 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in quinque contractibus immediate precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Jacobus, Willelmus, Henricus, filius Jacobi, Henricus de Uden et Henricus Ghysselen palam recognoverunt et super omnia dicto Petro de Uden, filio quondam Godefridi de Uden, et Willelme, sue matri, relicte dicti quondam Godefridi de Uden, promiserunt quod ipsi medietatem pecuniarum predictarum que vero dictum Petrum et suam matrem pariter conterint dum emendo easdem receperint, convertent et convertere tenebuntur in bona hereditaria seu redditus aut census hereditarios in quibus vero bonis seu redditibus hereditariis sic emendo dicta Willelma, quamdiu in humanis vivet, habebit usufructum, et post eiusdem Willelme decessum et non prius dictus Petrus et uxor sua legitima aut legitime, quamdiu vixerint, etiam habebunt

usufructum, et diucius ex ipsis in humanis vivens habebit usufructum, post vero eorundem Petri et uxoris sue legitime et legitimarum decessus, liberi eiusdem Petri legitimi eorum ius habebunt hereditarium, absque omni contradictione.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 308r
5 februari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Johannes,[36] filius quondam Johannis die Reyne, promisit super omnia et habenda Andree Jacopszoene de Helmont tredecim peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon quinque vasa siliginis mensure de Myerle, Purificationis proxime futuro persolvendos, et in Myerle tradendos.
Testes Busco et Kuyst, datum V^{ta} februarii.

R1272, fol. 308r
5 februari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Weltkinus, filius quondam Huberti dicti Weltkenszoen, promisit ut debitor principalis Willelmo seniori, filio quondam Huberti Martenszoene, ad opus sui et ad opus Katherine, sue uxoris, necnon ad opus Willelmi iunioris, filii dicti quondam Huberti Martens, quod ipse dabit et solvet eisdem Willelmo seniori, Katherine, eius uxori, et Willelmo iuniori, ac diucius ex ipsis in humanis viventi, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Helmont anno quolibet Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Lieshout tradet et deliberabit de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacente, unam sextariatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Lyeshout, ad locum dictum Aent Lanckelaer, inter hereditatem quandam, spectantem ad abbatem Floreffiensem ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Rutten ex alio, tendentibus ab hereditate Danielis dicti de Lent ad communitatem ibidem, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad duos stuferos ascendente, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione quod dicta pactio statim post obitus dictorum Willelmi senioris, Katherine, sue uxoris, et Willelmi iunioris, omnium trium et non prius, ad dictum Weltkinum, si vixerit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes protunc in humanis agentibus iure hereditario succedet et devolvetur, prout dictus Willelmus senior pro seipso ac nomine dicte Katherine, sue uxoris, ac dicti Willelmi iunioris, sui fratris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Weltkino, promittenti, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 308r
5 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Andreas, filius quondam Jacobi de Helmont, tamquam relictus quondam Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Thome die Poirter, filii quondam Christiani, usufructum sibi

[36] *in de marge:* Cassatus iste contractus de mandato Andree et in presentia Johannis die Reyne, videlicet altera die.

competentem in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradenda de et ex quodam campo terre, dicto Dollen Venne, novem et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Oyen, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Oyen ex alio, quam pactionem dictus Thomas die Poirter, filius quondam Christiani, erga Johannem van Leeuwen, filium quondam Johannis, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Judoco dicto de Loevenich, textori lineorum, marito et tutori legitimo Luytgardis, sue uxoris, filie Andree et quondam Mechteldis predictorum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 308r-308v
5 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Andreas, tamquam relictus ut iam supra, usufructum sibi competentem in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradenda de et ex campo terre, dicto Dollenven, novem et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Oyen, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Oyen ex alio, quam pactionem iamdictam dictus Thomas die Poirter, filius quondam Christiani, erga Johannem van Leeuwen, filium quondam Johannis, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Judoco de Loevenich, textori lineorum, marito et tutori legitimo Luytgardis, sue uxoris, filie dictorum Andree et quondam Mechteldis, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum quinta februarii.

R1272, fol. 308v
5 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Judocus van Loevenich palam recognovit et super omnia et habenda dicto Andree repromisit quod ipse Judocus supradictas litteras scabinales de dictis pactionibus mentionantes permittet et permittere tenebitur sub custodia et manutenentia dicti Andree donec et quousque dictas pactiones vendiderit, et postquam idem Judocus easdem pactiones vendiderit seu alicui supportaverit, quod vero facere poterit, quod tunc idem Andreas percipiet et percipere tenebitur terciam partem denariorum ex causa venditionis huiusmodi pactionum seu pactionis provenientium, quam etiam terciam partem idem Judocus eidem Andree porriget et eundem apprehendere permittet, absque aliqua contradictione, dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 308v
5 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Adrianus, filius quondam Petri Bosch, filii quondam Petri, agrum terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, situm in parochia de Gestel prope Herlaer, inter

communem plateam ex uno, et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Jordani de Gael, et eius liberorum ex alio, simul cum edificiis nunc desuper consistentibus, pridem supportatum Adriano, filio quondam Petri Bosch, filii quondam Petri predicto, ab eodem Petro Bosch, suo patre, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Rodolphi Emonts et Johanne, eius uxoris, filie Ade dicti die Lu, ad opus eorum quoad eorum usufructum, et ad opus suorum liberorum legitimorum ipsis pariter genitorum et adhuc generandorum quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Petri Bosch, sui patris, deponere.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 308v-309r
5 februari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Victor van der Moelen de Herentals hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro viginti octo, aureum florenum cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, pro viginti novem, novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, pro viginti quinque stuferis, denarios denarios (*aldus*) dobbel vueryseren pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Petri apostoli ad Cathedram ex duobus mansis sibi invicem coadiacentibus, olim Johannis de Os, de hinc Arnoldi, filii quondam Johannis Arntss., depost Mathie Hoefkens, filii quondam Pauli Hoefkens alias dicti Kepkens, nunc vero Petri, filii quondam Judoci Knoeden, quatuordecim bonaria vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter communitatem circumquaque adiacentibus, atque ex terris pratis, pascuis, mericis et lignicrescentiis, ceterisque iuribus et attinenciis dictorum mansorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus ac reperiendis, quem censum predictum magister Petrus de Os ad opus Victoris van der Moelen predicti erga Margaretam, filiam quondam Pauli dicti Ammeester, lapicide de Straetsborch, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Henrico Pelgrom, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Petri, filii quondam Judoci Knoeden, deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 309r
5 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Petrus, filius Henrici Bouwens, Hermannus Hessels Janss., Arnoldus Witlock Henricks., Laurencius Claeszoen van Laervenne et Jacobus Jan Meeuss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Jacobo de Doerne ad opus Arnoldi Monix, filii quondam magistri Johannis Monix senioris, nonaginta septem et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 309r
6 februari 1504

Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Jacobi die Greve, promisit ut debitor principalis domino Machario dicto die Loyer, presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Machario hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex pecia terre arabilis, sex vasatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, sita in parochia Os, ad locum dictum Op Scadewyck, inter hereditatem Ghibonis, filii Boudewini dicti Snyders, ex uno et inter hereditatem reliquam dicti promittentis ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Agnetis, relicte quondam Aelberti de Rode, et eius liberorum, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Busco et Roever, datum VI^{ta} februarii.

R1272, fol. 309r
6 februari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti duobus peters, XIX stuvers nove monete archiducis Philippi, archiducis moderni Austerie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Macharius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, promittenti, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 309r-309v
6 februari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Ghibo, filius quondam Aelberti dicti die Molneere, promisit ut debitor principalis dicto domino Machario die Loyer, presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Machario hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacentibus (*aldus*), pariter decem vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Scadewyck, inter hereditatem Hermanni Voss ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Willemszoen ex alio, tendentibus ab hereditate Petri de Vladeracken ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu duarum et dimidie librarum monete Maiori Hospitali in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Busco et Roever, datum VI^{ta} februarii.

R1272, fol. 309v
6 februari 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti duobus peters, XIX stuvers nove monete archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Macharius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Ghiboni repromisit.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 309v
6 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Theodericus dictus die Weyer, filius quondam Johannis, relictus quondam Agnetis, sue uxoris, filie quondam Godefridi de Brouwer, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in uno iugere terre, sito in parochia de Os, ad locum dictum Op Langendonck, inter hereditatem heredum quondam Nycolai Aben ex uno et inter hereditatem rectoris altaris subtus Sanctam Crucem, in ecclesia de Os situati, ex alio, de quo iugere terre Johannes die Weyer, filius quondam Johannis, Johannes et Willelmus, eius filii, et Walburgis eius filia, unam medietatem dudum Godefrido van der Graft ad opus supradicti Theoderici die Weyer hereditarie supportaverat et resignaverat, ut videtur in litteris de Os contineri, et de quo uno iugere terre predicto reliqua medietas ad eundem Theodericum per prius spectabat et ad presens spectare dinoscitur, ut dicebat, legitime supportavit Henrico, Johanni et Gerardo, fratribus, necnon Godefride et Mechteldi, sororibus, liberis Theoderici die Weyer et quondam Agnetis predictorum, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 309v-310r
6 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus et Johannes et Gerardus, fratres, Godefrida et Mechteldis, eorum sorores, cum tutore, supradictum unum iuger terre hereditarie supportaverunt Bartholomeo, filio naturali quondam Godefridi de Lancvelt, ad opus Gysberti, filii quondam Sanderi dicti die Bye, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum in dicto integro iugere terre deponere; promiserunt insuper, sub obligatione premissa et cum eis dictus Theodericus, eorum pater, super omnia et habenda indivisi de dicta reliqua medietate warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum iuger terre e iure spectantibus, tali annexa conditione quod dicti supportantes et Theodericus, eorum pater, dictum unum iuger terre perpetue redimere poterunt cum viginti et dimidio florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, salvis tamen Ghysberto et sibi reservatis fructibus et emolumentis anni redemptionis, prout dictus Bartholomeus nomine eiusdem Ghysberti hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis supportantibus et Theoderico, eorum patri, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 310r
7 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes de Kessel, filius quondam Gerardi, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Katherine, sue uxoris, filie quondam Johannis de Mulsen, hereditarie vendidit

Johanni Houbraken, filio quondam Gerardi, hereditarium censum novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem et modernam valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis absque omnibus precariis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex tercia parte ad dictum venditorem et suam uxorem predictam, ut dicebat, spectante in quodam manso, olim dicti quondam Johannis de Mulsen, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Mulsen, atque de et ex iuribus et attinenciis eiusdem tercie partis mansi predicti, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi atque hereditaria pactione duorum modiorum siliginis de et ex dicto integro manso, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum VII^{a} februarii.

R1272, fol. 310r
7 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante centum et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 310r-310v
7 februari 1504
Willem van Den Bosch en Hendrik Kuyst

Willelmus, filius naturalis quondam domini Willelmi die Sprenger, presbiteri, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Arnolde, sue uxoris, filie naturalis quondam Arnoldi van der Bolst, atque Heilwigis, filia eorundem Willelmi et quondam Arnolde, super quodam prato, dicto Den Appenweert, sito in parochia de Vechel, ad locum dictum Haemvelt, in loco dicto Int Akart, inter hereditatem olim Gerardi Danels, nunc eius heredum, ex uno, et inter hereditatem olim Theoderici van der Heiden, nunc vero Johannis dicti die Vrieze, filii quondam Lamberti Lambertssoen, ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad aquam, dictam die Aa, de quoquidem prato dictus Johannes die Vrieze, filii *(aldus)* quondam Lamberti Lambertszoen, unam medietatem erga dictum Willelmum, filium naturatem quondam domini Willelmi die Sprenger, et reliquam medietatem erga quendam dictum Vrieze, filium naturalem quondam Henrici Roevers, pridem acquisierat, prout in diversis litteris scabinorum de Buscoducis et de Vechel desuper confectis plenius continetur, atque super toto iure eis seu eorum alteri quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus in maiorem roborationem firmarum, dictarum vesten, per prius desuper, ut premittitur, factarum, ad opus dicti Johannis die Vrieze, filii quondam Lamberti, legitime et hereditarie renunciaverunt effestucando,

promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Arnolde necnon ex parte quorumcumque heredum et successorum suorum in dicto prato existentium ac eventuras deponere, recognoscentes iidem Willelmus et Heilwigis, eius filia, quatenus dictus Johannes die Vrieze ipsis realiter satisfecit de quibuscumque huiusmodi pecuniis et denariis qui ipsis provenerunt solvendo ex causa firmationis seu venditionis prati predicti atque eosdem denarios ex toto et integraliter ab eodem Johanne recepisse, clamantes eundem Johannem et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes et eorum bona quitos, renunciantesque dicti Willelmus et Heilwigis quoad premissa super quibuscumque privilegiis et ordinacionibus, per principem et status patrie Brabantie desuper concessis et adhuc concedendis.
Testes Busco et Kuyst, datum VII[a] februarii.

R1272, fol. 310v-311r
7 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Magister Johannes Bailjuwes, cirurgicus, hereditarie vendidit Nycolao, filio Hermanni Coenen Phiipszoen, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewychte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis absque omni onere precarie ac ceteris oneribus et incommodis tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, modiatam terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Oirschot, in pastoria de cymitherio, inter hereditatem Johannis, filii quondam Willelmi van den Velde, ex uno et inter hereditatem Everardi Marcelis Willemszoen et quorundam aliorum ex alio, tendentibus ab hereditate liberorum quondam Petri Jacopszoen ad communem plateam, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis pactionibus hereditariis ad triginta quinque lopinos siliginis ascendentibus diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 311r
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Leonius, filius Leonii van der Horst, huiusmodi tria vasa siliginis hereditarie pactionis mensure de Erpe, que quondam Margareta, uxor legitima Johannis Blaffarts, in suo testamento prefato Leonio van der Horst, suo patri, legaverat et reliquerat annuatim et hereditarie solvende de et ex quodam suo domistadio, sito in parochia de Erpe, ad locum dictum Aen den Rijdijck, iuxta continentiam cuiusdam publici instrumenti desuper confecti, et que tria vasa siliginis predicta quidam Godefridus Strick Claeszoen de et ex dicto domistadio, pronunc ad ipsum spectante, ut dicebat, annuatim solvere tenetur, ut dicebat, hereditarie supportavit eidem Godefrido Strick simul cum toto iure sibi et dicto suo patri quovismodo competente in quibuscumque instrumento et litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et

impeticionem in dictis tribus vasis siliginis existentes ac imposterum eventuras deponere similiter.
Testes Kuyst et Roever, datum VIII[a] februarii.

R1272, fol. 311r
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Theodericus, filius quondam Johannis Willemszoen, Johannes, eius frater, et Hillegondis, eius soror, liberi eiusdem quondam Johannis Willemss., et Johannes, filius quondam Gerardi de Overbeke, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Willemszoen, cum tutore, dimidium iuger terre vel circiter, situm in parochia de Tefelen, iuxta locum dictum tFyenlant, inter hereditatem Bernardi, filii quondam Willelmi Brouwers, ex utroque latere, tendentem a communi platea ad quandam hereditatem, dictam dLange Drueffelair, ut dicebat, hereditarie supportaverunt mihi ad opus dicti Bernardi die Brouwer, simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes divisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 311r
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Gerardi de Overbeke, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Johannis Willemszoen, quecumque bona, immobilia et hereditaria, que sibi et dicte Geertrudi, sue uxori, per et post mortem dicti quondam Johannis Willemszoen iure successionis hereditarie advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit dictis Theoderico, Johanni et Hillegondi, liberis dicti quondam Johannis Willemss., simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 311r-311v
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Symon, zoen wilneer Wouters die Velkeneer, heeft geloeft als sculder principael super omnia et habenda te geven ende te betalen Goessenen van den Sloet tot een spacie van vyf jaeren, den hoichtijde van Korsmisse lestleden sonder myddelt volgende, alle jaere der voirs. jaeren drie Rijnsgulden, tstuck tot twentich stuvers te rekenen, ende noch vijf der gelijcke stuvers in den hoichtyde van Korsmisse ende voir den iersten taeldach in den hoichtijde van Korsmisse naestcomende, ende zoe voirtane die voirs. jaeren geduerende ter cause van der verhueringe van enen margen lants, toebehoerende Goessen voirs., gelegen in der prochien van Lyt, opten Hoevel, met zulker condicien dat Symon voirs. teynden die voirs. vijff jaeren aen ende opten voirs. margen lants sal laten alsulkenen thuynen ende willigen als hij int aenverden aldair gevonden heeft, ende dat hij op beijde den eynden van den margen lants voirs. ende op Spraten Steech sculdich sal wesen op elck sess voeten van een, te setten enen wassende poet

dair geen willigen en staen, ende die wassende te leveren bynnen die twee ierste jaren dat oick hij, Sijmon, alsulkenen drie Rijnsgulden ende een oirt, als ter cause der hueringe des lants voirs., op Korsmisse lestleden verschenen zijn, den voirs. Goessenen tot zijnre maninge aenleggen ende betalen sal, sonder argelist.
Testes Kuyst et Boert, datum VIII[a] februarii.

R1272, fol. 311v
deze akte is onvolledig

Lambert die Wilde Peterssoen heeft geloeft super omnia et habenda te geven ende te betalen den voirs. Goessenen van den Sloet drie Rijnsgulden, tstuck tot XX stuvers te rekenen, alle

R1272, fol. 311v
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Lambert die Wilde Peterssoen heeft geloeft super omnia et habenda te gevene ende te betalen den voirs. Goessenen van den Sloet tot een spacie van vijff jaeren den hoichtyde van Korsmisse lesteleden sonder middelt volgende, alle jair der voirs. jaeren, drie gelijcke Rijnsgulden in den hoichtijde van Korsmisse ende voir den iersten taeldach in den hoichtijde van Korsmisse naescomende, ende voirtaen ut supra, ter cause van den verhueringe van enen margen lants des voirs. Goessens, gelegen in den prochiën voirs., opten Hovel, cum conditionibus per totum ut supra.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 311v-312r
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Ghysbert, zoen Henricx Peterszoen, heeft geloeft super omnia et habenda te geven ende te betalen den voirs. Goessenen tot een spacie van vyf jaeren Nativitatis Domini lestleden, sonder myddelt volgende alle jaere der voirs. jaeren, drie peters, tstuck tot XIX stuvers te rekenen, in den hoichtijde van Korsmisse ende voir den iersten taeldach tot Korsmisse naestcomende, ende zoe voirtaen ut supra, ten ocsuyne van der verhueringe van thien honden lants des voirs. Goessens, gelegen in der prochiën van Lytt, ter plaetse geheiten Opte Westerbeemden, met condicien toegedaen dat Ghijsbert voirs. alsulkenen drie gelijcke peters als ten ocsuyne van den lande voirs. op Korsmisse lestleden verschenen zijn, den voirs. Goessenen tot zijnren maninge sculdich sal wesen aen te leggen ende te betalen, sonder argelist.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 312r
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Lodovicus, filius Ghysberti Loyen, promisit super omnia et habenda Christine, relicte quondam Coenrardi Keymp, viginti duos et dimidium peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 312r
8 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Mathias, filius quondam Willelmi de Herenthom, promisit ut debitor principalis michi ad opus Aleidis, filie quondam Johannis Henricxzoen uxorisque legitime Victoris van der Moelen de Herentals, et ad opus Johannis, filii eorundem Victoris et Aleidis, sue uxoris, quod ipse dabit et solvet dicte Aleidi, quamdiu in humanis vixerit, et post eiusdem Aleidis decessum dicto Johanni, si supervixerit, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pro nunc in Buscoducis communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet mediatim Assumptionis Marie et mediatim Purificationis, et pro primo solutionis termino Assumptionis Marie proxime futuro, et in Buscoducis libere tradet de et ex quodam prato, duo bonaria prati vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle, in loco dicto In Lyekendonck, inter hereditatem Adriani de Zochel et Gerardi Kuyst ex uno et inter hereditatem Rycardi Ghybens. ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Henrici Pouwels ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno brasdenario census fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis condicionibus quod dictus Victor quamdiu in humanis vivet dictum censum percipiet et levabit dictis Aleidi et Johanni, eius filio, seu altero eorundem in humanis perseveranti, atque quod dictus census statim post decessus dictorum Aleidis et Johannis, eius filii, amborum et non prius, ad dictum Mathiam, si protunc vixit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes protunc in humanis agentibus, iure hereditario succedet et devolvetur, necnon quod dictus Mathias dictum censum perpetue redimere poterit cum viginti consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo quod idem Mathias huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis Victori et Aleidi seu eorum alteri legitime preintimabit.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 312r
8 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Reynerus, filius quondam Johannis Vranckenzoen, medietatem cuiusdam prati, siti in parochia de Nederwetten, ad locum dictum Op Straeldonck, dictum communiter Griemeldonck, cum uno latere et cum uno fine ad hereditatem Henrici van Hetsrode, cum alio latere ad hereditatem Leonii Lucaszoen, Arnoldi Happenzoen, Lamberti Engbrechszoen, Petri Geritss. van den Wyele et Henrici Wouterszoen, et cum alio fine ad hereditatem conventus de Hoodonck, quam medietatem prati predictam Henricus, filius Henrici Bloyssen, supradicto Reynero dudum hereditarie supportaverat, ut videtur in litteris de Woenssel contineri, hereditarie supportavit Theoderico Colens. die Bever, receptori pro tempore conventus Sancte Clare in Buscoducis, ad opus eiusdem conventus, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 312v
8 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Godefridus, filius quondam Henrici de Hermalen, promisit super omnia et habenda Mathie, filio quondam Willelmi de Herenthom, viginti duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc in Buscoducis communiter currente pro quolibet computando, infra hinc et Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum VIII^{a} februarii.

R1272, fol. 312v
8 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes de Berkel, tamquam magister et rector pro tempore Maioris Hospitalis, siti in Buscoducis iuxta portam Captivorum, in presencia et de ex pressis concensu et voluntate scabinorum infrascriptorum, provisorum pro tempore dicti Hospitalis, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis quondam Adriani dicti de Haren, filii quondam Willelmi de Haren, ut apparebat, peciam terre pascualis, dictam sWitten weyde, sitam in parochia de Gestel prope Oisterwyck, inter hereditatem olim Johannis dicti die Becker, nunc vero Reymboldi Ariaenssoen, cum quibusdam aliis ex uno et inter communem plateam ibidem ex alio, quam peciam terre pascualis dictus Adrianus dictus de Haren, filius quondam Willelmi dicti de Haren, erga Johannem dictum Daemszoen, maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, filie quondam Johannis die Witte, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Jacobi dicti sBeeren, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus occasione**,** promittens sub obligatione omnium bonorum dicti Hospitalis, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Hospitalis necnon ex parte dicti quondam Adriani et heredum eiusdem Adriani deponere, tali annexa condicione in casu quo dicta pecia terre pascualis prefato Johanni, filio quondam Jacobi sBeeren, imposterum via iuris et hoc ex parte vero dicti quondam Adriani aut suorum heredum evinceretur, quod tunc magister pro tempore dicti Hospitalis eidem Johanni sBeren, huiusmodi evictione facta, refundere poterit summam quinquaginta quinque peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia iam currente pro quolibet computando, et eisdem refusis Hospitale predictum et eius bona a supradicta promissione erunt extunc in antea exonerata, atque idem Johannes, filius quondam Jacobi sBeren, dictam peciam terre pascualis prefato Hospitali resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et cum toto iure sibi in dictis litteris competente ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout dictus Johannes sBeren hoc recognovit et super omnia dicto magistro ad opus dicti Hospitalis repromisit.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 312v-313r
8 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Hubertus, filius quondam Aelberti Hubertss., promisit Arnoldo Beys ad opus Herberte, relicte quondam Egidii van der Poirten, quod ipse dabit et solvet eidem Herberte hereditarium censum sex et dimidie librarum monete anno quolibet hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro, et in Buscoducis libere tradet de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacente, tres lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Huberti, sitis in parochia de Scijnle, in loco dicto in Zwanenhoeve, ad locum dictum Aent Lutteleynde, inter hereditatem heredum quondam Lamberti van den Hautart ex uno et inter hereditatem Nycolai Lybarts ex alio, tendente ab hereditate Maioris

Hospitalis in Buscoducis ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, una libra pagamenti et hereditaria pactione dimidii modii siliginis, prius diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 313r
8 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet cum una libra, quam libram cum sex peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Arnoldus nomine dicte Herberte hoc palam recognovit et super omnia dicto Huberto repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 313r
9 februari 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Dominus Cornelius Offermans, rector et confessor pro tempore sororum Regularissarum conventus beate Agnetis, siti infra opidum de Maeseyck, diocese Leodiensis, nomine et pro parte dicti conventus et quorumcumque sororum eiusdem, presencium et futurarum, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum sibi a priorissa, suppriorissa ac toto conventu dicti conventus desuper, ut apparebat, concessarum, quatuor modios siliginis hereditarie pactionis mensure de Rode, solvendos anno quolibet hereditarie Purificationis ex quarta parte mansi, dicti tGoet tot Herentham, cum omnibus eius attinenciis, siti ad locum dictum Houthem, in parochia de Rode, quos quatuor modios siliginis hereditarie pactionis predictos magister Arnoldus de Weilhusen ad opus dicti conventus beate Agnetis, ordinis Regularissarum Sancti Augustini, siti iuxta opidum de Maeseyck, erga Ghiselbertum, dictum Beertken, filium naturalem quondam domini Godefridi van den Velde, olim decani Woenselensis, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Johannis de Rode, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus , habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte dicti conventus ac quarumcumque sororum eiusdem, presencium et futurarum, deponere.
Testes Kuyst et Erpe, datum IX^{a} februarii.

R1272, fol. 313r-313v
9 februari 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Dictus Godefridus, filius quondam Johannis de Rode, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Arnoldi Kemerlinc, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Boirgoindie (*aldus*), Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem et modernam valuationem, solvendum hereditarie Purificationis, et in Buscoducis absque omnibus precariis, exactionibus ac ceteris

incommodis libere tradendum de et ex quodam manso, dicto die Hoeve ten Herenthom, dicti venditoris, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Houthem, videlicet ex domibus, areis, horreis et ortis ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quatuor modiatas terre arabilis vel circiter continentibus, sitis ibidem inter aquam, dictam die Aa, ex uno latere, tendentibus alias ad communem plateam et ad hereditatem conventus de Bynderen; item adhuc ex pecia terre arabilis, decem lopinatas terre, ac ex pecia terre mericalis, unum bonarium terre vel circiter continente, ad dictum mansum eciam spectante, sita ibidem, necnon de et ex quinque pastibus vaccarum, dictarum koeweyen, atque aliis pratis ibidem adiacentibus et ad mansum predictum e iure spectantibus, et ex ceteris iuribus et attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad viginti septem stuferos atque diversis pactionibus hereditariis ad duodecim modios siliginis ascendentibus, prius diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Erpe, datum IX^{a} februarii.

R1272, fol. 313v
10 februari 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sexaginta duobus consimilibus florenis Renensibus, cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 313v-314v
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Marten van Campen, als castelleyn ten tyde van Herlair ende in dien name mechtich dairtoe vanwegen heren Rycalts van Merode, heer tot Petershem, ende oick vanwegen vrouwe Clements van Boechout, weduwe wilen heren Johans van Perewys, een hoeve, liggende voir den huyse van Herlaer voirs., mett allen hoeren toebehoirten van lant, weyen ende heyen, zoe se den voirs. heren Rycalden ende vrouwe Clement toebehoirt, heeft hy verpacht ter laetscappen Jannen, zoen Arnts, zoen wylen Jans Michiels, tot een spacie van sess jaeren den hoichtijde van Pinxten naestcomende sonder myddelt naest een volgende, dats te wetene voir ende omme vyf ende twentich ponden wass ende sess steen vlass ter hekelens toe bereyt, te geven ende te betalen den voirs. Martenen van Jannen voirs. alle jair der voirs. jaeren in den hoichtyde van Lichtmisse ende voir den iersten taeldach in den hoichtyde van Lichtmisse naestcomende, ende noch voir ende omme drie ende tachtentich overlensche Rynsgulden, een ende twentich stuvers oft die werde dairvoir in anderen payment ten tide van betalinge gevalueert voir elcken der voirs. Rijnsgulden te rekenen, te geven ende te betalen, te wetene dairaf twe ende vyftich ende enen halven Rijnsgulden, tstuck tot XX stuvers te rekenen, enen genoempt Dircken van Driel, van Jannen voirs., alle jaer der voirs. jaeren in den hoichtyde van Korsmisse ende voir den iersten taeldich dairaf in den hoichtyde van Korsmisse naestcomende, ende het supercrescent van den voirs. drie ende tachtentich Rijnsgulden boven die voirs. twe ende vyftich ende enen Rijnsgulden te geven ende te betalen den voirs. Marten van Jannen voirs., alle jair der voirs. jaeren in den hoichtijde van Sinte Philips ende Jacop

apostelen ende den iersten taeldach in den hoichtijde van Sinte Philips ende Jacop apostelen naestcomende over een jaere, hier inne voirsien dat Jan voirs. die voirs. twe ende vyftich ende enen halven Rijnsgulden ten voirs. termyne ende die voirs. jaeren geduerende betalen sal alsoe dat der heerlicheit van Herlaer voirs. dair af egeenen scaide en come, gelovende die voirs. Marten, als castelleyn voirs. ende in den name des voirs. heeren Rycalts ende vrouwe Clements, als dat hij in dien name dese voirs. verpachtinge ter laetscappen den voirs. Jannen vast ende stedich sal houden op die condicie hier nae volgende, te wetene in den iersten dat Jan voirs. sculdich sal wesen die huysinge van der hoeven voirs. te houden in dalre wenden ende dlant in erens lofbairlic; item es voirwarde voirt alsoe verre als men op die hoeve voirs. behoevet te tymmeren oft te repareren, dairtoe sal die heere ende vrouw voirs. dat stoff besorgen, costigen ende betalen, ende oick die dachueren, loenen ende die voirs. Jan sal sculdich zijn den werckluyden den montcost te geven als dat van outs gewoentlic is; item es voirts vorwarde dat Jan voirs. sal die voirs. hoeve ten lesten jair in goeder, redelycker, lofbairlijcker toelinge laten ende afsceiden metter halven scharen, zoe hij die aenveerden sal; item noch es vorwarde dat Jan voirs. sculdich sal zijn alle jair der voirs. jaeren te leggen tot zijnen costen twentich royen dobbel wallen opter hoeven voirs. dair den castelleyn in der tijt zijnde dat believen sall omme hem selven dairmede te bevroeden; item noch es vorwarde dat Jan voirs. alle jair in den Heycamp tot zijnen proffyt sal moigen slaen ende steeken ach royen torffs; item dat hij, Jan, oick sal sculdich zijn alsulckenen thuynenrysch in die hoybeemde te houwen dair hy die hoeve mede mach thuinen ende heymen, ende oft zake weer dat hy dair nyet houts genoch en hedde noch en voent omme die hoeve mede te thuinen, zoe sal die casteleyn hem andere wysen omme redelycke mede te heymen, mer anders zoe en sall dieselver Jan sonder consent van den casteleynen egeenrer hant hout houwen noch moigen houwen noch gebruyck dair over hebben; item noch es vorwarde dat Jan voirs. sculdich sal zijn te varen negen oft thien reysen tsjaers daer dat den heer ende vrouwe voirs. oft den voirs. casteleyn sal believen, te weten drie oft vier mylen omtrent der stat van sHertogenbosch; ende naegaende desen vorwarden voirs., soe heeft geloeft die voirs. Jan ende met hem die voirs. Arnt Jan Michielszoen, zijn vader, Arnt ende Joest, zijn bruederen, Loy Willem Loyensoen van der Strypt ende Jan Goyartszoen vander Stappen, als sculders principael onversceiden super omnia et habenda te geven ende te betalen den voirs. Martenen, als castelleyn voirs., die voirs. vyff ende twenich ponden was ende sess steen vlass, ende den voirs. Dircken van Driel die voirs. twee ende vyftich ende enen halven Rijnsgulden van den voirs. drie ende tachtentich Rijnsgulden, ende voirts dair af het supercrescent voirs. den voirs. Marten, als castelleyn, alle jaer der voirs. jaeren ten tyden ende termijnen voirs., geloevende voirts die voirs. Marten, als castelleyn, ende voirs. Jan, laet, ende met hem Arnt, zijn vader, Arnt en Joest, zijn broeders, Loy ende Jan Goyartss. opte verbyntenisse voirs. die voirs. vorwarden ende condicien voirts malcanderen vast te houden, getrouwelic te doen ende metten werck te volbrengen, sonder wederseggen ende argelist.
Testes Kuyst et Roever, datum VIII[a] februarii.

R1272, fol. 314v-315r
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Willelmus, filius quondam Gerardi van den Wyel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Theoderici, filii quondam Theoderici de Hezewyck, domum et aream, olim Franconis de Scerpenberge, de hinc dicti Theoderici de Hezewijck, filii Theoderici, cum quadam hereditate sibi retro contigue coadiacente, sitas in Buscoducis, in vico dicto die Putstraet, inter domum anteriorem et cameram eidem domui retro contigue coadiacentem, eiusdem Theoderici, nunc vero Godefridi van der Stegen,

pellificis, ex uno et inter hereditatem Willelmi, filii Petri de Riel, et Goeswini van der Zantvoirt ex alio, et que domus et area primodicta cum sua hereditate continet ante iuxta dictum vicum decem et octo pedatas et quatuor pollices in latitudine et retro iuxta cameram dicti Godefridi van der Stegen predictam sedecim pedatas minus uno pollice in latitudine, mensurante ab hereditate dicti Goeswini van der Zantvoirt usque ad murum camere predicte, prout et quemadmodum premissa, ut premittitur, ibidem sita sunt, ac primodicta domus ibidem desuper constructa existit, salvo tamen et possessoribus dictarum domus et camere, nunc vero ad dictum Godefridum van der Stegen spectantium, reservato stillicidio aquarum cadentium de tecto eiusdem camere, deorsum supradictam hereditatem dicti Willelmi, retro primodictam domum eiusdem Willelmi van den Wyel, que aque per eandem hereditatem eiusdem Willelmi suum habebunt cursum, ita tamen quod muro dicte camere Godefridi predicti exinde dampnum non evenirent in futuro; insuper quandam partem orti supportatam de integro orto dicti Theoderici de Hezewijck, illam videlicet partem que sita est contigue retro primodictam hereditatem et domum, inter residuum eiusdem orti, nunc vero ad dictum Godefridum van der Stegen spectans, ex uno et inter hereditatem dicti Goeswini van der Zantvoirt et inter hereditatem cuiusdam Hospitalis Mulierum Arnoldi Bernts et plurium aliorum ibidem ex alio, quequidem pars orti predicti continet in latitudine sexaginta novem pedatas, mensurante a cono muri dicte camere, nunc Godefridi van der Stegen, iuxta hereditatem dicti Willelmi linealiter per dictum ortum ad eius longitudinem usque et ad quendam palum ibidem per dictum Willelmum van der Wiel et suos in ea parte coheredes positum, et in latitudine iuxta dictum conum sedecim pedatas minus uno pollice, mensurante ab extremitate muri sepedicte camere, iuxta eundem conum, ad et versus hereditatem dicti Goeswini van der Zantvoirt; item quandam aliam hereditatem cum edificio desuper stante ac cum integro muro antiquo intersticiali iuxta hereditatem dicti Godefridi van der Stegen, inter domum posteriorem et hereditatem eiusdem Godefridi ex uno et inter hereditatem Arnoldi Bernts ex alio, tendente a dicto palo ad hereditatem capituli ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis et que hereditas iamdicta continet in latitudine tredecim pedatas et unum pollicem, mensurante a dicto palo usque ad et versus hereditatem dicti Arnoldi Bernts, demptis tamen et possessoribus dictarum domus et camere ac domus posterioris cum residuo dicti orti, nunc ad dictum Godefridum van der Stegen spectantium, salvis et reservatis fornace et camino quibusdam in dicto muro antiquo intersticiali super hereditatem eiusdem Willelmi van den Wiel consistentibus, ita quod iidem fornax et caminus perpetue et hereditarie permanebunt solum dicto Godefrido van der Stegen et possessoribus dictorum domus, camere, orti ac domus posterioris quemadmodum pronunc ibidem consistunt, salvo eciam eidem Godefrido et possessoribus eorundem domus, camere, orti ac domus posterioris suo iure reparandi dictos caminum et fornacem per dictam hereditatem dicti Willelmi van den Wyel, iuxta formam et tenorem litterarum scabinalium divisionum de Buscoducis desuper confectarum, prout et quemadmodum primodicta domus cum sua predicta hereditate pars orti ac dicta hereditas cum edificio desuper stante supradicto Willelmo van den Wiel mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsos Willelmum et suos heredes desuper facta, in partem cesserant, prout in eisdem litteris divisionum continetur, hereditarie supportaverunt Lamberto, filio quondam Wolteri Janssoene, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione premissorum eidem Lamberto, ut premittitur, supportatorum, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad unum stuferum et quartam partem unius stuferi ascendente, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 315r
8 februari 1504

Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Lambertus promisit super omnia et habenda dicto Willelmo, filio quondam Gerardi van den Wiel, quod ipse Lambertus huiusmodi hereditarium censum octo florenorum Renensium, quem ipse Willelmus Zegero, filio quondam Johannis Elyaeszoen, pannicide, dudum hereditarie vendiderat de et ex premissis, ut in contractu precedente, et quibusdam aliis contrapigneribus solvendis in festo Nativitatis Baptiste proxime futuro redimet et acquitabit necnon redimere et acquitare tenebitur cum centum et viginti octo consimilibus florenis Renensibus, iuxta continentiam litterarum redemptionis desuper confectarum, hoc salvo quod idem Willelmus censum annalem in festo Nativitatis Baptiste proxime futuro cedendum eidem Zegero, absque dampna eiusdem Lamberti persolvet et persolvere tenebitur, prout idem Willelmus recognovit et super omnia et habenda prefato Lamberto repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 315r-315v
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Lambertus promisit adhuc super omnia et habenda prefato Willelmo quod ipse Lambertus infra hinc et a Baptiste proxime futuro ultra quinque annos proxime sequentes, videlicet infra idem spacium, acquitabit et acquitare tenebitur huiusmodi hereditarium censum trium florenorum Renensium, quem dictus Zegerus, filius quondam Johannis Elyaess. ex premissis in contractu precedente contentis annuatim solvendum habet et adhuc hereditarium censum octo librarum monete, quem Ghysbertus, filius quondam Henrici die Bruyn ex eisdem contrapigneribus annuatim solvendum habet cum denariis in litteris redemptorialibus desuper confectis comprehensis iuxta vero earundem continenciam atque interim videlicet elapso Baptiste proxime futuro, in antea eosdem census dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Willelmo ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, atque quod ipse Lambertus litteras scabinales de dictis censibus mentionantes in presentia vero dicti Willelmi cassabit absque dolo.
Testes Kuyst et Boert, datum VIII[a] februarii.

R1272, fol. 315v
8 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Willelmus, filius quondam Gerardi van den Wyel, huiusmodi potestatem redimendi hereditarium censum octo florenorum Renensium et hereditarium censum trium florenorum Renensium, quam quidam Zegerus, filius quondam Johannis Elyaess., sibi per prius recognoverat necnon adhuc huiusmodi potestatem redimendi quam ipse habet in hereditario censu octo librarum monete, quem censum ipse Willelmus dudum Ghiselberto die Bruyn, filio quondam Henrici, hereditarie vendiderat aut solvere promiserat, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Lamberto, simul cum toto iure sibi competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 315v
9 februari 1504

Jan van Boert en Gerlach de Rover

Margareta, relicta quondam Rycoldi dicti Ruelens, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam campo terre paludialis, quinque iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Os, ad locum dictum Op Vranckenbeempt, inter hereditatem heredum quondam Johannis Rutten ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Erpe ex alio, tendente a quodam aggere, dicto den Paelackerschen Dyck, ad quoddam fossatum, dictum den Hoygrave, ut dicebat, legitime supportavit Johanni et Rodolpho, fratribus, liberis Margarete et quondam Rycoldi predictorum, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Roever, datum IX[a] februarii.

R1272, fol. 315v
9 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes et Rodolphus, fratres, promiserunt ut debitores principales Johanni de Goch, filio quondam Gerisii de Goch, quod ipsi dabunt et solvent eidem Johanni de Goch hereditarium censum quinque librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex campo terre predicto; promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 315v-316r
9 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue quamlibet videlicet libram cum et mediante quinque peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc ad bursam communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes de Goch hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Johanni et Rodolpho, fratribus, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 316r
9 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Arnoldus, filius quondam Willelmi Lauwers, duo hont terre vel circiter, sita in parochia de Kessel, beneden Loeden camp, inter hereditatem altaris beate Marie Virginis, siti in ecclesia de Kessel, ex uno et inter hereditatem Petri Arnt Coninxzoen, ex alio, que duo hont terre predicta dictus Arnoldus erga Goeswinum, filium quondam Petri Bergers, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico Ghysberts, sculteto in Magno Lytt, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 316r
9 februari 1504

Jan van Boert en Gerlach de Rover

Petrus, filius Henrici Brock, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Wolteri dicti van den Hezeacker, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditariam pactionem novem lopinorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradet de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Helvoirt, iuxta molendinum venti ibidem, inter hereditatem dicti Henrici Brocken ex uno et inter hereditatem Petri Storymans ex alio, tendentibus a communi platea ad mericam, dictam den Gestel, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad quinque et dimidium stuvers ascendente et hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 316r
9 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Johannes, filius quondam Wolteri van den Hezeacker, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro, filio Henrici Brock, tamquam proprietario pro tempore cuiusdam prati, dicti het Broexken, dimidium bonarium prati vel circiter continentis, olim Adriani Geritss., siti in parochia de Helvoert, inter hereditatem Henrici de Daventria ex uno et inter hereditatem Henrici Jan Zweymenzoen ex alio et fine uno, tendentis cum fine reliquo ad hereditatem Theoderici Jan Geritszoene, promittens quod ipse Johannes nec quecumque alia persona ab eo imposterum potestatem habitura huiusmodi modium siliginis hereditarie pactionis, quem ipse Johannes ad et supra dictum pratum levare et dictus Adrianus sibi annuatim solvere consueverat, nullo tempore futuro ad et supra predictum pratum nec supra alia bona dicti Petri aut Adriani predicti petet, monebit nec via iuris quovismodo prosequetur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 316r
9 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Symon, filius quondam Lamberti Willemss., et Johannes, filius Johannis de Gelre, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Willelmi de Os quindecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in alio pagamento quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 316v
d*eze akte is onvolledig*

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghybenzoen, et Gerardus, filius quondam Gerardi Muyls.

R1272, fol. 316v
14 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Adriani Berkens, promisit ut debitor principalis Theoderico, filio quondam Petri dicti Janss., quod ipse dabit et solvet eidem Theoderico hereditariam pactionem trium maldrorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere absque omnibus precariis et oneribus tradet de et ex medietate ad ipsum Johannem, promittentem, spectante, ut dicebat, in quatuordecim hont terre vel circiter, sitis in parochia de Empell, in loco dicto Int Empelsvelt, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et fine uno et inter hereditatem olim Gerardi de Eyck, nunc vero heredum quondam Anthonii Spierinx, ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Willelmi Henricxs.; item adhuc ex medietate ad ipsum promittentem spectante in duobus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Maren, in quodam campo dicto Vuchter Wertt, inter hereditatem Henrici Houbraken ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis de Herssel Janss., ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis Willemss. usque ad Mosam ibidem fluentem, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem alias deponere, excepto hereditario censu quatuor florenorum Renensium Yde, filie quondam Johannis Watermaels, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum XIIII^{ta} februarii.

R1272, fol. 316v
14 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quinquaginta septem florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Theoderico legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 316v-317r
15 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Willelmus, filius quondam Willelmi dicti Touwer, hereditarie vendidit michi ad opus domicelle Marie, relicte quondam Hermanni Coenen uxorisque legitime moderne Luce de Erpe, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus liberorum legitimorum dictorum domicelle Marie et quondam Hermanni Coenen quoad eorum ius hereditarium, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Burgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem

valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Valentini episcopi et martiris, et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Helmont, ad locum dictum Aent Hoige Eynde, inter commune muminen, dictum die lantweere, ex uno et inter quoddam pratum, dictum den gemeynen beempt, Johannis Beck et quorundam aliorum ex alio, tendentibus ab hereditate Goeswini Willemss. et quorundam aliorum ad communem plateam; item adhuc ex pecia terre unius mensure, dicte zill, vel circiter, et prato sibi coadiacente, eiusdem venditoris, sitis in dicta parochia, ad locum predictum, Aent Hoige Eyndt vocatum, inter hereditatem Willelmi die Guylycker ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Werts ex alio, tendente a communi platea ad aquam, dictam die Aa, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad duodecim stuferos ascendentibus, hereditaria pactione unius modii siliginis et uno vase, mediatim siliginis et mediatim ordei, ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus predictis, atque tribus stuferis ex dictis pecia et prato, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante centum et duodecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis domicelle Marie et eius liberis aut eorum alteri legitime preintimabit absque dolo.
Testes Boert et Roever, datum XV^{ta} februarii, in crastino beati Valentini episcopi.

R1272, fol. 317r
15 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Godefridus, filius quondam Petri Lodenzoen, peciam terre arabilis, sitam in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Eerde, inter hereditatem Johannis de Erpe Arntszoen ex uno et inter hereditatem Rutgeri Goyartszoene ex alio,;item adhuc peciam terre, dictam Dat Nuwelant, sitam ibidem, inter hereditatem dicti Johannis de Erpe ex uno et inter hereditatem Anselmi Roeverszoene ex alio, quas pecias terre predictas dictus Godefridus erga Danielem, filium quondam Theoderici Danelszoen, pridem emendo acquisierat, prout in litteris, simul cum hereditario censu quinque librarum monete, prius exinde solvendo et depost redempto, ut dicebat, simul cum dictis litteris et iuribus, dedit ad hereditarium censum Gerardo, filio quondam Arnoldi Houbraken, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro hereditario censu quinque et dimidie librarum monete, dandum et solvendum sibi ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex peciis terre predictis, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere; quo quo *(aldus)* facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Godefrido dictum hereditarium censum quinque et dimidie librarum anno quolibet hereditarie Purificationis predicto de et ex premissis atque de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacente, sextariatam terre vel circiter continentibus, sitis in dicta parochia, ad dictum locum, Eerde vocatum, inter hereditatem Arnoldi, filii dicti quondam Arnoldi Houbraken, ex uno, et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Henrici Houbraken ex alio, tendentibus ab hereditate Heilwigis, relicte quondam Henrici Geritss., ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes Monix et Roever, datum XV^{ta} februarii.

R1272, fol. 317v

15 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut quartatim, videlicet integrum censum cum et mediante triginta tribus peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes Monix et Roever, datum XV^{ta} februarii.

R1272, fol. 317v-318r
15 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Henricus de Loet, filius quondam Arnoldi de Loet, et Arnoldus dictus Sanderszoen van den Kerchove de Os, eius sororius, hereditarie vendidissent Arnoldo dicto Groetart hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii confessoris, et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, sita in parochia de Os, ad locum dictum In die Beemde, inter hereditatem Johannis de Os ex uno et inter hereditatem Marcelii dicti Ceel Vilt ex alio; item adhuc ex pecia terre, sita in dicta parochia, in loco dicto Oistervelt, inter hereditatem Christine dicte Heymerics et Heilwigis dicte Wonders ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti Rutgerssoen ex alio; item ex pecia terre, sita in dicta parochia, in loco dicto Westervelt, inter hereditatem Hermanni dicti de Os ex uno et inter hereditatem Deenkini dicti Gruyter ex alio, atque ex pecia terre, sita in dicta parochia, in loco dicto Westervelt, inter hereditatem Arnoldi Zanderszoen ex uno et inter hereditatem dicti Marcelii Vilt ex alio, prout in litteris, cumque vero supradicta hereditaria pactio duorum modiorum siliginis unacum certis aliis bonis Hillegondi, filie quondam Henrici Key, filii quondam Ludekini dicti Corstiaenszoen de Zeelst, relicte quondam Johannis Reymbrants, in partem cessisset, prout in litteris divisionum, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Arnoldi dicti de Duer, palam recognovit et publice confessus est quatenus dictus quondam Arnoldus de Duer, eius pater, pridem et depost ipse Johannes ultra certos annos effluxos solvere consueverant et tenebantur, et pronunc ipse Johannes de presenti adhuc annuatim et hereditarie termino solutionis et loco predictis solvere tenetur unum modium siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione duorum modiorum siliginis Johanni Balyart Janss., tamquam marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, filie dictorum Hillegondis et Johannis Reymbrants, et eo nomine tamquam proprietario pro tempore supradicte pactionis duorum modiorum siliginis, et hoc de et ex sua pecia terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Os, in loco dicto Int Westervelt, ad locum dictum Aen de Catwyck, inter hereditatem Nycolai Didden ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Muyl ex alio, tendente ab hereditate Ermgardis, relicte quondam Johannis Symons, ad communem plateam, atque ex suis edificiis pronunc desuper consistentibus, necnon de et ex sua pecia terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, in dicto loco, Int Westervelt nuncupato, inter hereditatem Arnoldi van den Hoigen ex uno et inter hereditatem Arnoldi Claes Arntszoen ex alio, tendente ab hereditate Katherine, relicte quondam Arnoldi Loyen, ad communem aqueductum ibidem, tamquam de et ex veris et debitis contrapignoribus pactionis predicte, promittens super omnia et habenda huiusmodi recognitionem et confessionem ratam servare et non contravenire, ut in forma.
Testes Monix et Roever, datum XV^{ta} februarii.

R1272, fol. 318r
15 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu precedente et fiat relacio ex eodem a principio usque finem in forma debita, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes Balyart, tamquam proprietarius pro tempore dicte hereditarie pactionis duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, pro seipso et suis successoribus proprietariis eiusdem pactionis, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Arnoldi dicti de Duer, repromisit quod ipse Johannes Balyart et dicti sui post ipsum successores ad et supra dictum Johannem, filium quondam Arnoldi de Duer, et suas pecias terre predictas, de supradicta hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, dumtaxat dictum unum modium siliginis hereditarie pactionis, deinceps petent, monebunt et via iuris prosequentur et nullo reliquum modium siliginis de eadem pactione, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 318r
15 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Petrus, filius quondam Johannis de Calcar, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Johannis Lambrechszoen, tres et dimidiam libras hereditarii census monete de hereditario censu septem librarum eiusdem monete, solvendo anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, olim domini Gerardi Balyarts, canonici dum vixit ecclesie Sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, depost Ghysberti, filii Ghibonis Arntszoen, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Beys ex uno et inter hereditatem Andree Broess. ex alio, quas tres et dimidium libras hereditarii census predictas Willelmus, filius quondam Lamberti de Heze, prefato Petro tamquam marito et tutori legitimo dicte Mechteldis, sue uxoris, dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Herberte, relicte quondam Egidii van der Poirten, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mechteldis, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 318r
15 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Arnoldus Beys promisit super omnia et habenda dicto Petro, filio quondam Johannis de Calcar, decem et novem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 318r-318v
15 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dominus Johannes Pistoris, presbiter, filius quondam Johannis Pistoris, promisit ut debitor principalis Arnoldo, filio quondam Arnoldi dicti Stert, quod ipse dabit et solvet eidem Arnoldo hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Oisterwyck anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Oisterwyc tradet de et ex pecia terre, dicta Den Bulck, duas lopinatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, sita in parochia de Enschit, inter hereditatem Gerardi Kuysten ex uno et inter hereditatem spectantem ad bona, dicta tGoet ter Wagen, ibidem sita, ex alio, tendente cum fine utroque ad communes aqueductus ibidem; item adhuc de et ex alia pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem promittentis, dicta den Liesacker, sita ibidem, inter hereditatem conventus sororum de Huesden ex uno et inter hereditatem reliquam dicti domini Johannis, promittentis, ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Goyarts ad communem aqueductum ibidem, item adhuc ex domo, area et orto eiusdem promittentis, sitis in parochia de Oisterwyck, in Platea Ecclesie ibidem, inter hereditatem domini Johannis Appels, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Thome dicti van den Eynde ex alio, tendente ab hereditate investiture de Oisterwyck ad dictam plateam, die Kercstraet vocatam, ut dicebat; promisit insuper omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus stuferis et novenario ex domo, area et orto predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum XV^{ta} februarii.

R1272, fol. 318v
15 februari 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet huiusmodi peters computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto domino Johanni Pistoris, presbitero, repromisit, hoc tamen salvo quod idem dominus Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Arnoldo legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 318v
16 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes dictus Ghysen tres florenos Renenses hereditarie pecunie Busciducensis, quos tres florenos Renenses Johannes dictus Arntszoene recognoverat se pridem vendidisse et supportasse dicto Johanni Ghysen perpetue et hereditarie de et ex suis bonis, videlicet ex quodam domistadio in quo Johannes Arntss. moratur, cum uno latere ad hereditatem Frederici Talhout et cum alio latere ad communem plateam; item adhuc ex duobus iugeribus terre, sitis ad locum, dictum Opten Uuyterdyck, ad hereditatem Frederici Talhout cum utroque latere, atque eosdem tres florenos Renenses, solvendos annuatim et hereditarie Nativitatis Domini, ut videtur in litteris de Oyen contineri, hereditarie supportavit Henrico Lenten, filio quondam Ghysberti Lenten, pistori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, notanter omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum XVI^{ta} februarii.

R1272, fol. 318v-319r
16 februari 1504

Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Willelmus, filius quondam Johannis dicti Goyartszoen van der Stappen, hereditarie vendidit Elisabeth, filie quondam Johannis dicti Bacx, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis atque hereditarium censum duarum et dimidie librarum monete, solvendos anno quolibet hereditarie in festo Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis absque omnibus precariis, exactionibus ac ceteris incommodis libere tradendos de et ex domo, area, horreo et orto ac pecia terre arabilis, unius sextariate vel circiter, atque pratulo quodam sibi mutuo coadiacente, sitis in parochia de Gemonden, in tribunali de Gestel prope Herlair, inter hereditatem Marie, relicte quondam Johannis de Vucht, et eius liberorum ex uno, et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Johannis Elyaeszoen atque ad quandam hereditatem, dictam die Card, ad quandam domicellam de Eyndhouts spectantem; item adhuc de et ex pecia terre siliginee, tres lopinatas terre vel circiter continente, eciam eiusdem venditoris, dictam die Hoevelsstraet, sita in dicta parochia, inter hereditatem Johannis Tyelmans ex uno et inter reliquam hereditatem dicti venditoris ex alio, tendente a quadam communi via ad hereditatem Johannis dicti van den Hoeck, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu sex librarum dicte monete ex dictis domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, atque censu fundi ad dimidium brasdenarium ascendente, ex dicta pecia terre siliginee, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 319r
16 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue dictos pactionem et censum simul unapariter, videlicet dictam pactionem cum viginti peters, XIX stuvers pro quolibet computando, et eundem censum cum duodecim et dimidio florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro viginti octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro viginti quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationum, et cum pactione et censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elisabeth hoc palam cum tutore recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo, venditori, repromisit, hoc tamen salvo quod idem Willelmus, venditor, huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Elisabeth legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 319r
deze akte is onvolledig

Wolterus, filius quondam Ghysberti Engberssoen, promisit super omnia et habenda

R1272, fol. 319r
17 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Theodericus dictus de Mulsen, filius quondam Theoderici, carnifex, promisit super omnia et habenda Woltero, filio quondam Ghysberti Engbrechss., septem florenos Renenses, XX^ti^ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Boert, datum XVII^a^ februarii.

R1272, fol. 319r
17 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Arnoldus, filius quondam Mathie de Hermalen, promisit super omnia et habenda Martino, filio quondam Henrici Theenss. de Bakelair, sex florenos Renenses, XX^ti^ stuvers vel valorem pro quolibet computando, a Pasche proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 319r
17 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Andreas,[37] filius quondam Johannis dicti Spierinck Knuyts, hereditarie vendidit Constantino dicto Stanss, filio quondam Huberti Stanssen, hereditarium censum unius peter, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum nunc valuata est pro eodem computando, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter, et in Buscoducis libere tradendum de *(aldus)* ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dimidium bonarium terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, inter communem paludem de Dynther ex uno et inter hereditatem reliquam dicti venditoris ex alio, tendentibus ab hereditate Huberti, filii dicti quondam Huberti Stanssen, ad dictam paludem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad dimidium brasdenarium ascendente, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Monix, datum supra.

R1272, fol. 319v
17 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Aleidis, filia quondam Johannis van der Heiden, Petrus, filius quondam Johannis Jacopszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, et Theodericus Philipszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sui uxoris, filiarum dicti quondam Johannis van der Heiden, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter duodecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Geffen, inter hereditatem Johannis Roelofszoen ex uno et inter hereditatem Roeveri, filii quondam Nycolai Lambrechszoen, ex alio, quem censum predictum dictus Johannes van der Heiden erga

[37] *in de ondermarge d.d. 30 september 1648:* Jan van Roij heeft bekent dat Henrick Melchior Goijarts Hanegreeffs, proprietaris der onderpanden des chijns van eenen peeter, in dit bovengeschreven contract vermelt, aen sijnen handen heeft affgelost, daerom consenterende mits desen. Actum den XXX^en^ septembris anno XVI^C^ XLVIII. Me teste, L. van Kessel.

Willelmum, filium quondam Johannis Jacopss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Jacobo, filio quondam Johannis Jacopszoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Johanne et Elisabeth necnon ex parte dicti quondam Johannis van der Heiden ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XVII[a] februarii.

R1272, fol. 319v
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Wolteri Janssoen, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Johannis dicti Scoefs, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dicti venditoris, sitis in parochia de Gestel propere Herlair, inter hereditatem Adriani, filii quondam Godefridi Ariaens, ex uno et inter hereditatem Robberti Moens ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Petri Evertss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duodecim pullis censualibus et uno denario, negenmentken communiter vocato, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XIX[a] februarii.

R1272, fol. 319v
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue cum duodecim florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in moneta pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 319v
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Willelmus, filius quondam Lamberti van Vorstenbossche, promisit ut debitor principalis Katherine, filie quondam Johannis Goyartss. van der Stappen, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem Katherine hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, sita in parochia de Scijnle, aent Elschot, in communibus agris ibidem, et inter hereditatem Mathie dicti de Herenthom ex uno et inter hereditatem Willelmi van den Venne et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Arnoldi Reyners ad communem viam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 320r
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante viginti duobus et dimidio peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in moneta et pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Katherina, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo, promittenti, repromisit, hoc tamen salvo quod idem Willelmus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Katherine legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 320r
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Wautgerus, filius quondam Jacobi Wautgerssoen, hereditarie vendidit Godefrido de Bladel, filio quondam Egidii de Bladel, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere absque omni precaria ceterisque oneribus et incommodis tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continentibus, dicti Wautgeri, sitis in parochia de Geffen iuxta plateam, dictam die Vlyntschestraet, inter hereditatem Johanne, relicte quondam Johannis Arntszoen, ex uno, et inter hereditatem Nycolai dicti Beerthen ex alio, tendentibus a dicta platea, die Vlyntschestraet vocata, ad hereditatem liberorum dicti quondam Johannis Arntszoen; item adhuc ex medietate ad ipum Wautgerum spectante in agro terre, maldratam terre vel circiter continente, sito ibidem, ultra dictam communem plateam in oppositum domus, aree et orti predictorum, inter hereditatem Arnoldi Danelss. ex uno et inter hereditatem Henrici Ruysschen ex alio, tendente a dicta communi platea ad hereditatem Johannis dicti Dircxsoen van den Elshoff, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis maldro siliginis hereditarie pactionis et quinque stuferis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 320r
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quadraginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis nove monete dicti archiducis Philippi et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 320r
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Jacobus, filius dicti quondam Jacobi Wautgerszoene, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Wautgero, suo fratri, filio dicti quondam Jacobi Wautgerss., promisit quod ipse Jacobus exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dictam pactionem dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Wautgero ad et supra se et bona sua pretacta et aliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 320v
19 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Arnoldus, filius quondam Arnoldi van der Beerdonck, promisit super omnia et habenda Theoderico, filio Judoci de Rutt, duodecim peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, ad monitionem dicti Theoderici persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum XIX[a] februarii.

R1272, fol. 320v-321r
19 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Hillegondis, relicta quondam Robberti Willemszoen, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area ac molendino quo teritur oleum, in eadem domo consistente, et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, iuxta capellam Sancti Anthonii ibidem, inter hereditatem Ghysberti Toelinc et suorum fratrum ex uno et inter hereditatem Johannis Kemerlincx ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Henrici Laureynszoen; item adhuc in agro terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum In die Twe Bergen, inter hereditatem Ghysberti Sanders ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Hals ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Heymans ad communem plateam; item adhuc in pecia terre, duas sextariatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia de Roesmalen, ad locum dictum Opt Hoech Lant, inter hereditatem Johannis Driess. ex uno et fine uno et inter hereditatem Willelmi, textoris lineorum, ex alio, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item adhuc in pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in iamdicta parochia, in loco dicto In de Sporct, inter hereditatem Adriani dicti Smeets ex uno et inter hereditatem Philippi dicti Janss., sartoris, ex alio, tendente ab hereditate conventus de Porta Celi prope Buscumducis ad hereditatem Marine, relicte quondam Gerardi Janss., et eius liberorum, ut dicebat, legitime supportavit Johanni, filio quondam Arnoldi van der Wyst, tamquam marito et tutori legitimo Mechteldis, sue uxoris, et Anthonio, filio quondam Martini Janss., tamquam marito et tutori legitimo Geertrudis, sue uxoris, filie Hillegondis, et quondam Robberti Willemszoen predictorum, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salvis tamen dicte Hillegondi et sibi reservatis quamdiu

in humanis vivet suo libero et plenario usu in camera quadam, sita in domo predicta supra penu, atque in introitu et exitu eiusdem camere, necnon adhuc in quadam lignicrescentia, dicta een hage oft houtwasse, supradicti agri terre, sita contigue ad latus et iuxta dictam hereditatem dictorum heredum quondam Johannis Hals, omnino ad eius commodum et profectum, supportatione pretacta non obstante, tali eciam annexa conditione quod dicti Johannes et Anthonius exnunc deinceps tredecim sextaria siliginis mensure de Buscoducis Willelmo Heymans predicto, hereditarium censum octo librarum monete Geertrudi dicte de Thuystheze, vidue, hereditarium censum octo librarum dicte monete Woltero dicto Vuchs et censum ex domo, area et orto predictis, necnon unum modium siliginis heredibus quondam Johannis Dachverlies ex dicto agro, atque unum sextarium siliginis hereditarie pactionis Pauperibus Domesticis finis vici Hynthamensis ex dicta pecia terre, annuatim iure solvendis, ut dicebat, sic et taliter dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur quod dicte Hillegondi ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout dicti Johannes et Anthonius hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicte Hillegondi repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 320v
1 april 1504
Willem van den Bosch en Jan van Erp

Dictus Johannes, tamquam maritus et tutor dicte Mechteldis, sue uxoris, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos in premissis spectantes hereditarie supportavit dicto Anthonio, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus, conditione, recognitione et repromissione in dictis litteris supportationis usufructus contentis, quas onera, condicionem, recognitionem et repromissionem pretactas dictus Anthonius solvet et adimplebit ac solvere et adimplere tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovisimo in futuro, prout dictus Anthonius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes Busco et Erpe, datum prima aprilis, secunda post Palmarum.

R1272, fol. 321r
19 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Erp

Marcelius et Johanna, eius soror, liberi quondam Willelmi die Loyer, filii quondam Theoderici, promiserunt indivisi super omnia et habenda Arnolde, eorum sorori, filie dicti quondam Willelmi die Loyer, Henrico, filio quondam Johannis Bogarts, marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, Gerisio, filio quondam Johannis Dircxs., marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, et Henrico, filio Nycolai Bogarts, marito et tutori legitimo Henrice, sue uxoris, filiarum dicti quondam Willelmi die Loyer, triginta quatuor et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, atque duodecim vasa siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 321r-321v
21 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Wij, Boert et Roever, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir ons gestaen is geweest Peter, zoen wilneer meester Gerits van Brede, van denselven meester Geritden ende Margrieten, zijnren huysvrouwen, tsamen gewonnen, seggende hoe dat die voirs. meester Gerit, zijn vader, ten tyde als hij leefden ende starff, rentmeester was des capittels der kercken collegiaet Sint Jans Evangelist bynnen deser stadt, ende aen denselven capittel noch in ennigen sculden verobligeert ende verbonden stont ende hem oick in sekere renthen voir tselve capittel hadde verbonden omme welke sculden te vervallen ende renthen af te lossen die voirs. Margriet, zijn moeder, zijn brueders ende susteren ende hy zullen moeten fineren, ende penningen werven met vercopen van ennigen naegelaten gueden des voirscr. meester Gerits oft dair uuyt andere renthen te vesten, dairtoe hy evenwael, mitsdien hy buyten lants trecken sall, nyet en sal moigen verstaen noch dair by wesen, niettemin, opdat by zijnren absencien dat nyet after en blyve, soe heeft hy, Peter voirs., geconstitueert, gesedt ende geordineert, ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert die voirs. Margriet, zijn moeder, zijne wittige procuraterss, gevende ende verlenende derselver Margrieten vrij ende volcomen macht ende auctoriteyt als dat dieselven Margriet in zijnren absencien voir hem ende in zijnen name met zijnen anderen bruederen ende susteren van den voirs. naegelaten gueden des voirs. meester Gerits oft uuyt denzelven gueden sal moigen vercopen, verbynden ende vesten voir scepenen der voirs. stadt, oft andere wethouders dairt van noode wesen sall, ende nae stile ende forme der plaetsen dair ende alsoe dat behoeren sal, den coeperen dairaf ende voir behoirlijke veste ende geloefte moigen doen op verbyntenisse van zijnen gueden, hebbende ende vercrigende, dats te wetene zoevele dairmede men die voirs. sculden vervallen mach ende die renthen voirs. lossen ende af quyten, geloevende die voirs. Peter super omnia et habenda der voirs. Margrieten, zijnre moeder, tot hare behoeff ende andere dairtoe interest hebbende vast ende stedich te houden ende in zijnen name onverbrekelic te doen houden allet geen ende zoe wes by der voirs. Margrieten in zijnen namen ende van zijnren wegen hier inne gedaen ende voirtgekeert sall werden, ende dairtegens nummermeer te comen noch te doen bij hem selven oft by yemanden anders in ennigen gerichten, geestelic oft werlic, oft anderssins in ennigen manieren.
In kennessen der wairheyt soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven XXI februarii.

R1272, fol. 321v
deze akte is onvolledig

Willelmus et Rutgerus, fratres, et Aleidis, eorum soror, liberi quondam Herberti dicti Scoutheten alias dicti Smoeren, cum tutore, hereditarie vendiderunt Katherine, filie quondam Bernardi dicti Byekens, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ad opus sui et ad opus Sophie et Yde, suarum sororum, filiarum dicti quondam Bernardi Byekens, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Petri apostoli ad Cathedram et pro primo solutionis termino a Petri apostoli ad Cathedram proxime futuro videlicet a crastina die ultra annum, et in Buscoducis libere absque omnibus precariis, exactionibus et ceteris incommodis tradendam de et ex domo, area et orto ac horreo et hereditatibus sibi adiacentibus, cum suis ligcrescentiis, pariter tres modiatas terre vel circiter continentibus, dictorum venditorum, sitis in parochia de Hees, in loco dicto In Vinckel, inter communem aqueductum, dictum die weteringe, ibidem ex uno et inter communitatem de Vinckel ex alio, tendentibus a quodam stega, dicta die Voss stege, ad communitatem de Hees, ut dicebant, ab eisdem, promittentes super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad tres et dimidium florenos Renenses ascendentibus, duobus modiis siliginis hereditariarum

pactionum, hereditario censu sex librarum monete atque diversis censibus hereditariis ad septem peters vel circiter ascendentibus

R1272, fol. 321v
21 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Martinus, filius quondam Gerardi dicti Celen Olysleger, promisisset super omnia et habenda Bele, filie quondam Georgii dicti Mathijszoen, quod ipse daret et solveret eidem Bele ad spacium trium annorum festum Nativitatis Domini eotunc proxime futuro, sine medio sequente quolibet dictorum annorum, viginti duas et dimidiam libras monete Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini eotunc proxime futuro ultra annum, et sic deinceps anno quolibet dictorum annorum spacio durante, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Lambertus, filius Arnoldi Houbraken, tamquam maritus legitimus dicte Bele, sue uxoris, et ipsa Bela cum eodem Lamberto, suo marito, tamquam cum suo tutore, premissa legitime supportavit Willelmo de Broegel, tinctori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suorum heredum deponere.
Testes Boert et Roever, datum XXI[a] februarii.

R1272, fol. 321v-322r
21 februari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Martinus, filius quondam Gerardi dicti Celen Olysleger, promisisset super omnia et habenda Bele, filie quondam Georgii dicti Mathijszoene, centum quinquaginta necnon septem et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Nativitatis Domini eotunc proxime futuro ultra tres annos persolvendos, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Lambertus et Bela, eius uxor legitima, premissa legitime supportaverunt dicto Willelmo de Broeghel, tinctori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 322r
23 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes,[38] filius quondam Johannis dicti van der Moelen, doliatoris, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, Johannes, filius quondam Godefridi van der Byesen Rijt, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Petre, sue uxoris, et Nycolaus, filius quondam Johannis dicti Claess., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Judoce, sue uxoris, filiarum quondam Johannis van den Dyck Jannszoen, duos modios siliginis et quatuor et dimidium lopinos siliginis annue et hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos duos modios, quatuor et dimidium lopinos siliginis predictos Wolterus, filius Henrici

[38] *in de marge d.d. 18 september 1543*: Ad instantiam domini Jacobi Coreman, presbiteri, et aliorum ingrossata propter deperditum littere scabinalis prius ingrossate et hoc de mandato Kuyst et Balen, scabinorum. Actum XVIII septembris anno XV[C] XLIII.

Cuypers, recognoverat se pridem promisisse et debere solvendos iure hereditari Petro, filio quondam Arnoldi Boysen, anno quolibet Purificationis, levandos et percipiendos de et ex hereditatibus infrascriptis in parochia de Zonderwyck situatis, in primis ex quadam hereditate, dicta Een Gelage, et domibus desuper stantibus, sitis cum uno latere ad hereditatem Johannis Scheyve et cum alio latere ad hereditatem Johannis Touwers; item ex pecia hereditatis, dicta Dat Cloetken, sita cum uno latere ad hereditatem Johannis Scheyven, cum alio latere ad hereditatem Johannis Keysers et liberorum quondam Theoderici Engbrechs; item adhuc ex quadam hereditate, dicta Die Cuyle, sita cum uno latere ad hereditatem Johannis Scheyven, cum alio latere ad hereditatem liberorum Laurencii Oinckelmans; item ex quadam hereditate, dicta Die Corre, sita cum uno latere ad hereditatem Johannis Scheyven et cum alio latere ad hereditatem Theoderici Ghyben, et quos duos modios quatuor et dimidium lopinos siliginis predictos dictus Petrus, filius quondam Arnoldi Boysens., prefato Johanni van den Dyck Janss. dudum hereditarie supportaverat, ut videtur litteras de Oirle contineri, hereditarie supportaverunt magistro Arnoldo van der Ameyden ad opus executionis testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Willelmi Arnts, decani dum vixerat Orschottensis, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon ex parte dicti quondam Johannis van den Dyck et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXIII[a] februarii.

R1272, fol. 322r-322v
23 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Iamdicti Johannes, Johannes et Nycolaus, tamquam mariti et tutores ut iam supra, unum modium bone et dative siliginis annue et hereditarie pactionis mensure de Oirle, quem unum modium siliginis Franco, filius quondam Petri Franckenzoene, recognoverunt se promisisse et debere solvendum Marie, filie Henrici Rutten, anno quolibet Purificationis, levandum et percipiendum de et ex hereditatibus infrascriptis, sitis ad locum, dictum Tot Herle, in parochia de Zonderwyck, videlicet ex pecia hereditatis, dicta Die Royecker, sita cum uno latere et cum uno fine ad hereditatem Christiani van der Nedermoelen, cum alio latere ad hereditatem Johannis de Ellaer; item de et ex pecia hereditatis, dicta Dat Westervelt, sita cum uno latere ad hereditatem Johannis Hermans et cum alio latere ad hereditatem Henrici Rutten, et quem unum modium siliginis predictum Rutgerus, filius Henrici Ruttensoen, prefato Johanni van den Dyck Janszoen hereditarie supportaverat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, hereditarie supportaverunt dicto magistro Arnoldo ad opus dicte executionis, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon ex parte dicti quondam Johannis van den Dyck et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXIII[a] februarii.

R1272, fol. 322v
23 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dominus Franco die Haest, presbiter, unium modium siliginis hereditarie pactionis mensure de Berse, quem unum modium siliginis Henricus die Brouwer et Godefridus dictus Ceel Goyartszoen, eius sororius, hereditarie promiserant Mechteldi, filie quondam Johannis van

den Venne, anno quolibet Purificationis dare et solvere de et ex domo, orto et hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Oistelberze, inter communitatem undique adiacentibus; item adhuc ex domo et orto cum suis hereditatibus et pertinenciis, sitis in dicta parochia, cum uno latere ad hereditatem Willelmi Deckers et cum alio latere ad communem plateam; item adhuc ex pecie hereditatis, dicta Den Biesacker, sita cum uno latere ad communem plateam et cum alio latere ad hereditatem Andree Willemss. van der Vloet, et quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predictum Aleidis, filia quondam Johannis van den Venne predicti, cum Cornelio Smeets, suo electo tutore, prefato domino Franconi dudum hereditarie supportaverat, ut videtur in litteris de Oirschot contineri, hereditarie supportavit dicto magistro Arnoldo van der Ameyden ad opus Danielis, sui patris, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mechteldis et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 322v-323r
23 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Anthonius, filius quondam Petri dicti Koyts, et Christianus, filius quondam Ade van der Poirten, hereditarie vendiderunt Johanni de Baecx, receptori pro tempore Hospitalis Pauperum Virorum, fundationis quondam Jacobi uuyter Oisterwyck, siti in Buscoducis iuxta capellam Sancti Georgii, militis et martiris, in oppositum pomerii antiquorum sagittariorum ibidem, ad opus eiusdem Hospitalis hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Petri apostoli ad Cathedram, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo adiacentibus, dicti Anthonii, novem et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Heze, ad locum dictum Aen den Bosch, inter hereditatem Johannis de Vaerlaer ex uno et inter hereditatem Johannis van der Hostat ex alio, tendentibus ab hereditate magistri Egidii Wespen ad communem plateam; item adhuc ex domo, area, horreo et orto, unam et dimidiam vasatas terre vel circiter continentibus, dicti Christiani, sitis in dicta parrochia, ad locum dictum Aen den Venne, inter hereditatem Godefridi van der Poirten ex uno et inter hereditatem Petri Hoers ex uno et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus stuferis census fundi atque duobus maldris siliginis hereditarie pactionis ex dictis domo, area, horreo, orto et hereditatibus dicti Anthonii, atque censu fundi ad dimidiam blanckam ascendente, et hereditaria pactione duorum lopinorum siliginis ex dictis domo, area, horreo, orto et hereditatibus dicti Christiani, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue cum et mediante quadraginta octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes de Baecx, tamquam receptor dicti Hospitalis, hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem Hospitalis prefatis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni receptori pro tempore dicti Hospitalis legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Monix et Roever, datum supra.

R1272, fol. 323r
23 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Dictus Anthonius et Thomas, filius quondam Ade dicti van der Poirten predicti, palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Christiano promiserunt quod ipse Anthonius duos florenos Renenses et ipse Thomas unum florenum Renensem hereditarii census de dicto hereditario censum trium florenorum Renensium exnunc deinceps dabunt et solvent, rediment et acquitabunt, dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod dicto Christiano ad et supra se et bona sua pretacta et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 323r
23 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Dictus Christianus et Thomas, eius frater, liberi dicti quondam Ade, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Anthonio promiserunt quod ipsi Christianus et Thomas unum florenum Renensem hereditarii *(aldus)* de dicto hereditario censu trium florenorum Renensium exnunc deinceps dabunt et solvent ac redimerent et acquitabunt, dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod dicto Anthonio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 323r
23 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Theodericus, filius quondam Goeswini, filii dicti quondam Theoderici dicti Bobben, septem hont terre paludialis vel circiter, sita in parochia de Os, ad locum dictum Op Eesscharden, inter hereditatem Coenrardi, filii quondam Robberti Claeszoen, ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os ex alio, tendentibus a quibusdam hereditatibus, dictis Den Paelacker, ad hereditatem dicti Coenrardi et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Henrici Comans, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dicta septem hont terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Busco et Boert, datum XXIII[a] februarii.

R1272, fol. 323r-323v
23 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Zebertus, filius quondam Lamberti van den Kerchove, promisit ut debitor principalis Goeswino de Brecht quod ipse dabit et solvet eidem Goeswino hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere tradet de et ex medietate ad dictum promittentem spectante in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres et dimidiam

vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Berchen, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Petri Janss. ex uno et inter hereditatem cuiusdam dicti Henneken Jannes ex alio, tendentibus a communi platea ad cymitherum ecclesie predicte, et plurium aliorum; item adhuc ex pecia terre dicti promittentis tres vasatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, in loco dicto Int Oistart, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Gerardi Brants ex alio, tendente ab hereditate Robberti dicti die Coman ad hereditatem Katherine, relicte quondam Gerardi Janss., et eius liberorum, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu duarum librarum monete predicte atque duabus partibus duorum stuferorum, prius diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XXIII[a] februarii.

R1272, fol. 323v
23 februari 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Willelmus, filius quondam Johannis dicti Tymmermans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Stockelman, quartam partem ad ipsum et dictam Katherinam, suam uxorem, ut dicebat, spectantem in annuo et hereditario censu trium denariorum aureorum antiquorum, communiter aude scilde vocatorum, boni auri et iusti ponderis, vel alterius pagamenti eiusdem valoris, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex bonis dictis, communiter Te Kelre, sitis in parochia de Myerle, ad locum dictum communiter Opt Hout, atque ex attinentiis eorundem bonorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, de quo vero hereditario censu trium denariorum aureorum antiquorum predictorum et adhuc de hereditarie censu duorum denariorum aureorum antiquorum, annuatim eciam solvendo ex bonis pretactis, dictus Henricus Stockelman unam medietatem erga Theodericum dictum de Wetten, filium quondam Ghiselberti de Wetten, institoris, et unam sextam partem erga Henricum de Uden, et adhuc unam sextam partem erga domicellam Katherinam, filiam quondam Henrici de Beke, monialem conventus de Bynderen, et Johannem Loenman, filium Johannis, atque adhuc duodecimam partem erga domicellam Katherinam, filiam quondam Henrici de Beke, monialem dicti conventus, dudum acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Michaeli, filio quondam Henrici Wytvens, tamquam marito et tutori legitimo Johanne, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici Stockelmans, simul cum dictis litteris, aliis et iure, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Katherine, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Henrici Stockelmans et suorum heredum et successorum in dicta quarta parte dicti hereditarii census trium denariorum aureorum antiquorum existentes et eventuras deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 323v-324r
23 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Alsoe in den saken geport ende hangende in den Raide, geordineert in Brabant, tusschen Henricken Reinbouts ende zijnen consorten, impetranten in materien van attemptaten ter eenren, ende Jannen Heym, gedaighde, ter andere zijden, aengaende der reparatien van den attemptaten ende recredenten van den beempde, hoey ende havere dair op gewassen, dairaf tot desen male questie ende in de acten dair op gemaect, questie is, by mynen heere van Oirbais ende van Malene, ridder, cancellier, ende andere mynen heeren van den voirs. Raide,

die voirs. recredenten is aengewesen den voirs. impetranten ende vercleert dat zij van den voirs. beemde zullen gebruycken ende dat die voirs. hoey ende havere dair op gewassen, ende by den voirs. gedaighden, den gedinge hangende, dair af gevuert, sal als attemptaet gerepareert ende denselven impetranten gerestitueert worden, ende dat by manieren van proussien ende op cautie dat te restitueren zoeverre naemaels geseegt wordt dat zoe behoire, gelyc in eenren acten dair op gegeven clairlijcker scheen begrepen te wesene, soe zijn gestaen voir scepenen hier ondergescreven Henrick Bogart Smyt ende Claes Meliszoen Becker ende hebben ten versuecke Dircx Comans, Matheeus zoen Michiels Zeynssen, ende Henricx Bogarts, als medeconsorten des voirs. Henricx Reinbouts ende als impetranten voirs., omme des voirs. is te volvueren aengaende der cautien voirs. ende als bourgen derselver geloeft op verbyntenisse van hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, tot behoeff dairtoe interest hebbende oft des voirs. Jans Heym, inne te staene voir die restitucie van den hoye ende havere voirs. ter sommen toe van twentich Rijnsgulden current, zoeverre naemaels geseegt worde dat te restituerene nae inhoude der acten voirs.
Testes Kuyst et Boert, datum XXIII[a] februarii.

R1272, fol. 324r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd (in de marge: vacat iste contractus*)*

Gerardus et Aelbertus, fratres, liberi quondam Johannis Arntss. van der Haigen, Johannes, filius quondam Arnoldi van der Weteringen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, et Theodericus, filius quondam Alardi Goessens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis Arntss. van der Haigen, campum terre pascualis, unum bonarium terre et quartam terre unius bonarii vel circiter continentem, situm in parochia de Scijnle, inter hereditatem Barbare, wedue quondam Bernardi de Eerde, ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex alio, tendente ab hereditate domini Ghiselberti de Scijnle, presbiteri, ad quandam stegam, dictam die Hezewycksche stege, simul cum sua lignicrescentia, prout iam premissa ibidem sunt situata, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Woltero de Halle Jacopss., pellifici, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto uno grosso antiquo census fundi, annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes

R1272, fol. 324r-324v
23 februari 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Wy, Monix et Roever, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir gestanden is geweest Jan Goyartssoen van Hedel ende heeft mechtich gemaect ende mits desen mechtich maect Marcelijzen van Kryekenbeeck op te boeren, te manen, tontfangen ende met wegen van recht ofs noot weer te vervolgen alsulkenen negen gouden enckel Rijnsgulden als Jan van Arkel hem sculdich is, ende dairvoir die voirs. Jan Goyartss. denselven Jan van Arkel alhiere voir scepenen ende scepenen vonneslic verreyckt heeft, nae inhoude van eenen signet dair op gegeven, ende voirts allet dair inne te doen, het zij metter mynnen oft metten recht, dat die voirs. Jan Goyartss. selver dair inne zoude moigen doen oft hij present ende jegenwoirdich weere, geduerende dese voirs. macht totten wederseggen des voirs. Jans Goyartss. ende nyet langer.
In kennesse der wairheit soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten XXIII[en] dach februarii.

R1272, fol. 324v
24 februari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Ghibo, Ricoldus et Goeswinus, fratres, liberi quondam Engberti Rycoutss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni, filio quondam Godefridi de Hedel, triginta sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon septem et dimidium consimiles stuvers, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes Busco et Kuyst, datum XXIIII^{ta} februarii.

R1272, fol. 324v
27 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Gerardus et Aelbertus, fratres, liberi quondam Johannis Arntszoen van der Hagen, Johannes, filius quondam Arnoldi van der Weteringen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, et Theodericus, filius quondam Alardi Goessens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis Arntss. van der Hagen, campum terre, unum bonarium et quartam partem unius bonarii vel circiter continentem, situm in parochia de Scijnle, inter hereditatem Barbare, relicte quondam Bernardi de Eerde, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex uno *(aldus)*, tendentem ab hereditate domini Ghiselberti de Scijnle, presbiteri, ad quandam stegam, dictam die Hezewycsche stege, simul cum suis lignicrescentiis, prout iam premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Lamberto de Luyssel, filio quondam Lambterti de Luyssel, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto uno grosso antiquo census fundi, annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Kuyst et Boert, datum XXVII^{a} februarii, tercia post Invocavit.

R1272, fol. 324v
28 februari 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Jacobus, filius Aelberti Gieliss., promisit super omnia et habenda Godefrido Grotart de Os undecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et undecim stuvers, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Erpe, datum XXVIII^{a} februarii, quarta post Invocavit.[39]

R1272, fol. 325r
29 februari 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Nycolaus, filius quondam Henrici Brabants, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Godefrido, filio quondam Nycolai Peterszoen, ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo pretitum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, tres et dimidium lopinos siliginis mensure de Buscoducis, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dicto annorum spacio

[39] *in de ondermarge*: Annus presens est annus bisextilis.

durante, et in ultimo termino eorundem annorum adhuc octo peters, XVIII stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando.
Testes Busco et Kuyst, datum XXIX[a] februarii, quinta post Invocavit.[40]

R1272, fol. 325r
29 februari 1504
Lucas van Erp en Hendrik Kuyst

Johannes dictus van den Berge, filius quondam Willelmi van den Berge, hereditarie vendidit Ghiselberto, filio quondam Godefridi dicti Gieliszoen de Gestel, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Mathie apostoli de et ex quodam campo terre, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, olim quondam Arnoldi Coelborneere, nunc vero dicti venditoris, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, in loco dicto In den Bossche Polre, inter quasdam hereditates seu pascuam, dictam Die Hoichdonck, ex uno et inter hereditatem Johannis Pynappell Boudewijnss. ex alio, tendente ab hereditate Theoderici Arnts de Driel ad hereditatem heredum quondam Johannis de Maren, pellificis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Erpe et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 325r
29 februari 1504
Lucas van Erp en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum et viginti consimilibus florenis Renensibus, dando videlicet in huiusmodi redemptione non minores denarios quam stuferos nove monete dicti archiducis Philippi, vulgariter dicente dat men in der afquytinge geven sal geen minder penningen dan nyewe stuvers, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 325r-325v
29 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Ghysbertus, filius quondam Rodolphi Gysbrechs, hereditariam pactionem unius modii siliginis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Aen den Plack, cum utroque latere et fine uno ad communem plateam; insuper ex duobus pastibus, dictis scharenweyde, de

[40] *in de marge*: Mensis februarii habet dies XXVIII[o] , sed quia est annus bisextilis, sic habet dies XX[ti] novem.

quinque pastibus, sitis in dicta parochia, in loco dicto Dat Moerscot, inter hereditatem Henrici van Lyemde ex uno et inter mericam domini de Herlair, dictam sheren heyde van Herlair, et plurium aliorum ex alio; insuper ex una tercia parte in pratis, dictis Die Rumelsche Beempden, cum Henrico de Lyemde; insuper ex medietate iuris cantheralis, dicti ploechrecht op die bleken, sitis, de qua pactione predicta dictus Ghiselbertus unum maldrum siliginis erga Gerardum, filium quondam Petri de Lyemde, per prius, et reliquum maldrum eiusdem pactionis erga eundem Gerardum depost acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Johannis van den Merendonck, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta et dicto Gerardo reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Boert, datum XXIX[a] februarii, quinta post Invocavit.

R1272, fol. 325v-326r
29 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Willelmus dictus de Kessel, filius quondam Arnoldi Willemss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Rodolphi Roelofss., Arnoldus, filius quondam Henrici Wautgerss., Nycolaus, filius quondam Petri Arntss., Judocus, filius quondam Stephani dicti Busscher, et Johannes, filius quondam Lamberti Melissoen, hereditarie vendiderunt Goeswino, filio quondam Gerardi van den Broek, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Mathie apostoli, et in Buscoducis absque omnibus oneribus, precariis, exactionibus et ceteris incommodis libere tradendum de et ex pecia terre arabilis, quinque vasatas terre vel circiter continente, dicti Willelmi, sita in parochia de Hees, ad locum dictum In den Moller, inter hereditatem Petri Lambertss. ex uno et inter hereditatem Godefridi Reymbouts ex alio, tendente ab aqueductu quodam, dicto dat waterlaet, ad communitatem de Hees ibidem; item de et ex pecia terre siligine (*aldus*), tres vasatas terre vel circiter continente, dicti Arnoldi, sita in dicta parochia2, ad locum dicto Aent Elschot, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Uden ex utroque latere, tendente a quadam stega, dicta die Elschotsche Stege, ad quandam communem stegam ibidem; item adhuc ex pecie terre siliginee, quatuor vasatas terre vel circiter continente, dicti Nycolai, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Geen Tilrott, inter hereditatem Henrici, filii Theoderici de Zochel, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis dicti Dobbeler, ex alio, tendente ab hereditate dicti Arnoldi, filii quondam Henrici Wautgerss., et plurium aliorum ad communem viam; item adhuc ex pecia terre arabilis, quinque vasatas terre vel circiter continente, dicti Judoci, sita in dicta parochia, ad locum dictum Over die Heghe, inter hereditatem Johannis Stegemans ex uno et inter hereditatem Stephani Dircxs. ex alio, tendente ab hereditate heredum seu liberorum quondam Luce Boest ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis; item de et ex pecia terre arabilis, quinque vasatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, sita in dicta parochia de Hees, ad dictum locum, Op geen Tilrott vocatum, inter hereditatem dicti Willelmi de Kessel ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii Wellini Arntssoene, ex alio, tendente ab hereditate dicti Johannis, filii quondam

Johannis Dobbeler, ad communem viam, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 326r
29 februari 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, demptis oirtkinis et minoribus denariis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius integri anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 326r
1 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes Kanapart promisit ut debitor principalis Theoderico Noot, filio Johannis Noot, quod ipse dabit et solvet eidem Theoderico hereditarium censum quinque librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro, de et ex omnibus suis bonis ab eo ad presens habitis ac imposterum ab eis (*aldus*) habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum prima marcii, sexta post Invocavit.

R1272, fol. 326r
1 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 326r
2 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes Roelofssoen van der Hagen alias Cauts promisit super omnia et habenda michi ad opus domini Gerardi de Beest, canonici in Buscoducis, decem et dimidium aureos florenos Renenses vel valorem eorundem in alio pagamento, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini proxime futura (*aldus*) persolvendos.
Testes Kuyst et Roever, datum secunda marcii, sabbato post Invocavit.

R1272, fol. 326r
2 maart 1504

Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Gerardus[41] dictus van der Weyen, filius quondam Ghysberti van der Weyen, tamquam maritus et tutor legitimus Aleidis, sue uxoris, filie quondam Wolteri Aben, Aleidis, filia quondam Ghysberti, filii dicti quondam Wolteri Abens., et Adrianus, filius quondam Willelmi Michielss., tamquam maritus et tutor legitimus Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Wolteri Abens., promiserunt super omnia et habenda divisi, scilicet quivis eorum pro una tercia parte Jacobo, filio quondam Marcelii Marceliss., tamquam marito et tutori legitimo Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Wolteri Abens., undecim peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Remigii confessoris proxime futura persolvendos.
Testes Kuyst et Roever, datum datum (*aldus*) supra.

R1272, fol. 326v
2 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Wolteri Abens., condens suum testamentum inter cetera inibi contenta recognovisset et voluisset quod Heilwigis, soror eius legitima, illum modium siliginis hereditarie pactionis, quem erga eam emerat pro triginta sex peters levibus de octodecim stuvers quilibet, videlicet quod eundem modium siliginis semper quitare poterit cum eisdem denariis, quia ei sub fide addixerat, ut videtur in quodam instrumento publicto contineri, et cum deinde dictus Gerardus van der Weyen, et sic ulterius ut iam supra in contractu precedente, A signato, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Jacobus, filius quondam Marcelii, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Heilwigis, sue uxoris, super dicta potestate redimendi et acquitandi dictum unum modium siliginis dicte Heilwigi, sue uxori, in dicto instrumento, ut premittitur, recognita, atque super toto iure sibi in premissis quovismodo competente ad opus dictorum Gerardi, Aleidis et Adriani ac suorum heredum hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Heilwigis, sue uxoris, ac suorum heredum deponere, recognoscensque dictus Jacobus pro se et dicta Heilwige, sua uxore, quatenus mediante promissione pretacta dicte emptioni unius modii siliginis predicti plenarie est satisfactus atque defectus in eodem modio existens sufficienter adimpletus iuxta dictamen proborum virorum desuper pronunciatorum, clamans inde quitus saltem de redemptione predicta.
Testes Kuyst et Roever, datum secunda marcii, sabbato post Invocavit.

R1272, fol. 326v
4 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Fredericus dictus Boerevyant, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, relicte quondam Godefridi dicti die Roydreger, tamquam possessor et proprietarius pro tempore cuiusdam domus et aree, olim dicti Godefridi, site in Buscoducis, in quodam viculo, dicto dat Neystraetken, inter hereditatem seu domum Elisabeth, relicta quondam Arnoldi de Vladeracken, ex uno, et inter hereditatem Petri Reyners ex alio, palam recognovit et dicte Elisabeth et suis successoribus, proprietariis pro tempore dicte sue domus seu hereditatis, consentiit quatenus eadem Elisabeth et sui post ipsam successores predicti in

[41] *in de marge* A.

muro laterali primodicte domus et aree, sito videlicet ad latus dicte domus dicte Elisabeth, perpetue edificare poterunt et edificia eius domus firmare per anchoras et alias in eodem muro ponere, prout de presenti existunt, semper vero ad commodum et utilitatem domus dicte Elisabeth, dum et quando eidem domui opus fuerit et necessarium, hoc salvo si huiusmodi edificans edificando in eodem muro aliquid fregerit, quod hoc suis propriis expensis reparabit absque dolo; promisit insuper super omnia et habenda huiusmodi recognitionem ratam servare et non contravenire.
Testes Boert et Monix, datum quarta marcii, secunda post Remistere.

R1272, fol. 327r
4 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Katherina, relicta quondam Johannis Bergers, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, ymmo ad redimendum unum modium siliginis hereditarie pactionis atque sex libras hereditarii census, de quibus in eodem testamento fit mentio, ut apparebat, peciam terre, quatuor hont terre vel circiter continentem, olim dicti quondam Johannis Bergers, sitam in parochia de Kessel, ad locum dictum Op Wijken, inter hereditatem domini de Bucstel ex uno et inter hereditatem vicarie ecclesie de Kessel ex alio, tendentem a fossato, dicto sDorpsgraft, ad fossatum, dictum den Bergerschen grave; insuper adhuc dimidium iuger terre vel circiter, situm in parochia de Maren, in loco dicto In den Maerschen Werdt, inter hereditatem Arnoldi Goessens ex uno et inter hereditatem Lodovici de Berkel, filii quondam Henrici ex alio, tendentem a Minori Mosa ad Mosam Maiorem; insuper unum et dimidium hont terre vel circiter, situm in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem dicti Lodovici ex uno et inter hereditatem capituli in Buscoducis ex alio, tendentem a dicto Minori Mosa ad dictam Maiorem Mosam, ut dicebat, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Arnoldi Brienen, ab eodem, promittens cum tutore et cum ea Heilwigis et Agnes, eius filie, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 327r
4 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dicta Katherina omnino ut iam supra, quemdam ortum, situm in parochia de Kessel, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Boudewini dicti Boyen die Poirter ex alio, tendentem cum fine reliquo ad quasdam hereditates, dictas Die Henghmeeden, ibidem, prout idem ortus ibidem situs est cum suis iuribus, ut dicebat, hereditarie vendidit Ade, filio quondam Willelmi Damen, ab eodem, promittens cum tutore et cum ea dicta Heilwigis et Agnes, eius filie, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto onere conservandi unam mensuram, dictam vadem, aggeris Mose, siti in dicta parochia, ad locum dictum Aen de Hagway, inter partem aggeris Mose Mathei Aelbertss. ex uno fine superius et inter partem aggeris Mose Johannis Goessenss. cum alio fine inferius, ut dicebat.
Testes, datum iam supra.

R1272, fol. 327r
4 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus, constitute igitur coram scabinis infrascriptis dicte Katherina necnon Heilwigis et Agnes, eius filie, cum tutore, palam recognoverunt et indivise super omnia et habenda dictis Henrico et Ade adhuc promiserunt quod ipse Willelmam, filiam Katherine et quondam Johannis Bergers predictorum, adhuc infra annos sue pubertatis existentem, dum eam (*aldus*) ad annos sue pubertatis deventa fuerit, coram scabinis opidi de Buscoducis super premissis ad opus dictorum Henrici et Ade facient renunciare et huiusmodi promissiones desuper facere, quemadmodum dicte Katherina, Heilwigis et Agnes hodierna die desuper fecerant et promiserant, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 327r
2 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Jacobus, filius Johannis Goyartss. de Gestel, promisit super omnia et habenda Johanne, uxori legitime Gerardi dicti Roelen, quinque libras monete Purificationis proxime futuro necnon totidem libras atque viginti quinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in moneta iam valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum secunda marcii, sabbato post Invocavit.

R1272, fol. 327v
6 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Arnoldus Paeuweter et Franco, filius quondam magistri Franconis de Langel, promiserunt ut debitores principales indivisi Theoderico, filio naturali quondam domini Leonii van der Horst, presbiteri, quod ipsi dabunt et solvent eidem Theoderico annuam et vitalem pensionem septem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Theoderici in festo Purificationatis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, de et ex quodam prato, dicto Den Vloet, duo iugera prati vel circiter continente, dicti Arnoldi, sito in parochia de Bucstel, inter semitam ecclesie ex uno et inter hereditatem domini de Bucstel ex alio et fine uno; item de et ex campo terre paludialis, duo iugera et quartam partem unius iugeri terre vel circiter continente, dicti Franconis, sito parochia de Roesmalen, in loco dicto In den Heesschen Vreede, inter hereditatem heredum quondam Herberti Hals ex utroque latere, tendente a quodam alio campo heredum quondam Gerongii van der Heiden ibidem sito ad aggerem, dictum den Hoofdyck, ut dicebat; promiserunt insuper warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno denario, braspenninc vocato, census fundi domino duci ex dicto campo dicti Franconis, prius annuatim e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum VI^{ta} marcii, quarta post Reminiscere.

R1272, fol. 327v
6 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Leonius van der Horst, presbiter, palam recognovit et super

omnia et habenda dictis Arnoldo et Franconi promisit quod ipse dominus Leonius exnunc deinceps dictam pensionem dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur annuatim termino predicto sic et taliter quod dictis fratribus Arnoldo et Franconi ad et supra se ac hereditates suas pretactas necnon reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro. Testes, datum supra.

R1272, fol. 327v
6 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dominus Leonius van der Horst, presbiter, promisit ut debitor principalis Theoderico, filio suo naturali, quod ipse dabit et solvet eidem Theoderico annuam et vitalem pensionem trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicti Theoderici et non ultra Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, de et ex domo, area, orto ac pecia terre, dicta hopvelt, sibi coadiacente, dicti domini Leonii, sitis in parochia de Vechel, in loco dicto In den Bolck, inter hereditatem heredum quondam Aelberti de Berse ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate domini Johannis de Strathen, presbiteri, ad hereditatem reliquam eiusdem domini Leoni, promittentis, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 327v
deze akte is onvolledig

Roverus, filius quondam Godefridi Roeverszoen, domum, aream et ortum etc.

R1272, fol. 328r
6 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Henricus, filius Heymerici Zebrechszoen, tamquam maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filie quondam Johannis de Dyeperbeeck, filii quondam Theoderici de Dyeperbeeck, domum, aream et ortum et molendinum olei cum omnibus suis attinentiis, olim Henrici dicti de Valkenborch, sitos in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, extra portam dictam Pynappelspoirt, inter hereditatem Henrici van der Rennen, fabri, ex uno et inter hereditatem Johannis Heymerix ex alio, hereditarie supportasset Roevero, filio quondam Godefridi Roeverss., prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Roverus supradictos domum, aream et ortum, quandam domum posteriorem dicte domui contigue adiacentem, in qua dictum molendinum olei stare consueverat, atque adhuc quandam aliam domum posteriorem cum suo fundo et attinentiis ibidem retro consistentem, prout iam premissa ibidem sita sunt, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus dedit ad hereditarium censum Henrico, filio quondam Henrici de Esch, cirothecario, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro duobus grossis antiquis census fundi domino nostro duci et hereditario censu duarum librarum monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio annuatim et hereditarie terminis solutionis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro annuo et hereditario censu triginta trium librarum dicte monete, dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, de et ex premissis, promittens super omnia et habenda

ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Rovero dictum hereditarium censum triginta trium librarum monete predicte anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto ex predictis bonis et hereditatibus.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 328r
6 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit dictus Henricus dictum censum triginta trium librarum dicte monete redimere perpetue, simul unapariter aut vicissim, videlicet cum sex libris pariter et non minus, scilicet quamlibet libram cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Roeverus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 328r
6 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda dicto Rovero novem libras monete necnon viginti unum consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 328r
6 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Henricus promisit super omnia et habenda eidem Rovero sex libras dicte monete necnon viginti unum consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 328r
6 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Idem Henricus promisit super omnia et habenda eidem Roevero tres libras monete necnon viginti unum consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 328v
6 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Johannes de Turnout, filius quondam Wolteri Coppens, pelliparius, hereditarie vendidisset Anthonie, filie quondam Danielis Ausems, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo seu camera cum suo fundo, sita in Buscoducis, in viculo dicto die Gasthuysstraet, quo itur a vico ecclesie versus vicum Hynthamenem, inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Henrici die Cremer ex alio, prout in litteris, et cum deinde dicta Anthonia, dicta communiter de Brelair de Vechel, begina dum vixerat Curie Maioris Beginarum in Buscoducis, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem, declarans inter cetera inibi contenta legasset fabrice ecclesie de Vechel seu Domine Nostre in eadem ecclesia unam libram hereditarii census de dicto hereditario censu quatuor librarum monete predicte, ut dicebat in quodam instrumento contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Georgius, filius quondam Ghysberti Corstiaenss. et Daniel, filius quondam Danielis Goyartss., tamquam magistri pro tempore fabrice ecclesie predicte, potentes ad hoc, ut dicebant, dictam unam libram hereditarii census hereditarie supportaverunt Woltero van der Rullen, filio quondam Henrici, simul cum dictis litteris et instrumento et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice ac Domine Nostre ibidem, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte fabrice ac Domine Nostre ibidem necnon ex parte dicte quondam Anthonie et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Roever, datum VI^{ta} marcii, quarta post Reminiscere.

R1272, fol. 328v
6 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Arnoldi Mutsartss., promisit ut debitor principalis Zegero, filio Johannis, filii quondam Arnoldi Meliss., quod ipse dabit et solvet eidem Zegero hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti promittentis, sitis in parochia de Gestel Herlaer (*aldus*), ad locum dictum Rumell, iuxta capellam ibidem, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter Dommellam ibidem fluentem ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Martini Brocx, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione unius modii siliginis, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum VII^{a} marcii, quinta post Reminiscere.

R1272, fol. 328v-329r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Adrianus, filius quondam Adriani dicti van der Hoeven, super medietate domus, aree et orti ac duarum camerarum cum earum fundis sibi lateraliter adiacentium, olim dicti quondam Adriani, dictorum communiter In den Moriaen, sitorum in parochia de Oisterwyck, in platea dicta die Kerckstraet; item super medietate unius modii siliginis mensure de Oisterwyck hereditarie pactionis, olim dicti quondam Adriani, quem unum modium siliginis quidam Gerardus dictus die Cremer ex certis suis bonis in Oisterwyc situatis, supra conum vici ecclesie ibidem; item super medietate undecim lopinorum siliginis hereditarie pactionis, quos quedam Margareta Joirdens ex certis contrapignoribus tot (*aldus*) Hoculem situatis, solvere

tenetur; item super medietate quatuor modiorum siliginis hereditarie pactionis, quos quidam Johannes dictus van den Wouwer, scultetus in Tilborch, annuatim solvere tenetur; item adhuc super medietate pecie terre mericalis, quam dictus quondam Adrianus in sua vita in Loen situatam habuit, atque adhuc super medietate summe viginti trium et dimidii florenorum Renensium, quam Elisabeth, relicta Arnoldi Hacken solvere tenetur dicto Adriano et eius sorori, ut dicebat, atque super toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus sororum tertie regule Sancti Francisci Domus ad Castrum Beate Marie, site in Buscoducis, ad locum dictum Den Ulenborch, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum VII[a] marcii, quinta post Reminiscere.

R1272, fol. 329r
deze akte is niet gepasseerd

Sorores[42] Mechteldis de Bucstel, mater, Dympna de Bucstel, procuratrix, Jutta, filia quondam Adriani van der Hoeven, conventualis dicte Domus ad Castrum Beate Marie, sororum tercie regule Sancti Francisci, site in Buscoducis, ad locum dictum Den Ulenborch, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Huberti de Herentals, patris et confessoris pro tempore dictarum sororum, cum tutore, super reliqua medietate premissorum in contractu immediate precedente comprehensorum atque iure, ad opus dicti Adriani hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte Domus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte domus et quarumcumque sororum eiusdem, presencium et futurarum, deponere.

R1272, fol. 329r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes de Kessel Janss. promisit super omnia et habenda Arnoldo, filio quondam Johannis Arnt Michielszoen, decem et octo florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, et unum maldrum siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos et siliginem in Buscoducis tradendum.
Testes Busco et Boert, datum VII[a] marcii, quinta post Reminiscere.

R1272, fol. 329r-329v
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Wolterus, filius quondam Petri van der Stappen, hereditariam pactionem trium modiorum minus uno lopino siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes, filius quondam Lamberti Willemszoen, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Woltero anno quolibet hereditarie Purificationis, et supra contrapignora infrascripta traditurum de et ex domo, area, horreo et orto, pariter duodecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum Lammerhove, inter hereditatem liberorum quondam Laurencii van der Hagen ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno; item ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dictam *(aldus)* Den Bollick, sita in dicta parochia, in loco dicto Dat Kerckvelt, inter hereditatem Gerardi van

[42] *in de marge:* Non est actum.

der Dussen ex uno et inter communem stegam seu plateam ex alio; item ex pecia terre arabilis, lopinatam terre vel circiter continente, sita in parochia et loco immediate dictis, inter hereditatem domini Johannis Carnificis, presbiteri, ex uno et alias undique ad hereditatem domini Johannis Back, militis, adiacente; item ex pecia terre arabilis, lopinatam terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem dicti domini Johannis Back, militis, ex uno et inter communem plateam ex alio; insuper ex domo quadam cum suo fundo, dimidiam lopinatam terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem dicti domini Johannis Back ex uno et inter communem plateam ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Zegero, filio quondam Johannis Elyaeszoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; promisit insuper sub obligatione premissa quod ipse Wolterus dictam pactionem deinceps termino solutionis predicto in opido de Buscoducis annuatim tradet et tradere tenebitur, absque contradictione.
Testes Busco et Kuyst, datum VII[a] marcii, quinta post Reminiscere.

R1272, fol. 329v
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum Jacobus, filius quondam Tyelmanni van den Boemen, unum modium siliginis mensure de Buscoducis hereditarie pactionis, solvendum hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendum ex domo, area, orto ac agro terre sibi adiacente, sitis in parochia de Nysterle, ad locum dictum Op die Hoeven, inter hereditatem Theoderici, filii naturalis Petri Janszoen, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Ghyersbergen ex alio; item ex pecia terre arabilis, sita in dicta parochia, ad locum dictum Vorstenbosch, inter hereditatem Johannis van der Bolst ex uno et inter communem stegam ex alio; insuper unum maldrum siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, solvendum hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendum ex medietate domus, aree et orti, sitorum in dicta parochia, ad locum dictum Op Wyen, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Johannis Geritss. van Herwarden ex alio; item ex septem vasatis terre, sitis ibidem, inter hereditatem Henrici Roveri Cuylmanssoen ex uno, et inter hereditatem Gerardi Wolffs ex alio; item ex medietate pecie terre, site op die Wouwer; item ex medietate hereditarie pactionis unius modii siliginis, quem modium siliginis Gysbertus Aben annuatim solvere tenetur op Vorstenbosch, hereditarie supportasset Woltero, filio quondam Petri van der Stappen, et cum deinde dictus Wolterus dictum unum maldrum siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportasset Zegero Janss., pannicide, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Zegerus dictum maldrum siliginis hereditarie pactionis sibi, ut premittitur, supportatum, hereditarie supportavit dicto Woltero van der Stappen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 329v-330r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Andreas, filius quondam Theoderici Henricxs., hereditarie vendidit Zegero, filio quondam Johannis Elyaeszoen, pannicide, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendam de et ex quodam campo terre

arabilis, maldratam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Hezewyck, tendente cum fine ad hereditatem Henrici dicti Arntszoen et alias undique ad communitatem ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque uno maldro siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 330r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 330r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius quondam Arnoldi Maeszoen, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Johannis Dircxs., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo adiacentibus, tres modiatas terre arabilis et tria bonaria terre pascualis vel circiter pariter continentibus, dicti Henrici, venditoris, sitis in parochia de Scijnle, in loco dicto In de Hautart, inter hereditatem heredum quondam Johannis Penninck ex uno et inter hereditatem Hermanni, filii Petri van der Hautart, ex alio, tendentibus a communitate ad hereditatem heredum quondam Lamberti van der Hautart et plurium aliorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem alias deponere, exceptis hereditario censu sex florenorum Renensium et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, hereditario censu decem librarum monete, hereditaria pactione unius modii siliginis, hereditaria pactione undecim sextariorum siliginis et hereditario censu duarum librarum dicte monete, atque censibus fundi ad quindecim stuferos ascendentibus, ex premissis et certis aliis suis hereditatibus, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Monix, datum supra.

R1272, fol. 330r
7 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum quadraginta peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, et denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 330r-330v
7 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Guedeldis, filia quondam Nycolai de Lairhoven, filii quondam Johannis de Lairhoven, Wolterus, filius Godefridi, filii quondam Johannis Goyarts, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam Johannis de Lairhoven, pariter genitus, Johannes et Arnoldus, fratres, filiorum (*aldus*) quondam Arnoldi Baeljuws, ab eodem quondam Arnoldo et quondam Aleide, sua uxore, filia dicti quondam Johannis de Lairhoven, pariter geniti, et Gerardus, filius quondam Arnoldi van der Hoeven, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie iamdictorum quondam Arnoldi Baeljuws et Aleidis, sue uxoris, cum tutore, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, quam pactionem iamdictam liberi Lamberti Lysen solvere consueverant anno quolibet Andree apostoli de et ex hereditatibus, sitis in parochia de Helvoert, ad locum dictum Die Leendonck, inter hereditatem Johannis de Haren Janss. ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, et quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predictum Katherina, filia quondam Laurencii de Lairhoven, relicta quondam Engberti dicti van Krekelhoven iunioris, filii quondam Engberti de Krekelhoven, Paulo, filio quondam Johannis dicti de Lairhoven, ad opus sui et ad opus Arnoldi et Willelmi dicti de Lairhoven, suorum fratrum, et Geertrudis, eorum sororis, liberorum dicti quondam Johannis de Lairhoven, dudum hereditarie vendiderant, ut videtur in litteris de Oisterwijc contineri, legitime et hereditarie supportaverunt michi ad opus Johannis Ghysselen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere simpliciter notanter.
Testes Kuyst et Boert, datum VII[a] marcii, quinta post Reminiscere.
Nota: acquitavit dictum unum modium siliginis.

R1272, fol. 330v
7 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Arnoldi van der Weteringen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherijne, sue uxoris, filie quondam Arnoldi van der Haghen, domum, aream et ortum cum hereditatibus et pratulo, dicto beemptken, sibi mutuo coadiacentibus, pariter septem lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aent Wybosch, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Scijndelmans ex alio et fine uno, tendentes cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi van der Hagen, prout iampremissa ibidem sita sunt, ut dicebat, dedit ad hereditarium censum Gerardo, filio quondam Gerardi van der Hommelhuzen, ab eodem Gerardo iure hereditario habendum et possidendum pro hereditario censu duarum librarum monete capitulo in Buscoducis, uno lopino siliginis Mense Sancti Spiritus in Scijnle atque uno modio siliginis hereditarie pactionis Henrico dicto de Orthen, institori, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandum et solvendum ab alio termino solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu novem librarum monete, dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, de et ex premissis, promittens super omnia et habenda pro premissis oneribus warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Johanni dictum censum novem librarum dicte monete anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto ex premissis; promisit

insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere atque ipse dictos hereditarium censum duarum librarum, unum lopinum siliginis et unum modium siliginis exnunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 330v-331r
7 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet duas libras pariter et non minus, videlicet quamlibet librarum cum septem peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 331r
7 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Theodericus Noot, filius Johannis Noot, hereditarium censum quinque librarum monete, quem censum Johannes Kanapart promiserat ut debitor principalis dicto Theoderico quod ipse daret solveret (*aldus*) eidem Theoderico anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex omnibus suis bonis, ab eo ad presens habitis ac imposterum ab eodem habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Hugonis Storymans, pistori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto Johanni Kanapart et sibi reservata sua potestate redimendi censum predictum, iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Boert, datum VII^{a} marcii, quinta post Reminiscere.

R1272, fol. 331r
8 maart 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus de Tuyll Janss., Gerardus dictus Damen et Johannes, filius quondam Marcelii de Ekart, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni de Herssel Dircxsoen, triginta duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Erpe et Monix, datum VIII^{a} marcii, sexta post Remiscere.

R1272, fol. 331r
8 maart 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Gerardus de Tuyll promisit super omnia et habenda dictos Gerardum Damen et Johannem, suos compromittentes, et eorum bona de dictis XXX^{ta} duobus florenis Renensibus atque dampnis indempnos servare.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 331r-331v
8 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dirck Wellens, als man ende monbaer Aleiten, zijnren huysvrouwen, ende Hubert, zoen wilneer Gerits van den Loeck, als man ende mombaer Lysbetten, zijnren huysvrouwen, dochteren wilneer Mathijs Colen, een camer met haeren gronde, staende in sHertogenbossche, in een cleyn straetken gelegen tegenover der grooter scolen, tusschen een camer aldair staende, toebehoerende den convent van den Predikeren bynnen der voirs. stat, aen deen zijde ende tusschen een ander camer aldaer staende, dairinne pleech te woenen heer Mathijs van Bergen anders geheiten Bor, priester, aen dander zyde, zoe dieselven camer aldair metter toebehoirten staende is, alse seeghden, hebben zij wittelic opgedragen Luytgarden, weduwe wilneer Henricx des Glaesmekers, tot behoef hare ende tot behoef Beatrissen, hare dochter, van denselven Luytgarden, ende Beatrissen, zoe lange zij beyde oft deen van hair in der menschelicheit leven zullen ende nyet langer, te hebbene, te gebruyckene ende te besittene, ende hebben die voirts helmelinge overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Dirck ende Hubert indivisi,, super omnia et habenda dat zij derselver Luytgarden ende Beatrissen ende der langste levende van hen beyden van der voirs. cameren sculdige ende gerechte zullen doen wairscap, ende dat zij allen commer ende aentael, in deselver camer wesende oft naemaels comende, derselver Luytgarden ende Beatrissen zullen afdoen gehelycken, uuytgesceiden drie ponden payments die men dair uuyt jairlix sculdich is te vergeldene, welke drie ponden voirs. die voirs. Luytgart ende Beatris, zoe lange zij beyde oft deen van hen leven zullen, jairlix ten termynen alse vallen, gelden ende betalen zullen alsoe dat den voirs. Dircken ende Huberden op hen, op die camer voirs. egenen commer en come in toecomende tyden, ende oick dat dieselver Luytgart ende Beatris ende die langstelevende van heur beiden, zoe lange zij zullen leven, die voirs. camer zullen houden, van dake ende wenden ende anderen haren toebehoirten, in goeden loofbairlijcken reparacien ende gereke, gelijc die voirs. Luytgart pro hoir (*aldus*) ende voir hair voirs. dochter dat alsoe heeft bekent, et super omnia et habenda dictis Theoderico et Huberto repromisit.
Testes Kuyst et Boert, datum VIII[a] marcii, sexta post Reminiscere.

R1272, fol. 331v
8 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Luytgardis predicta promisit super omnia et habenda dictis Theoderico et Huberto quinquaginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in alia pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 331v
9 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Nycolaus dictus Wijnen, filius quondam Alardi Wijnen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris,[43] hereditarie vendidit Udoni, filio quondam Johannis dicti Wychens, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duas maldratas terre vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Henrici, filii quondam Johannis Rutten, ex uno et inter hereditatem Lamberti Vilts ex alio, tendentibus a communi platea ad quendam aqueductum ibidem, dictum een waterlaet, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex vasis siliginis atque quadraginta sex stuferis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum IX[a] marcii, sabbato post Reminiscere.[44]

R1272, fol. 331v
9 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Hillegondis, uxor legitima magistri Jacobi de Audenhoven, medici, cum tutore, super quibuscumque bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis atque paratis, dicti magistri Jacobi, sui mariti, atque super toto iure dicte Hillegondi in eisdem quovismodo competente, ad opus quorumcumque creditorum interesse ad hoc habentium, legitime et hereditarie renunciavit effestucando modo in talibus consueto, promittens cum tutore ut debitrix principalis super se et bona sua omnia ratam servare.
Testes Kuyst et Boert, datum IX[a] martii, sabbato post Reminiscere.

R1272, fol. 332r
11 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Petrus,[45] filius quondam Rutgeri van den Laeck, promisit super omnia et habenda Andree, filio Arnoldi Andriess. van den Laeck, unum modium siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro, item adhuc unum modium siliginis eiusdem mensure necnon viginti sex peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in hiis denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis, et alios denarios seu pecuniam nae advenande, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos, et dictam siliginem in Oirschot tradendam.
Testes Kuyst et Monix, datum XI[a] marcii, secunda post Oculi.

R1272, fol. 332r
11 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Stephanus, filius quondam Philippi Goetscalcx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, filie quondam Ade dicti die Lu, promisit ut debitor principalis

[43] *door andere hand toegevoegd* filie quondam Petri Vaeck.
[44] *getuigen en datering door andere hand toegevoegd*.
[45] *bovenaan deze folio:* Obiit Johannes Ghysselen nona marcii, sabbato post Reminiscere, et successit in locum eius Mathias Brugman, qui prestitit iuramentum XVI[ta] marcii, sabbato post Oculi.

Lamberto, filio quondam Theoderici de Eyck Dircxs., ad opus sui et ad opus Willelmi, Gerardi, Petri et Michaelis, suorum fratrum, liberorum dicti quondam Theoderici de Eyck, quod ipse dabit et solvet eisdem Lamberto, Willelmo, Gerardo, Petro et Michaeli, fratribus, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex quarta parte ad dictum promittentem spectante in quodam manso, olim dicti quondam Ade die Lu, sito in parochia de Helmont, iuxta troncum beati Nycolai, episcopi, ibidem, atque de et ex iuribus et attinentiis eiusdem quarte partis mansi predicti, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 332r
11 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quinque peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactio anni redemptionis et arrestadiis, hoc prout dictus Lambertus pro se ipso et nomine dictorum suorum fratrum hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Stephano repromisit, hoc salvo quod idem Stephanus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis fratribus aut eorum alteri legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 332r
11 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Gerongii de Griensvenne, peciam terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continentem, sitam infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Griensvenne, inter hereditatem Rutgeri, filii dicti quondam Gerongii de Griensvenne, ex uno et inter hereditatem Heilwigis, filie dicti quondam Gerongii, ex alio, tendente ab hereditate Willelmi, filii quondam Rutgeri de Griensvenne, ad hereditatem Egidii Weygerganx, simul cum iure viandi a dicta pecia terre per et trans dictam hereditatem dicte Heilwigis usque ad et supra quandam stegam ibidem, dictam die Griensvensche stege, ad brevius spacium et minus dampnum, ut dicebat, hereditarie vendidit Rutgero, filio Johannis dicti de Griensvenne, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 332v
11 maart 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Wolterus, filius quondam Judoci Buyssen, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, pariter genitus, et Elisabeth, filia legitima eorundem quondam Judoci et Elisabeth, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, cum tutore, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter quatuor lopinatas terre vel circiter

continetibus, sitis in parochia de Helvoert, ad locum dictum Aen die Afterstraet, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Geritss., et suorum liberorum ex utroque latere; item ex quodam agro, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito in oppositum domus predicte, inter hereditatem Gerardi Michielss. ex uno et inter plateam ex alio, quam pactionem predictam primodicta Elisabeth, relicta dicti quondam Judoci Buyssen, erga Egidium, filium Theoderici dicti Monen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Theoderici, filii quondam Johannis Scoercops, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte primodicte quondam Elisabeth, relicte quondam Judoci Buyssen, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Monix et Roever, datum XI[a] marcii, secunda post Oculi.

R1272, fol. 332v
13 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Johannes Bonart Henricxs., institor, promisit super omnia et habenda Eufemie, filie Gerardi dicti Slozen, septuaginta duos et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter ad bursam currente pro quolibet computando, atque dimidium denarium, half vueryser vocatum, a Pasche proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes Busco et Roever, datum XIII[a] marcii, quarta post Oculi.

R1272, fol. 332v
deze akte is onvolledig

Magister Nycolaus Colen et dominus Willelmus de Wamel, tamquam deputati, et Nycolaus Langsmyt, tamquam receptor pro tempore

R1272, fol. 332v-333r
13 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Magister Nycolaus Colen atque domini Willelmus de Wamel et Nycolaus Langsmyt, presbiteri, perpetui beneficiati in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, videlicet iidem magistri Nycolaus et dominus Willelmus, tamquam deputati, et dominus Nycolaus, tamquam receptor capellanorum seu vicariorum in dicta ecclesia, et eo nomine potentes ad hoc, ut dicebant, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex pecia terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Erpe, ad locum dictum Op Empeldonck, inter hereditatem heredum quondam Petri Roefs ex uno et inter hereditatem Johannis van den Hoevel, filii quondam Goeswini van den Hoevel, ex alio; insuper ex pecia terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum die Royacker, inter hereditatem Symonis, filii quondam Petri Batensoenss., ex uno et inter hereditatem Johannis Herbertss. ex alio; insuper ex quodam prato, dicto den Boekelbeempt, quatuor plaustratas feni vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad locum dictum Op Eerlijkem, inter hereditatem heredum quondam Henrici Blaffarts ex uno et inter aquam ibidem fluentem, die Aa vocatam, alias undique adiacente, quem censum predictum magister Gerardus Wedigen, doctor in medicinis, erga Johannem Blaffart, filium quondam Henrici Blaffart, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum predictum dictus magister Gerardus in suo testamento prefatis cappellanis seu

vicariis in dicta ecclesia legaverat, ut videtur in quodam instrumento pubicto contineri, hereditarie supportaverunt Henrico dicto die Sceper, filio quondam Henrici, filii quondam Mathije de Beerwinckel, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, et cum arrestadiis trium annorum ultimo preteritorum, promittentes sub obligatione omnium bonorum dictorum cappellanorum seu vicariorum, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et quorumcumque aliorum capellanorum in dicta ecclesia, presencium et futurorum, necnon ex parte dicti quondam magistri Gerardi et suorum heredum deponere.
Testes Busco et Roever, datum XIII[a] marcii, quarta post Oculi.

R1272, fol. 333r
13 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda michi ad opus dictorum capellanorum seu vicariorum unam libram monete Purificationis proxime futuro unam et dimidiam libram *(aldus)* dicte monete a Purificationis proxime futuro ultra duos annos, item unam et dimidiam libram eiusdem monete a Purificationis proxime futuro ultra tres annos, item unam et dimidiam libras necnon novem peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra quatuor annos persolvendas.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 333r
13 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra in ambobus contractibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti magister Nycolaus, domini Willelmus et Nycolaus, nominibus quibus supra, pro se et suis successoribus, capellanis dicte ecclesie, palam recognoverunt et publice consentierunt dicto Henrico in casu quo eidem Henrico supradictus census via iuris evinceretur et hoc infra hinc et a Purificationis proxime futuro ultra quatuor annos, quod in illo casu idem Henricus a solutione dictorum novem peters erit quitus et penitus exoneratus, hoc salvo quod huiusmodi evictione facta dictus Henricus dictum hereditarium censum duarum librarum prefatum capellanis hereditarie resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et instrumento ac iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout idem Henricus hoc palam recognovit et super omnia michi ad opus dictorum capellanorum repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 333r
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Jacobus, filius quondam Johannis dicti Stockelmans, domum, aream et ortum, sitos in parochia de Oirscot, in pastoria de cymitherio, inter hereditatem decanatus ecclesie Oirscottensis ex uno et inter hereditatem reliquam ibidem dicti Jacobi ex alio, tendentes a platea, dicta die Koestraet, ad quondam fossatum ibidem, dictum een vlascuyll, simul cum iure utendi eodem fossato atque quodam puteo ibidem in hereditate dicti Jacobi consistente, omnino similiter dicto Jacobo, simul etiam cum iure viandi per et trans dictam hereditatem

dicti Jacobi versus ecclesiam de Oirschot predictam, ut dicebat, hereditarie vendidit Heilwigi, filie quondam Willelmi de Haren, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Busco et Monix, datum XIIII[ta] marcii, quinta post Oculi.

R1272, fol. 333v
deze akte is onvolledig

Petrus, filius quondam Jacobi Arntssoen, huiusmodi viginti peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando q

R1272, fol. 333v
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Petrus, filius quondam Jacobi Arntszoene, promisit super omnia et habenda Goeswino, suo fratri, filio dicti quondam Jacobi Arntszoene, quod ipse Petrus huiusmodi viginti peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, et unum maldrum siliginis, quos dictus Goeswinus coram scabinis in Geffen Petro Engbrechs. van Griensvenne dare et solvere promiserat sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur quod dicto Goeswino ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Busco et Kuyst, datum XIIII[ta] marcii, quinta post Oculi.

R1272, fol. 333v
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Arnoldus, filius quondam Jacobi Arntszoene, hereditarie vendidit Goeswino, suo fratri, filio dicti quondam Jacobi, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Geertrudis virginis, et pro primo solutionis termino a Geertrudis virginis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradendam de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectantem in octo hont terre vel circiter, sitis in parochia de Nulant, in loco dicto In Alden Polre, inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Theoderici Haertscheen, ex uno, et inter hereditatem Johannis Eyckmans Wautgerss. ex alio, tendentibus ad hereditatem Margarete et Elisabeth, sororum, filiarum quondam Arnoldi Jan Arntss., cum fine utroque, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 333v
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum triginta octo peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 333v-334r
14 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Johannes de Loen, filius quondam Willelmi, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans inter cetera inibi contenta legasset vicario ecclesie de Nulant hereditarium censum unius libre pagamenti, in Buscoducis ad bursam communiter currentis, de et ex omnibus et singulis suis bonis persolvendum pro anniversario ipsius et suorum parentum et Haze, sue uxoris, singulis annis et imperpetuum (*aldus*) per dictum vicarium in dicta ecclesia de Nulant more suo solito celebrando et faciendo, sub conditione inibi apposita et per dictum Johannem expressa quod heredes ipsius Johannis possint si velint huiusmodi libram redimere et acquitare pro et mediante septem florenis Renensibus semel dumtaxat persolvendis, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis magister Willelmus Bardeyn, tamquam vicarius pro tempore ecclesie de Nulant predicte, potens ad hoc eo nomine, ut dicebat, palam recognovit se recepisse a Willelmo de Achelen, proprietario pro tempore dictorum bonorum dicti Johannis de Loen, sitorum videlicet in parochia de Hees, summam vero septem florenorum Renensium, et hoc in acquitationem et redemptionem dicti hereditarii census unius libre pagamenti pretacti, clamans igitur dictus magister Willelmus nomine quo supra dictum Willelmum de Achelen ac bona pretacta atque quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de dictis septem florenis et censu predicto quitos, promittensque sub obligatione omnium bonorum ad dictam vicariam spectantium, eundem Willelmum de Achelen et bona sua pretacta de dicto censu et ab ulteriori solutione eiusdem census quitare, relevare et penitus indempnes observare, atque dictos receptos septem florenos Renenses hodierna die fore conversos pro consimili hereditario censu unius libre pagamenti predicti, ad opus vicarie ecclesie pretacte quoad et supra certa contrapignora, sita in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen spectantia, ad Johannem, filium quondam Wellini Wautgerszoene, iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis hodierna die desuper confectarum.
Testes Boert et Monix, datum XIIII[ta] marcii, quinta post Oculi.

R1272, fol. 334r
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Lambertus, filius Martini van der Moelen, cangieter, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Willelme, sue uxoris, filie quondam Mathie Hoefkens alias Kepkens, filii quondam Pauli Hoefkens, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam ex prato, dicto Die Cruysbeempt, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum In die Wertsche Hoeve, inter hereditatem Wolteri dicti Bloemart ex uno et inter hereditatem Wolteri et Theoderici, liberorum quondam Henrici dicti Dircxsoen van der Espedonck, ex alio; item ex duabus strepis terre, dictis Die Heysken Strepen, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Wolteri et Theoderici predictorum ex uno et inter hereditatem domini Marcelii dicti van der Sloegen, presbiteri, ex alio, quam pactionem predictam Johannes, filius quondam Jacobi sWitten, die spelmeker, vigore certarum litterarum sigillo conventus Sancte Clare in Wamel sigillatarum, dudum Elisabeth, filie Pauli Hoefken, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Bele, filie quondam Gerardi de Empel, ad opus Katherine, sue sororis, filie iamdicti quondam Gerardi, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare,

obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Willelme, sue uxoris, necnon ex parte dicte Elisabeth, filie quondam Pauli Hoefken, ac suorum quorumcumque heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Roever, datum supra.

R1272, fol. 334r-334v
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Lambertus palam recognovit et super omnia et habenda dicte Bele ad opus dicte Katherine, sue sororis, adhuc promisit in casu quo dicte Katharine infra spacium duorum annorum proxime futurorum non placuerit retinere pactionem predictam, ymmo libencius velle resignare, quod extunc idem Lambertus infra dimidium annum postquam sibi id intimatum fuerit, supradicte Katherine refundet et refundere tenebitur summam vero triginta novem et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, unacum pactione anni; quibus refusis eadem Katherina dictam pactionem prefato Lamberto eiusverso resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, omnibus contradictione, dolo et fraude postpositis penitus et remotis.
Testes Busco et Roever, datum XIIII^{ta} marcii, quinta post Oculi.

R1272, fol. 334v
14 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Domicella Johanna de Spralant, cum tutore, peciam terre circiter trium vasatarum, sitam in parochia de Berchen, ad locum dictum Cloets Hoff, inter hereditatem Zeberti Roelofszoen ex uno et inter hereditatem Johannis die Kale ex alio, tendentem cum uno fine ad et supra communem plateam et cum alio fine ad hereditatem Johannis Jannessoen, quam peciam terre predictam Lambertus Zebertssoen van den Kerchoff, als man ende mombaer Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Rodolphi Cloets, dicte domicelle Johanne dudum hereditarie vendiderat, ut videtur in litteris de Berchen contineri, hereditarie supportavit Goeswino, filio quondam Goeswini de Os, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 334v
14 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Goeswinus, filius quondam Goeswini de Os, promisit ut debitor principalis Goeswino de Brecht, quod ipse dabit et solvet eidem Goeswino de Brecht hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex dicta pecia terre, circiter trium vasatarum terre, sita in parochia de Berchen, ad locum dictum Cloets Hoff, inter hereditatem Zeberti Roelofsoene olim, nunc vero Theoderici die Hollander, ex uno, et inter hereditatem Johannis die Kale ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Johannis Jannessoen olim, nunc vero Bernardi, filii Arnoldi Berntss., que

pecia terre predicta dictus Goeswinus, filius quondam Goeswini, erga domicellam Johannam de Spralant hodierna die acquisierat iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis super hoc confectarum; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis una libra pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere, atque quod ipse infra annum proxime futurum supra dictam peciam terre construet et ponet ac construi et poni procurabit unam domum duarum ligatarum, dictarum van twe gebonden, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 334v-335r
14 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Goeswinus, filius quondam Goeswini, promisit super omnia et habenda dicto Goeswino de Brecht quinque et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 335r
14 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes dictus die Weyer Janss., Godefridus Collart Henricxs., Ghysbertus, filius Johannis Gerijs, promiserunt indivisi super omnia et habenda Goeswino de Brecht duos modios siliginis mensure de Buscoducis Jacobi apostoli necnon sex et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futura persolvendos, et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 335r
14 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Arnoldus van den Laeck Janss. promisit super omnia et habenda Johanni Spiker Dircxs. quadraginta septem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon sex consimiles stuvers a Pasche proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Busco et Roever, datum supra.

R1272, fol. 335r
14 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Wellini Wautgerss., hereditarie vendidit magistro Willelmo Bardeyn, vicario perpetuo ecclesie parochialis de Nulant, ad opus vicarie eiusdem ecclesie hereditarium censum unius libre monete, solvendum anno quolibet hereditarie Servacii episcopi, et pro primo solutionis termino a Servacii episcopi proxime futuro ultra annum, de et ex agro terre, decem et octo lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hijnden, inter hereditatem Hermanni Wonder ex uno et inter hereditatem Gerardi de Vladeracken ex alio, tendente cum fine utroque ad communes plateas; item ex domo, area et orto ac heredibus sibi adiacentibus, unam et

dimidiam maldratas terre vel circiter continentibus, eiusdem venditoris, sitis in parochia et loco iamdictis, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Yewani Kuyst ex alio et cum uno fine, tendente cum fine reliquo ad hereditatem dicti Hermanni, ut dicebat, ab eadem vicaria iure hereditario habendum et possidendum, dictamque pactionem dictus venditor prefato magistro Willelmo ad opus dicte vicarie supportavit et effestucando resignavit, effestucando modo in talibus consueto, et hoc in locum huiusmodi acquitati hereditarii census unius libre pagamenti predicti, quem censum Johannes de Loen, filius quondam Willelmi, in suo testamento vicario dicte ecclesie dudum legaverat ex omnibus suis bonis persolvendum, et quem censum Willelmus de Achel, tamquam proprietarius iamdictorum bonorum, hodierna redemit et acquitavit, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis ex dicto agro atque hereditario censu sex florenorum Renensium ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 335r
14 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Mathias de Herenthom Willemss. promisit super omnia et habenda Arnoldo Monix, filio quondam magistri Johannis Monix iunioris, viginti quatuor et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon tres et dimidium consimiles stuvers, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Omnium Sanctorum proxime futura persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 335v
14 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Henricus Janss., Jacobus Brantszoene, Johannes Roelof Sanderszoen, Henricus Laren et Johannes Meelkens promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni Dircxs. de Herssel quinquaginta florenos dictos Beyers gulden, XIIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Monix, datum XIIII^{ta} marcii, quinta post Oculi.

R1272, fol. 335v
15 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Ghysbertus, filius quondam Petri de Straten, hereditarie vendidit fratri Gerardo de Oldezael, conventuali conventus Montis Orientis fratrum Cruciferorum, siti in comitatu de Tekelenborch, diocesis Oesnaburgensis, ad opus eiusdem conventus hereditarium censum quinque aureorum florenorum, enckel gouden overlensche Rynsgulden vocatorum, de pondere secundum ordinationem monete pronunc existentem, solvendum anno quolibet hereditarie Martini hyemalis, et pro primo solutionis termino Martini proxime futuro, et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque exactionibus et oneribus libere tradendum de et ex domo et area, dicta Int Hert, domo posteriori, stabulo et orto ac suis attinenciis, dicti venditoris, sitis in Buscoducis, iuxta commune forum loci ibidem, inter hereditatem Lodovici Beys ex uno, et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Arnoldi

die Hoesch, et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicto communi foro retrorsum ultra Dyesam ibidem retro fluentem usque ad hereditatem magistri Johannis de Vladeracken, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu octo scudatorum antiquorum, hereditaria pactione dimidii modii siliginis, hereditario censu septem librarum pagamenti, hereditario censu quadraginta unius solidorum pagamenti, hereditarie censu triginta quatuor et dimidii florenorum Renensium, hereditario censu trium florenorum Renensium, diversis personis, atque censu fundi domino duci, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Boert et Roever, datum XV^{ta} marcii, sexta post Oculi.

R1272, fol. 335v
15 maart 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus frater Gerardus nomine dicti conventus hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus prefato Ghysberto, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 335v-336r
15 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Willelmus, filius quondam Henrici Voss, Lambertus, filius quondam Nycolai de Goederheyl, Petrus, filius quondam Wolteri van Henxthoevel, et Egbertus, filius dicti quondam Henrici Voss, hereditarie vendiderunt fratri Gerardo de Oldezael, conventuali conventus Montis Orientis ordinis Cruciferorum, siti in comitatu de Tekelenborch, diocesis Oesnaburgensis, ad opus eiusdem conventus hereditarium censum quinque aureorum florenorum, Rynsgulden communiter vocatorum, solvendum anno quolibet hereditarie Martini hyemalis, et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro, et in opido de Davantria libere ab omnibus precariis et exactionibus tradendum, de et ex medietate ad dictum Willelmum, ut dicebat, spectante in quadam camera et eius fundo, sitis in Buscoducis ad forum sub curtis cameris ibidem, inter hereditatem Gysberti, filii quondam Petri de Straten, ex uno, et inter hereditatem Johannis Hermanszoen de Bergen ex alio, tendentibus a dicto foro ad hereditatem heredum quodam Henrici van den Broeck, insuper adhuc ex medietate ad eundem Willelmum spectante in duabus cameris, sitis in Buscoducis in vico dicto die Tolbruggestraet, inter hereditatem Johannis Akarijns ex uno, et inter hereditatem Johannis die Pyper ex alio, tendentibus ad communes plateas cum fine utroque, item de et ex domo, area et domo posteriori ac suis attinenciis, dicti Lamberti, sitis in Buscoducis in vico tinctorum, inter hereditatem Godefridi Sterck ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti Int Leeuken, braxatoris, ex alio, tendentibus a iamdicto vico retrorsum usque ad aquam die Dyeze vocatam ibidem retro fluentem, item de et ex quodam prato dicto Den Brantbeempt, dicti Petri, sito in parochia de Gestel prope Oisterwyck, inter hereditatem heredum quondam Adriani Brieninx ex uno, et inter hereditatem eorundem heredum quondam Adriani ex alio, tendentibus cum uno fine ad quendam aggerem Goeswini de Brecht, item ex domo, area et orto dicti Egberti, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, infra ambas portas ibidem, inter hereditatem Willelmi dicti die Coman ex uno, et inter hereditatem Godefridi de Dueren, cultellificis, ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum usque ad aquam ibidem retro currentem, ut

dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, atque diversis censibus ad quatuordecim florenis Renensibus et quartam partem unius floreni ascendentibus ex dictis integris camera Sub Curtis Cameris sita, et duabus cameris in dicto vico die Tolbrugstraet vocato, item censu fundi ex dictis domo, area et domo posteriori dicti Lamberti, item censu fundi ad duodecim denarios, auder warten vocatos, domino duci, et quodam alio censu dicto den verkenchyns ex dicto prato dicti Petri, atque diversis censibus ad duodecim et dimidiam libras pagamenti ascendentibus ex dictis domo, area et orto dicti Egberti, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis conditionibus, quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue cum centum consimilibus aureis florenis Rynsgulden communiter vocatis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus frater Gerardus nomine dicti conventus hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum dicti conventus dictis venditoribus repromisit, atque quod dictus census stabit ad iura patrie, ut in forma.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 336r
15 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus palam recognovit et super omnia et habenda dictis Lamberto, Petro et Egberto promisit, quod ipse Willelmus dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet, redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur, sic et taliter, quod dictis Lamberto, Petro et Egberto ad et supra se et bona sua pretacta ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovisimodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 336v
15 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Fratres Gerardus de Oldenzael, conventualis, et Johannes Ebbers, donatus, conventus Montis Orientis ordinis Cruciferorum, siti in comitatu de Tekelenborch, diocesis Oesnaburgensis, potentes ad infrascripta vigore certarum litterarum ipsis a priore eiusdem conventus ac eodem conventu desuper concessarum, ut apparebat, hereditarium censum quinque aureorum denariorum Rynsgulden communiter vocatorum, solvendum hereditarie Martini hyemalis, et in opido de Davantria libere ab omnibus precariis et exactionibus tradendum, ex medietate camere Arnoldi, filii quondam Theoderici Gysbertss., site in Buscoducis ad forum, Onder die Cort Cameren, inter hereditatem Ghysberti, filii quondam Petri van Strathen, ex uno, et inter hereditatem Johannis Hermanssoen van Bergen ex alio, insuper ex medietate duarum camerarum eiusdem Arnoldi, sitarum in Buscoducis in vico dicto die Tolbrugge, inter hereditatem Johannis Akarijns ex uno, et inter hereditatem Johannis die Pyper ex alio, insuper ex domo et area Jacobi, filii quondam Vopponis Jacopss., sita in Buscoducis apud viam lapideam inter hereditatem Theoderici Hagens ex uno, et inter hereditatem Arnoldi van den Borne ex alio, quem censum predictum magister Henricus Pelgrom ad opus dicti conventus erga dictos Arnoldum et Jacobum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Lamberto, filio quondam Nycolai de Goederheil, et Petro, filio quondam Wolteri van Henxthoevel, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et

impetitionem ex parte eorum et dicti conventus et quorumcumque fratrum eiusdem conventus, presentium et futurorum, deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XV^{ta} marcii, sexta post Oculi.

R1272, fol. 336v
15 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes dictus die Molneer, filius quondam Arnoldi dicti die Molneer, filii quondam Arnoldi dicti die Molneer, terciam partem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantes, in domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico tendente a vico Hynthamensi versus capellam Sancti Anthonii, inter hereditatem Nenne, relicte quondam Johannis dicti van den Hoevel, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Arnoldi et Gerardi, fratrum, liberorum quondam Johannis dicti de Scorrick ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Arnoldus die Molneer, filius quondam Arnoldi die Molneer, erga dictos Arnoldum et Gerardum, fratres, liberos quondam Johannis de Scorrick, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio dicti quondam Arnoldi die Molneer, suo fratri, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi die Molneer, sui patris, ac suorum heredum in dicta tercia parte premissorum deponere; promisit insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris, de et ex premissis plus fore solvendum quam hereditarius census unius grossi antiqui domino duci exinde e iure solvendus, aut si dicto Arnoldo, suo fratri, de premissis imposterum aliquid iuridice evinceritur, quod dictus Johannes hoc plus et huiusmodi dampna portabit et portare tenebitur pro una tercia.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 337r
15 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Arnoldus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Johanni die Molneer ad spacium quatuor annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum, tres et dimidiam libras monete, Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, et in ultimo termino dictorum quatuor annorum adhuc viginti quatuor et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 337r
15 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Arnoldus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum liberis legitimis quondam Henrici, filii quondam Arnoldi dicti die Molneer, filii quondam Arnoldi die Molneer predicti, ad spacium duodecim annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum, tres libras monete, Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, et in ultimo termino dictorum duodecim

annorum adhuc viginti unum peters peters (*aldus*), XIX stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 337r
15 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Arnoldus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Henrico dicto van Waetselaere ad spacium duorum annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum, duas libras monete, Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis[46] a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et in ultimo termino eorundem duorum annorum adhuc quatuordecim consimiles peters.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 337r
15 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Arnoldus, filius quondam Arnoldi dicti de Woersel, filii quondam Arnoldi de Woerzel, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradenda, ex bonario terre, sito in parochia de Berlijkem ad locum dictum die Vedijc, inter hereditatem Wolteri Goetscalck ex uno, et inter hereditatem Johannis Kuyst ex alio, quam integram pactionem predictam secundodictus Arnoldus de Woerzel, filius quondam Arnoldi de Woerzel, erga Gerardum, filium quondam Mathie de Merlair, filii quondam Johannis Peterszoen, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, suo fratri, filio secundodicti quondam Arnoldi de Woerzel, filii quondam Arnoldi de Woerzel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi, sui patris, ac suorum heredum deponere; promisit insuper sub obligatione premissa, in casu in quo dicta pactio imposterum via iuris prefato Johanni evinceretur, aut si dictum bonarium terre imposterum iudice insufficiens inventum fuerit et non satissecurum, quod idem Arnoldus huiusmodi dampna et insufficientiam portabit et portare tenebitur, videlicet dumtaxat pro una medietate, omnibus dolo et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 337v
16 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Petrus, filius quondam Johannis Jacopszoene, domum, domistadium et ortum cum hereditatibus sibi adiacentibus, sitos in parochia de Scijnle ad locum dictum In die Broeckstraet, inter hereditatem Henrici die Piper ex uno, et inter hereditatem Katherine Theeus ex alio, quos domum, domistadium et ortum hereditatibus[47] predictis Elisabeth et Johanna, sorores, filie quondam Rycardi de Uden, prefato Petro pridem hereditarie vendiderant, ut videbatur in litteris de Scijnle contineri, hereditarie supportavit Godefrido,

[46] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt na* solutionis *het woord* termino.
[47] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt voor dit woord het woord* cum.

filio quondam Henrici Comans, ab eodem Godefrido, a Penthecostes proxime futuro ultra annum et non prius apprehendendos, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui, exceptis uno maldro siliginis hereditarie pactionis, duabus libris pagamenti, censu fundi, atque duabus et dimidia libris pagamenti de et ex premissis, annuatim e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Busco et Boert, datum XVI[ta] marcii, sabbato post Oculi.

R1272, fol. 337v
16 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Petrus, filius quondam Johannis Jacopszoene, promisit ut debitor principalis Godefrido, filio quondam Henrici Comans, tamquam marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Jacopszoene, quod ipse dabit et solvet eidem Godefrido hereditariam pactionem unius sextarii seminis raparum, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Gemonden tradet, de et ex quodam agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Gemonden ad locum dictum die Broecstraet, inter hereditatem Henrici die Pijper ex uno et uno fine, et inter communem plateam ex alio, item ex agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia inter hereditatem Henrici die Piper ex uno, et inter hereditatem Petri, filii quondam Johannis Jacopss., ex alio et fine uno, item ex pecia terre, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia inter hereditatem dicti Henrici die Piper ex uno et fine uno, et inter hereditatem dicti Petri, filii quondam Johannis Jacopssoen, ex alio, item ex quodam orto, unam lopinatam terre vel circiter continente, sito in predicta parochia inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem dicti Petri Jacopssoen ex alio, item ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia predicta inter hereditatem Henrici die Pijper ex utroque latere, tendente ab hereditate dicti Petri Jacopss. ad hereditatem Laurencii Dircxzoen, item ex quadam lignicrescentia, lopinatam terre vel circiter continente, sita in dicta parochia inter hereditatem heredum quondam Johannis de Woerzel ex uno, et inter hereditatem Henrici die Pieper ex alio et fine uno, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu duarum librarum monete, atque tribus maldris siliginis hereditarie pactionis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 337v-338r
16 maart 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Hugo, filius quondam Theoderici Hagen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, et Adrianus, filius quondam Aelberti Steenkenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Judoce, sue uxoris, filiarum quondam Johannis Henricxsoen, palam recognoverunt eis et dictis suis uxoribus sufficientem fore factam assignationem, iustum computum, realem satisfactionem, et rationem legalem per Johannem Jacopszoene et Ghijsbertum Sanderszoen, tutores et mamburnos dictarum suarum uxorum, de quibuscumque bonis earundem suarum uxorum, que ipsi Johannes et Ghysbertus nomine earundem suarum uxorum per prius sub se et eorum potestate et gubernatione habuerunt, clamantes igitur dicti Hugo et Adrianus, nomine quo supra, eosdem Johannem et Ghysbertum ac eorum bona de premissis quitos, promittentesque super omnia et habenda dictis Johanni et Ghysberto, quod

ipsi eosdem et eorum bona de et a quibuscumque impeticionibus et actionibus, quibus mediante occasione premissorum seu eorum regiminis et gubernationis pretactarum imposterum impeti possent in quocumque iudicio, spirituali vel temporali, seu alias quovismodo quitabunt, relevabunt et penitus indempnes observabunt.
Testes Monix et Roever, datum supra.

R1272, fol. 338r
16 maart 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Iamdicti Hugo et Adrianus, tamquam mariti ut iam supra, super quibuscumque causis, querelis et impeticionibus necnon differenciis quibus mediantibus ipsi sese impetere possent aut posset eorum alter et viceversa a quocumque tempore preterito, usque in diem presentem ex causa seu occasione bonorum dictarum suarum uxorum, seu alias occasione quacumque, atque super toto iure eis seu eorum alteri in premissis quovismodo competente, ad opus alterius eorundem hereditarie renunciaverunt et quilibet eorum renunciavit effestucando modo in talibus consueto, promittentes super omnia et habenda ratam servare, et quod ipsi contra premissa non facient neque venire procurabunt, nec quidquam attemptabunt per se, alium seu alios quovismodo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 338r
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Yewaens, hereditarie vendidit Guedeldi, filie Henrici Heesters hereditarium ce

R1272, fol. 338r
18 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugmans

Johannes, filius quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Yewaens, promisit ut debitor principalis Guedeldi, filie Henrici Heesters, quod ipse dabit et solvet eidem Guedeldi ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum sex libras monete Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante.
Testes Boert et Brugman, datum XVIII[a] marcii, secunda post Letare Jherusalem.

R1272, fol. 338r
18 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugmans

Dictus Johannes promisit super omnia et habenda dicte Guedeldi quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra quinque annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 338r
18 maart 1504

Jan van Boert en Matthijs Brugmans

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Guedeldis palam recognovit et publice consentiit dicto Johanni, quod quocumque anno dictorum annorum ipse idem Johannis dederit dictos XL[ta] duos peters, unacum censu eiusdem anni, quod tunc a censibus annalibus predictis depost proventuris in dictis annis tunc sequentibus, erit quitus et deoneratus.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 338v
18 maart 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Katherina, relicta quondam Henrici, filii quondam Lamberti van den Acker, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in duabus quartis partibus quorumcumque bonorum, mobilium et immobilium, hereditariorum et paratorum, in quibus bonis dictus quondam Henricus decessit et dicta Katherina suum ad presens habet et possidet usufructum, in illis videlicet duabus quartis partibus premissorum, que domino Theoderico, presbitero, et Katherine, eius sorori, liberis dictorum Katherine et quondam Henrici, per et post mortem eiusdem quondam Henrici, eorum patris, iure successionis hereditarie advolute sunt, et que eisdem domino Theoderico et Katherine, sue sorori, per et post[48] supradicte Katherine, eorum matris, adhuc advolvende sunt, quocumque locorum consistentes, site, solvende ac reperiende, ut dicebat, legitime supportavit michi ad opus eorundem domini Theoderici et Katherine, suorum liberorum, simul cum toto iure sibi competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes Kuyst et Brugman, datum XVIII[a] marcii, secunda post Letare Jherusalem.

R1272, fol. 338v
19 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Dominus Marcelius, presbiter, et Nycolaus, frates, filii quondam Nycolai dicti van den Houte, filii quondam Nycolai, Christianus, filius quondam Yngrami de Gravia, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Cornelie, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai van den Houte, domum, aream et ortum, quinquaginta quatuor pedatas et quartam partem unius pedate in longitudine, et decem et octo pedatas et tres quartas partes unius pedate ante, et decem et novem pedatas retro in latitudine continentes, sitos in Buscoducis in vico tendente a vico ecclesie versus puteum tinctorum, dicto die Putstraet, inter quandam viam ibidem ordinatam et sitam ad Godefridum, filium quondam Theoderici sByen, et Johannem dictum Zweders, filium quondam Godefridi, spectantem et remanentem ex uno latere, et inter hereditatem Arnoldi dicti de Doernen ex alio, tendentes ab hereditate seu domo posteriori dicti Johannis Zweders ad dictum vicum die Putstraet vocatum, pridem venditos dicto Nycolao van den Houte, filio quondam Nycolai, a Godefrido, filio quondam Theoderici sByen, et Johanne Zweders predictis, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Theoderico, filio quondam Gerardi dicti Dircxsoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte

[48] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt na* post *het woord* mortem.

Cornelie, necnon ex parte dicti quondam Nycolai van den Houte ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis oneribus in dictis litteris continentibus[49], atque adhuc hereditario censu duarum librarum monete, quem dictus quondam Nycolaus pridem ex premissis vendiderat aut solvere promiserat, salvis inquam conditionibus et ordinationibus in eisdem litteris comprehensis, eisdemque in suis vi et robore permansuris.
Testes Kuyst et Monix, datum XIX[a] marcii, tercia post Letare.

R1272, fol. 338v
19 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Theodericus promisit super omnia et habenda dicto domino Marcelio dumtaxat triginta octo et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum nunc valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 339r
19 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Theodericus promisit super omnia et habenda dicto domino Marcelio undecim et dimidiam libras monete necnon triginta octo et dimidium consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 339r
19 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Idem Theodericus promisit adhuc super omnia et habenda dicto domino Marcelio sex libras monete necnon quadraginta duos consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 339r
19 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Michaelis van der Weteringen, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Hugonis Storymans, pistori, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Geertrudis virginis, et in Buscoducis libere absque omnibus oneribus et exactionibus tradendam, de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, septem lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Scijnle ad locum dictum Aen dWybosch, inter hereditatem Henrici van den Hoevel ex uno, et inter hereditatem Bartholomei dicti die Smyt ex alio, tendentibus ab hereditate reliqua dicti venditoris ad communem plateam, item ex pecia terre arabilis, sex lopinatas terre, et campo terre, unius iugeris vel circiter, sibi finaliter adiacentibus, sitis in dicta parochia in loco dicto In Errenborch, inter hereditatem Johannis Spierinck ex uno, et

[49] *waarschijnlijk is dit woord een verschrijving voor* contentis, *dat hier gebruikelijk is.*

inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex alio et uno fine, ad hereditatem Jordani de Boert, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis, et hereditario censu septem librarum monete, ex dictis domo, area et orto ac hereditatibus dicti venditoris, atque hereditarie pactione unius maldri siliginis, mensure de Buscoducis, ex dictis pecia terre et campo sibi adiacente, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 339r
19 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem (*hier ontbreekt het woord* in) pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 339r
deze akte is onvolledig

Udo de Bruheze, relictus legitimus quondam Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Ade, filii quondam Godefridi Symonszoen, usufructum et ius sibi, ut dicebat, competentem in domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Lyttoyen inter hereditatem Laurencii Boyen ex uno, et inter quendam ortum dictum een leenhoefken ex alio, tendentibus a communi platea ad quoddam fossatum den Wertgrave

R1272, fol. 339r-339v
19 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Udo de Bruheze, relictus legitimus, ut dicebat, quondam Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Ade, filii quondam Godefridi Symonss., usufructum et ius sibi, ut dicebat, competentem in domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Littoyen inter hereditatem Laurencii Boyen ex uno, et inter quendam ortum dictum Dat Leenhoefken ex alio, tendentibus a communi platea ad fossatum dictum den Wertgrave, item in iamdicto orto Dat Leenhoefken vocato et in quadam hereditate dicta Dat Leen sibi adiacente, sitis ibidem inter predictas hereditates cum pluribus aliis ex uno, et inter hereditatem Willelmi Lambert Ghybens. et inter hereditatem conventus Sancte Geertrudis in Buscoducis ex alio, tendentibus a communi platea usque ad Mosam ibidem fluentem, item adhuc in quodam domistadio dicto Claess hostadt, sito ibidem inter communem plateam ex utroque latere et fine utroque, item adhuc in quodam alio domistadio ibidem sito, dicto Daem Coppen hostadt, inter communem plateam ex uno et inter communitatem ex alio et fine utroque, item adhuc in quodam campo terre, octo hont vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem heredum quondam Bernardi Byekens ex uno, et inter communitatem ex alio et fine utroque, item adhuc in quodam insula dicta uuyterwert, decem virgatas terre vel circiter in latitudine continente, sita ibidem inter hereditatem Johannis Kanapart ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Goeswini Ghysels ex alio, tendente a quodam fossato dicto den Wertgrave usque ad

Mosam ibidem currentem, item adhuc in quatuor iugeribus terre vel circiter, sitis in dicta parochia ad locum dictum Den Nodden hoevel, inter hereditatem olim Petri de Waderen ex uno, et inter hereditatem Johannis de Os et Constantini Bernt Biekenss. ex alio, tendente a communi via dicta den gemeynen Tiendwech ad aggerem dictum den Polredyck, item adhuc in tredecim et dimidio hont terre vel circiter, sitis in dicta parochia in loco dicto In Janshoeve van Macharen, inter hereditatem prepositure de Merssen ex uno, et inter hereditatem Mechteldis, relicte Johannis Clyngen, et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate conventus de Porta Celi prope Buscumducis ad hereditatem Arnoldi de Kouwen, item in uno iugere terre vel circiter, sito in dicta parochia in loco dicto In den Ertssetell, inter hereditatem Petri Willemss. iunioris, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Tielmanni de Zonne et quorundam aliorum ex alio, tendente a quadam via dicta den Tiendwech, ad hereditatem heredum quondam Henrici dicti Beeck Steynssen, item adhuc in uno iugere terre vel circiter, sito in eadem parochia in loco dicto In de Bree Twee Hoeven, inter hereditatem Theoderici dicti Bernts ex uno, et inter hereditatem heredum Henrici Clyngen ex alio, tendente ab aggere dicto den Polredyck ad hereditatem heredum Tyelmanni de Zonne, item adhuc in dimidio iugere terre sito ibidem, inter hereditatem dicti Theoderici Bernts ex uno, et inter hereditatem pauperum et fabrice ecclesie de Littoyen ex alio, tendente cum fine utroque ad hereditatem dicti Theoderici Bernts, ut dicebat, legitime supportavit fratri Willelmo, filio Udonis et quondam Heilwigis predictorum, priorique conventus fratrum Predicatorum in Buscoducis, atque fratri Arnoldo, filio eorundem Udonis et quondam Heilwigis, conventualique dicti conventus fratrum Predicatorum, ad opus eiusdem conventus, et effestucundo resignavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, et non contravenire quovismodo, ut in forma.
Testes Busco et Boert, datum XIX[a] marcii, quarta post Letare.[50]

R1272, fol. 339v-340r
19 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Willelmus, prior predictus, necnon Johannes van den Hoevel, supprior, dicti conventus fratrum Predicatorum, nomine et ex parte eorum et eiusdem conventus, potentes ad hoc, ut dicebant, promiserunt se daturos et soluturos dicto Udoni de Bruheze annuam et vitalem pensionem triginta duorum florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Udonis et non ultra, in festo Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, de et ex omnibus bonis dicti conventus, ab eodem conventu ad presens habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 340r
19 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu .A. signato, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti fratres Willelmus, prior, et Johannes van den Hoevel,

[50] *in de linkermarge van fol. 339v staat bij deze akte:*. A .

supprior, pro se et nomine dicti conventus palam recognoverunt et sub obligatione omnium[51] eiusdem conventus, presentium et futurorum, dicto Udoni promiserunt quod ipsi et dictus conventus quecumque debita dicti Udonis, in quibus idem Udo pronunc diversis personis obligatur, saltem quoad summam centum et septuaginta quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, dabunt et persolvent ac dare et persolvere tenebuntur, sic et taliter, quod dicto Udoni ad et supra[52] et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.[53]

R1272, fol. 340r
19 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu .A. signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Otto, filius dictorum Udonis et quondam Heilwigis, palam recognovit et super omnia et habenda dictis fratri Willelmo de Bruheze, priori, et fratri Johanni van den Hoevel, suppriori, dicti conventus fratrum Predicatorum, ad opus eiusdem conventus promisit, quod post mortem dicti Udonis, sui patris, supradictus ortus, dictus dat Leenhoefken, et dicta hereditas, dicta dat Leen, sibi coadiacens, non obstante quod bona feodalia sunt, succedent et iure hereditario devolventur videlicet pro duabus terciis partibus ad dictum conventum, et pro reliqua tercia parte ad ipsum, Ottonem, atque quod ipse Otto post vero decessum eiusdem sui patris semper ad requestam dicti conventus coram domino et hominibus feodalibus a quo premissa in feudum dependent, comparebit et ibidem eundem conventum ore et manu, ut moris erit, in duabus terciis partibus eorundem bonorum feodalium firmabit et firmare tenebitur, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 340r-340v
19 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Want alsoe gesciet is ut supra in contractibus .A. et .B. signatis, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Otto ende heeft openbairlic bekent et super omnia et habenda den voirs. bruederen Willemen, prioir, ende Jannen van den Hoevel, supprioir, des voirs. conventus tot behoeff des selfs conventus geloeft als dat hij, Ott, nae dode des voirs. Udens, zijns vaders, in der voirs. sculden dragen ende betalen sal zijn gedeelte nae quantiteyte zijnre porcien ende oft tvoirs. convente ennige chynsen oft pachten uuyten voirs. gueden, die vrijende, by den leven des voirs. Udens afqueete, dwelck tselve convente sal moigen doen, ende Ott zijn penningen by de penningen des voirs. convents totter lossinge nyet en leeghden ende dat by den leven desselfs Udens oft ter stont nae zijnre doot, dat in dien gevalle zulke gebreck als alsdan in dien van Ottens wegen geboirt weer oft geboirden in der betalinge der voirs. sculden oft bylegginge voirs., dat Ott nae quantiteyt zijnren voirs. porcien sculdich weer te dragen ende by te leggen, tvoirscreven convent sal moigen innen aen de voirs. gueden als aen tgedeelt dat Otten voirs. dair af sal comen ende toebehoeren, ende sal oick tselve convente die chynsen ende pachten by hem alleen uuyten gueden voirs. uuytgeleeght, aen de

[51] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt hier het woord* bonorum.
[52] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt na* supra *het woord* se.
[53] *in de linkermarge staat bij deze akte:* . B .

selve gueden moigen houden ende nae quantiteyte diere uuytlegginge daer inne vorder gerecht wesen, ende al sonder fraude, droch ende argelist.
Testes Busco et Boert, datum XIX[a] marcii, quarta post Letare.

R1272, fol. 340v
20 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Johannes, filius quondam Ghiselberti Pinge, relictus quondam Christine, sue uxoris, filie quondam Johannis Deenis, usufructum sibi competentem in quibuscumque domus utensilibus, bonis, mobilibus et paratis, dictis erfhave, in quibus dicta quondam Christina decessit et dictus Johannes suum ad presens habet et possidet usufructum in illis videlicet bonis et domus utensilibus, que Johanni et Heilwigi, eius sorori, liberis dicti quondam Johannis Denis, per et post mortem dicte quondam Christine, eorum dum vixit sororis, iure successionis hereditarie advoluta sunt, et que eisdem Johanni et Heilwigi post mortem predicti Johannis adhuc advolvenda sunt, quocumque locorum reperienda et consistentia, ut dicebat, legitime supportavit dictis Johanni et Heilwigi, eius sorori, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Boert et Brugman, datum XX[a] marcii, quarta post Letare.

R1272, fol. 340v
20 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum[54] constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes et Heilwigis, eius soror, cum tutore, premissa hereditarie supportaverunt primodicto Johanni, filio quondam Ghiselberti Pinge, et effestucando promittentes, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 340v
21 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Wellini Wautgerss., promisit super omnia et habenda michi ad opus Henrici, filii Jacobi de Engelen, decem et octo florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Busco et Monix, datum XXI[a] marcii, quinta post Letare.

R1272, fol. 340v-341r
21 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Petrus, filius quondam Lamberti Venmans, et Anthonius, filius Arnoldi Storymans, promiserunt indivisi super omnia et habenda domino Laurencio de Eyck, presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Laurencio ad spacium quatuor annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, novem florenos Renenses,

[54] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt hier het woord* esset.

XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis communiter currente pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum, et pro primo solutionis termino a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dicto annorum spacio durante, occasione locationis duorum camporum terre dicti domini Laurencii, sitorum ad locum dictum Opt Oetheren, ut dicebant.
Testes Boert et Monix, datum XXI^{a} marcii, quinta post Letare.

R1272, fol. 341r
21 maart 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Erenbertus, filius quondam Lodovici van der Strypt, promisit super omnia et habenda Adriano et Geertrudi, eius sorori, liberis Leonardi, filii quondam Henrici Hermanss., viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, atque tres quartas partes unius consimilis floreni Renensis, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 341r
21 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Petrus, filius quondam Henrici Arntszoen, hereditarie vendidit Hermanno Tollart Peterszoen hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis libere tradendam, de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, septem vasatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Os ad locum dictum Aent Dorsselaer, inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Henrici Jan Oems, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Theoderici, filii quondam Henrici Ghybenzoen, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Marcelii de Goch, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 341r
21 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante tredecim aureis florenis Renensibus, dictis enckel gouden Rynsgulden van gewichte, vel vero valore eorundem in alia bona pecunia, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 341r-341v
21 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Maria, relicta quondam Lamberti van der Hautart, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duodecim lopinatas

terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle in loco dicto In de Hautart, inter hereditatem Henrici, filii Arnoldi Maeszoen, ex uno, et inter hereditatem Willelmi van den Hornick ex alio, tendentibus fine utroque ad communem plateam, item in agro terre, dicto den Heyacker, maldratam terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem dicti Willelmi ex uno, et inter hereditatem Willelmi Keelbreker ex alio, tendente cum utroque[55] ad communem plateam, item in agro terre, dicto den Duerendonck, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Henrici die Smyt ex utroque latere, tendente ab hereditate dicti Henrici, filii Arnoldi Maeszoene, ad communem plateam, item in pecia terre pascualis, tres pastus vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem Henrici, filii Arnoldi Maeszoen predicti, ex uno, et inter hereditatem dicti Willelmi van den Hoernick ex alio, tendente a quodam campo dicto Willem Everts Camp, et hereditate Willelmi Keelbreker ad communem plateam, item in quodam prato, duo bonaria prati vel circiter continente, dicto den Auden Beempt, sito in dicta parochia in loco predicto In de Hautart vocato, inter hereditatem Johannis, filii Arnoldi Maeszoen, ex uno, et inter hereditatem Henrici Delis ex alio, tendente ab hereditate dicti Henrici Arnt Maeszoen ad hereditatem Willelmi van den Venne Janss., item adhuc in quodam campo dicto Willem Everts Camp, duo bonaria prati vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Henrici Arnts Maeszoen ex uno, et inter hereditatem dicti Willelmi Keelbreker ex alio, item adhuc in quadam pecia hereditatis dicta hopvelt, tres lopinatas terre, et in quadam pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sibi adiacente, sitis in dicta parochia in dicto loco In de Hautart vocato, inter hereditatem Henrici die Smyt ex uno, et inter communem plateam ex alio latere et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Henrici Arnts Maeszoen, item in agro terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia in loco dicto In dElschot, inter hereditatem Hermanni van den Hautart ex uno, et inter hereditatem Johannis de Asten ex alio, tendente ab hereditate Katherine dicte van den Bogart, vidue, et eius liberorum ad communem plateam, ut dicebat, legitime supportavit Arnoldo et Gerardo, fratribus, liberis Marie et quondam Lamberti predictorum, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Boert et Brugman, datum XXI[a] marcii, quinta post Letare.

R1272, fol. 341v-342r
21 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnoldus et Gerardus, fratres, legitime et hereditarie vendiderunt Gerardo de Eyck Rutgerss. hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] novos stuvers per archiducem Philippum, archiducem modernum Austrie, ducem Bourgoindie, Brabantie etc., pronunc monetatos, vel valorem eorundem in moneta aurea seu argentea quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Annunciationis Marie, et pro primo solutionis termino ab Annunciationis Marie proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omnibus precariis ceterisque oneribus et exactionibus tradendum, de et ex premissis necnon de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, modiatam terre vel circiter continentibus, dicti Gerardi, sitis in parochia predicta in loco dicto In de Voert, inter hereditatem Willelmi Keelbreker et hereditatem Willelmi Reynerss. ex uno, et inter communem viam alias undique adiacentibus, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi atque diversis pactionibus ad quatuor et

[55] *in afwijking van de gebruikelijke formulering ontbreekt na* utroque *het woord* latere.

dimidium modios, quinque et dimidium sextaria siliginis ascendentibus, ac diversis censibus ad quindecim libras pagamenti taxatis, et una quarta vini, de et ex primodictis bonis et hereditatibus, atque uno modio siliginis hereditarie pactionis, et duabus libris pagamenti ex ultimodictis domo, area, horreo, orto et hereditatibus dicti Gerardi, dumtaxat, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 342r
21 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo, quod idem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 342r
21 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo, suo fratri, repromisit quod idem Gerardus exnunc deinceps dictum censum dabit et solvet necnon redimet et acquitabit, dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur, sic et taliter, quod dicto Arnoldo ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 342r
deze akte is onvolledig

Nycolaus, filius Johannis, filii quondam Nycolai Wouterss., et Wolterus dictus van den Nuwenhuys Janssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat. Margarete, sue uxoris, filie quondam Nycolai Wouterszoen, dimidium iuger terre vel circiter, olim dicti quondam Johannis Claes Wouterss., situm in parochia de Empel in loco dicto In de Uuterste Slaigen, inter hereditatem domini Gerardi de Beest, canonici in Buscoducis, ex uno, et inter hereditatem Lamberti Henricxs. et Tyelmanni Thijszoene, eius sororii, ex alio, tendens a communi aqueductu dicto die gemeyn weteringe ad hereditatem fabrice ecclesie de Empel[56]

R1272, fol. 342r-342v
22 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Nycolaus, filius quondam Johannis, filii quondam Nycolai Wouterszoene, et Wolterus van den Nuwenhuyse, filius quondam Johannis van den Nuwenhuyse, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai Wouterszoen,

[56] *in de marge:* vacat

dimidium iuger terre vel circiter, olim dicti quondam Johannis, filii quondam Nycolai Wouterszoen, nunc vero ipsos, ut dicebant, spectans, in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Empel in loco dicto In de Uuterste Slaigen, inter hereditatem domini Gerardi de Beest, canonici in Buscoducis ex uno, et inter hereditatem Lamberti Henricxs. et Tielmanni Thijszoene, eius sororii, ex alio, tendente a communi aqueductu dicto die gemeyn weteringe ad hereditatem fabrice ecclesie de Empel, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Johanni, filio quondam Henrici Peterszoene, ab eodem, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet quivis eorundem venditorum pro una medietate, warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet onere conservandi tres virgatas aggeris, sitas in Reyghersvliet, in oppositum hereditatis Lamberti Henricxs., inter partem aggeris Petri Lambertss. cum uno fine superius, et inter partem aggeris Dionisii dicti Deen Hermanss. cum alio fine inferius, ad dictum dimidium iuger terre e iure conservandum spectante, atque adhuc onere ex dicto dimidio iugere terre solvendi tertiam partem huiusmodi quatuor librarum pagamenti, quas Johannes Peterss. van den Hoevel annuatim solvendas habet ex dicto dimidio iugere terre et certis aliis contrapigneribus, sitis in eadem parochia eidem dimidio iugeri terre contradivisis, que onera pretacta videlicet dictas tres virgatas terre et dictam tertiam partem dictarum quatuor librarum exnunc deinceps conservabit et solvet necnon conservare et solvere tenebitur dictus Johannes, filius quondam Henrici Peterszoen, sic et taliter, quod dictis venditoribus ad et supra se et bona sua ac supra bona seu dicta contrapignera, dicto dimidio iugeri terre contradivisa dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXII[a] marcii, sexta post Letare.

R1272, fol. 342v
22 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Petrus Bardeyn promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum rectori Sanctorum Apostolorum in ecclesia de Os de secunda portione sub Sancta Cruce hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Os, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Os tradendam, ex pecia terre arabilis, quinque maldratas terre vel circiter continente, sita in parochia de Os ad locum dictum Op Hoevelen, item ex pecia terre, unam modiatam terre vel circiter continente, sita in dicta parochia ad locum dictum Hazevenneken, tali annexa conditione, quod ipse dictam pactionem infra spacium decem annorum redimere et acquitare poterit cum quadraginta florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem in alia pecunia valuata pro quolibet computando, et cum deinde dictus Petrus huiusmodi redemptionem seu acquitationem legitime suportasset Henrico, filio quondam Stephani Heynens., prout in diversis[57], constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus dictam redemptionem legitime supportavit Johanni de Heesbeen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 342v-343r
23 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

[57] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt hier het woord* litteris.

Henricus, filius quondam Stephani dicti Heynens., peciam terre arabilis, quinque maldratas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os ad locum dictum Op Hoevelen, inter hereditatem Henrici Strick ex uno, et inter hereditatem Egidii van der Zoe ex alio, item peciam terre, unam modiatam terre vel circiter continentem, sitam in dicta parochia ad locum dictum Hazevenneken, inter hereditatem Boudewini, filii quondam Ricoldi Boukenszoen, ex uno, et inter hereditatem Henrici Strick ex alio, quas pecias terre predictas dictus Henricus erga Petrum Bardeyn acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Heesbeen, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis conditione, recognitione et repromissione in dictis litteris contentis, quas conditionem, recoginitionem et repromissionem dictus Johannes de Heesbeen adimplebit et adimplere tenebitur, sic et taliter, quod dicto Henrico dampna exinde non eveniant in futuro, prout idem Johannes hoc palam recognovit et sub obligatione dictarum peciarum terre dicto Henrico repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 343r
23 maart 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Jacobus, filius quondam Johannis Heer, carnificis, promisit super omnia et habenda michi ad opus Johannis de Herssel, filii quondam Theoderici, quadringentos et decem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos.
Testes Roever et Brugman, datum XXIII^{a} marcii, sabbato post Letare.

R1272, fol. 343r
23 maart 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Arnoldus, filius quondam Wolteri van Craendonck, pratum quoddam, situm infra parochia de Tongelre, cum uno latere iuxta hereditatem liberorum quondam Johannis Bloyss., et cum alio latere iuxta hereditatem Everardi Loexken et plurium aliorum, cum uno fine iuxta hereditatem dominii de Craendonck, et cum alio fine ad Dommellam ibidem, quod pratum predictum Willelmus, filius Theoderici Pouwelss., tamquam maritus et tutor legitimus Marie, sue uxoris, filie legitime Wolteri Venmans, supradicto Arnoldo hereditarie supportaverat, ut videbitur in litteris de Woenssel contineri, hereditarie supportavit michi ad opus Mechteldis, relicte quondam Johannis Keymp, et ad opus Hadewigis, relicte quondam Gerardi Keymp, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens sub obligatione cuiusdam mansi ad ipsum, Arnoldum, ut dicebat, spectantis, siti in parochia de Woenssel ad locum dictum Ekart, necnon sub obligatione iurium et attinenciarum eiusdem mansi, singularum et universarum, quocumque locorum consistentium ac reperiendarum, atque super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duodecim stuferis, diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 343r
23 maart 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Theodericus de Gulpen Janss. promisit super omnia et habenda michi ad opus Petri Pryker viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, infra mensem maii proxime futurum persolvendos.
Testes Roever et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 343r-343v
27 maart 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Paulus, filius quondam Mathie Hoefkens, filii Pauli Hoefkens, et Agnes, sua soror, filia eiusdem quondam Mathie Hoefkens, de primo vero thoro dicti quondam Mathie, Lambertus, Johannes et Oda, liberi dicti quondam Mathie de secundo vero thoro eiusdem quondam Mathie, Petrus Knoeden, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, et Lambertus, filius Martini van der Moelen, cangieter, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Willelme, sue uxoris, filiarum dicti quondam Mathie, eciam de secundo thoro dicti quondam Mathie, cum tutore, domum et aream ac molendinum quo teritur oleum, cum suis requisitis et attinentiis, et partem orti, sitos in Buscoducis ad finem vici Orthensis ultra pontem dictum Zevensneeusche brugge, inter hereditatem olim Franconis die Becker, nunc Coenrardi Keymp ex uno, et inter hereditatem quondam Theoderici, filii quondam Ghiselberti Celenzoen, muro quodam lapideo interiacente, ex alio, tendentes a communi vico versus communem aquam dictam die Haven, et que pars orti predicti tendit a quodam muro, steenen gevel communiter vocato, versus aquam die Haven vocatam, ad longitudinem octuaginta unius pedatarum usque ad residuum eiusdem orti, simul cum iure utendi quodam transitu ibidem, qui tendit versus dictam aquam necnon quibusdam cloaca et gradu aquatili iuxta aquam predictam ibidem consistentibus, similiter possessoribus duarum aliarum domorum et arearum dicti quondam Theoderici, ibidem contigue adiacentium, simuleciam cum medietate dicti muri lapidei et cuiusdam guttarii desuper consistentis, inter predictam domum et aream et inter reliquam domum et aream dicti quondam Theoderici ibidem sitis, pridem supportatis Mathie Hoefkens, filio Pauli Hoefkens, a Ghiselberto, filio dicti quondam Theoderici, filii quondam Ghiselberti Celens., prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Ghiselberto, filio quondam Johannis, filii quondam Ghiselberti Janss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Mathie Hoefkens et suorum heredum deponere.
Testes Busco et Brugman, datum XXVII^{a} marcii, quarta post Iudica.

R1272, fol. 343v
26 maart 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Lambertus van den Polder, filius quondam Cornelii Symonss., et Elisabeth, eius uxor legitima, filia Theoderici Goyartss. van den Eynde, promiserunt indivisi super omnia et habenda Arnoldo Monix, filio quondam magistri Johannis Monix iunioris, sexaginta octo florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, mediatim Remigii confessoris et mediatim a Pasche proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Busco et Kuyst, datum XXVI^{ta} marcii, tercia post Iudica.

R1272, fol. 343v
26 maart 1504

Jan van Boert en Matthijs Brugman

Arnoldus Roelof Roelofss., Goeswinus, filius Goeswini Arntss., Johannes, filius Petri Wouterss., et Gerardus, filius Henrici Roelofss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Willelmo de Achel triginta sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 343v
27 maart 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Nycolaus, filius quondam Nycolai dicti die Rode, peciam terre paludialis, quinque hont et quartam partem unius hont terre vel circiter continentem, olim dicti quondam Nycolai die Rode, sitam in parochia de Os ad locum dictum Op Metten Goebels, inter hereditatem hospitalis in Os ex uno, et inter hereditatem cuiusdam altaris, siti in ecclesia de Os, subtus Sanctam Crucem ibidem, ex alio, tendentem a fossato dicto den Hoygrave ad communem stegam ibidem, prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni de Goch, filio quondam Gerisii dicti de Goch, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus, dictis scouwen, ad dictam peciam terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Busco et Brugman, datum XXVII^{a} marcii, quarta post Iudica.

R1272, fol. 344r
27 maart 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Marcelius die Cock, filius quondam Mathie de Hoculem, dimidium modium siliginis, mensure opidi de Buscoducis, annui et hereditarii pactus singulis annis perpetuo tempore exigendi, petendi, levandi et percipiendi, de et ex quadam decima nova, sita in villa de Goerle, olim ad Johannem Back, filium quondam Bartholdi Back de Tylborch, spectante et pertinente, hereditarie supportasset Bartholdo Back, domino temporali de Asten, prout in litteris, et cum deinde idem Bartholdus Back propter speciales favorem et amicitiam quos ipse, ut asseruit, habebat ad dominum Johannem Groot, Sanctorum Dionisii Leodiensis et Johannis evangeliste opidi de Buscoducis ecclesiarum collegiatarum canonicum, ac in remunerationem beneficiorum ipsi Bartholdo per eundem dominum Johannem sepe vicibus impensorum et factorum dedisset, donasset et assignasset pura rata grata firma stabili perpetua atque irrevocabili donatione que fit et fieri dicitur inter vivos, prelibato domino Johanni Groot, dictum dimidium modium siliginis hereditarii pactus, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis domini Andreas Groot, canonicus, et magister Bartholomeus de Merlaer, beneficiatus in dicta ecclesia Sancti Johannis evangeliste dicti opidi de Buscoducis, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis supradicti quondam domini Johannis Groot, et eo nomine potentes ad hoc, ut dicebant, dictum dimidium modium siliginis hereditarii pactus hereditarie supportaverunt domino Nycolao Langsmyt, perpetuo beneficiato in eadem ecclesia, ad opus perpetuorum beneficiatorum eiusdem ecclesie Sancti Johannis, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis instrumentis et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte executionis deponere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 344r
27 maart 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Johannis de Broechoven, tamquam maritus et tutor legitimus Yde, sue uxoris, filie quondam Arnoldi Lamberti die Laet, hereditarie vendidisset magistro Symoni de Couderborch ad opus hospitalis dicti Arnt Koyts Gasthuys, siti in opido de Buscoducis, supra finem Hynthamensem, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Jacobi apostoli, ex domo, area, orto ac domo reteriori, sitis in opido de Buscoducis in loco dicto Den alden Huls, inter hereditatem Danielis de Wierden ex uno, et inter hereditatem Philippi de Geldrop ex alio, cumque Ghiselbertus Loekemans, tamquam rector seu provisor dicti hospitalis, palam recognovisset et sub obligatione omnium bonorum eiusdem hospitalis dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictum censum redimere et acquitare posset perpetue, simul et semel cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis magister Johannes de Broechoven, filius dicti quondam Johannis de Broechoven, promisit super omnia et habenda primodicto Johanni, suo fratri, quod ipse, magister Johannes, exnunc deinceps dictum censum dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod eidem Johanni, suo fratri, dampna exinde non eveniant in futuro, atque quod ipse, magister Johannes, eundem censum infra spacium sex annorum proxime futurorum redimet et acquitabit ac redimere et acquitare tenebitur, absque dampnis eiusdem Johannis, sui fratris, dolo et fraude.
Testes Monix et Roever, datum supra.

R1272, fol. 344v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus, filius quondam Johannis de Onstaiden, ab eodem et quondam Maria, sua uxore, filia quondam Gevardi dicti Willemszoene de Oirle, pariter genitus, septem lopinos bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, solvendos hereditarie Purificationis, ex sexta parte cuiusdam mansi cum suis attinentiis, dicti tGoet ter Lynden, siti in parochia de Oirle aut alias quocumque locorum, quos septem lopinos siliginis hereditarie pactionis predictus Paulus, filius quondam Theoderici dicti van den Venne de Beerse, supradicte Marie, filie quondam Gevardi Willemss. de Oirle, pridem hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Johannis de Aelst Willemss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Marie, sue matris, ac suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Monix, datum XXVIII^{a} marcii, quinta post Iudica.

R1272, fol. 344v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius quondam Jacobi van den Hoevel, et Henricus, filius Henrici Scoemekers, promiserunt indivisi super omnia et habenda Arnoldo Monix, filio quondam magistri Johannis Monix iunioris, duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet

computando, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum[58].

R1272, fol. 344v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Hillegondis van den Grijn, cum tutore, unum modium siliginis hereditarie pactionis, quem modium siliginis predictum Johannes Jacopss. promiserat se daturum et soluturum Nycolao Wyntkenss. anno quolibet hereditarie Purificationis, ex domo et orto, sitis in pastoria van den kerchoff in parochia de Oirscot, cum uno latere iuxta hereditatem Ide Brants, et cum alio latere ad hereditatem Hermanni Cleynarts, quem unum modium siliginis predictum frater Johannes Janss. de Traiecto vigore certarum litterarum sibi desuper concessarum, Franconi de Langel ad opus dicte Hillegondis van den Gryn hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Andree Coremans, ad opus executionis testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Willelmi Arntss., decani dum vixit Oirschottensis, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 344v-345r
28 maart 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Heilwigis, filia Ghysberti Floren, relicta quondam Gerardi dicti van den Wyel, cum tutore, promisit ut debitrix principalis dicto Ghysberto, suo patri, quod ipsa dabit et solvet eidem Ghysberto, suo patri, annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam dicti Ghysberti, Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet, de et ex omnibus suis bonis ab ea ad presens habitis ac imposterum ab ea habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat.
Testes Busco et Roever, datum supra.

R1272, fol. 345r
29 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Bertha, filia quondam Henrici dicti Kemerlinc, ab eodem et quondam Katherina, sua uxore, pariter genita, cum tutore, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, ex pecia terre dicta Dat aude Geloect, sita in parochia de Enschit inter hereditatem Arnoldi dicti die Bont ex uno, et inter hereditatem liberorum Gerardi dicti Wyten ex alio, item ex pecia pascue ad finem dicte pecie terre situata, inter hereditatem predictorum liberorum ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Bruystens ex alio, quam pactionem Reynerus, filius quondam Marselii dicti Scillinc, filii quondam Marcelii dicti Scillinc, supradicte Katherine, relicte dicti quondam Henrici dicti Kemerlinc, pridem supportaverat, prout in litteris, atque super qua pactione duorum modiorum siliginis predicta Gerardus, filius Johannis dicti Kersmekers, et Henricus, filius quondam Johannis

[58] *Hier ontbreekt het woord* supra.

dicti van den Eynde, ad opus dicte Katherine hereditarie renunciaverant, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Willelmo dicto Poynenborch, filio quondam Johannis Poynenborch, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Katharine, sue matris, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXIX[a] marcii, sexta post Iudica.

R1272, fol. 345r-345v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Marcelius, Jacobus et Johannes, fratres, liberi quondam Ade, filii quondam Marcelii die Lu, Stephanus, filius quondam Philippi Goetscalx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, et Petrus Balyarts, filius quondam Johannis, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filiarum dicti quondam Ade, filii quondam Marcelii die Lu, quandam hereditatem que fuerat quondam Johannis dicti de Neynsel, sitam in Buscoducis in vico Hynthamensi, in latere versus locum dictum Muntelken, ultra Dyesam ibidem, que hereditas predicta supra Diesam sita est inter hereditatem domicelle Katherine, relicte quondam Arnoldi Heyme, ex uno, et inter strepam terre Theoderici dicti de Brakel ex alio, et retro sita est inter hereditatem predicte domicelle Katherine ex uno, et inter hereditatem Ade de Neynsel ex alio, cum medietate fossatorum ab utroque latere eiusdem hereditatis primodicte situatorum, tendentem ibidem a dicto Dyesa ad quoddam fossatum, situm ibidem ante dictum locum Muntelken vocatum, infra murum ibidem, et que hereditas primodicta ante inter hereditatem dicte domicelle Katherine et inter dictam strepam terre quinque virgatas terre in latitudine cum medietate fossatorum ab utroque latere eiusdem primodicte hereditatis ibidem situatorum continet, pridem supportatam dicto Marcelio die Lu a Gerardo et Johanne, fratribus, liberis quondam Johannis dicti de Os, filii quondam Johannis dicti de Os, filii quondam Johannis dicti de Os, pannicide, prout in litteris, simul cum edificiis pronunc in premissis consistentibus, hereditarie supportaverunt michi ad opus domus pauperum fratrum seu clericorum in Buscoducis, fundationis quondam Gerardi Heer, sub conditione infrascripta, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Ermgardis et Elisabeth necnon ex parte dicti quondam Marcelii die Lu et suorum heredum et successorum deponere; promiserunt insuper indivisi sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino nostro duci atque hereditarius census triginta solidorum antiqui census olim rectori altaris Beati Andree in ecclesia Sancti Johannis in Buscoducis, pro prima fundatione, nunc capittulo eiusdem ecclesie, atque hereditarius census duarum librarum monete Willelmo dicto Moel, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, quod dicti supportantes plus prefate domui deponent omnino, tali annexa conditione ymmo eciam adiuncta, quod premissa cum suis attinentiis de cetero a domo presbiterorum et clericorum Sancti Gregorii in Buscoducis ultra pontem Geerlaci situata, tamquam membrum eiusdem domus dependent et dependere debent iuxta tenorem littere provisionis per dominum Leodiensem desuper concesse ac aliarum litterarum et instrumentorum desuper confectarum, ut dicebant.
Testes Kuyst et Roever, datum XXVIII[a] marcii, quinta post Iudica.

R1272, fol. 345v
deze akte is onvolledig

Marcelius, Jacobus et Johannes, fratres, liberi quondam Ade die Lu, Stephanus, filius quondam Philippi Goetscalx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, et Petrus Balyart, filius quondam Johannis Balyarts, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filiarum dicti quondam Ade die Lu

R1272, fol. 345v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Marcelius, Jacobus et Johannes, fratres, liberi quondam Ade die Lu, et Stephanus, filius quondam Philippi Goetscalcx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, filie dicti quondam Ade die Lu, quatuor quintas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in domo, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Roesmalen ad locum dictum Aent Caudewater, inter communem plateam ex uno, et inter communem aqueductum dictum die gemeyn weteringe ex alio, quos domum, aream, ortum et hereditates predictos dictus Adam die Lu erga Johannem et Sophiam, liberos quondam Henrici Loekeman, filii quondam Henrici Loekeman, atque Nycolaum Coel die Keyser, filium quondam Christiani, maritum et tutorem legitimum Mechteldis, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici Loekeman, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Petro Balyart, filio quondam Johannis, marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Ade die Lu, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Ermgardis deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 345v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Jacobus de Fine, nomine et ex parte domus pauperum fratrum seu clericorum in Buscoducis, promisit super omnia et habenda Marcelio, Jacobo et Johanni, fratribus, liberis quondam Ade die Lu, necnon dictis Stephano et Petro Balyart tricentos et triginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, infra annum proxime futurum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 345v-346r
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Dictus Petrus Balyart, tamquam maritus ut supra, super quodam prato, olim dicti quondam Ade die Lu, sito in parochia de Oirschot in loco dicto In de Scedick, contigue iuxta communitatem ibidem, item adhuc super quodam alio prato, olim dicti quondam Ade, sito in parochia de Rode Sancte Ode, dicto communiter Die Clammerdonck, item adhuc super campo terre mericalis et agro terre unius sextariate vel circiter, dicto Bollix Hoff, sibi coadiacentibus, eiusdem quondam Ade die Lu, sitis in dicta parochia de Rode iuxta communitatem ibidem, ut dicebat, atque super toto iure, ad opus dictorum Marcelii, Jacobi et Johannis, fratrum, et Stephani, tamquam mariti dicte Ermgardis, sue uxoris, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 346r
29 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Willelmus Poynenborch, filius quondam Johannis Poynenborch, hereditarie vendidit Berthe dicte van der Doert alias dicte Kemerlinc, filie quondam Henrici dicti Kemerlinc, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis tradendam, de et ex domo, area, horreo et domo posteriori ac orto cum suis attinentiis, dicti venditoris, sitis in parochia de Oisterwyck in platea ecclesie ibidem, inter hereditatem Henrici de Scaependyck ex uno, et inter hereditatem Marie, relicte quondam Johannis Melis, et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi platea ad aquam dictam die Vloet ibidem currentem, item ex agro terre, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia in loco dicto In de Schijve, inter hereditatem reliquam eiusdem venditoris ex uno, et inter hereditatem Jacobi Emmen ex alio, tendente ab hereditate Nycolai Heyne ad communem viam, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad duos gwillelmusthuyn taxato, atque tribus lopinis siliginis hereditarie pactionis, prius diversis personis annuatim ex dictis domo, area, horreo, domo posteriori et orto annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXIX^{a} marcii, sexta post Iudica.

R1272, fol. 346r
29 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante octuaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 346r-346v
28 maart 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Arnoldus, filius quondam Willelmi Heymanss., domum, aream, ortum et domum posteriorem, sitos in Buscoducis in vico tinctorum, inter hereditatem magistri Anthonii Arntss., tinctoris, ex uno, et inter hereditatem Johanne Bitters, filie quondam Johannis Bitters,

Gerardi Nouwen Willemss.[59], et inter quandam domum quadrangularem, dicti Arnoldi, et inter communem viculum ibidem protensum ex alio, tendentes a dicto vico tinctorum ad hereditatem heredum quondam Johannis de Vucht, ut dicebat, locavit recto locationis modo Petro Knoeden, filio quondam Judoci Knoeden, ab eodem Petro, ad spacium viginti annorum Nativitatis Baptiste proxime futuro, habendum, utendum et possidendum pro annuo censu viginti quinque florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando et solvendo dicto Arnoldo a Petro predicto anno quolibet dicto spacio annorum durante Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dicto spacio durante, promittens dictus Arnoldus super omnia huiusmodi locationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem deponere; quo facto dictus Petrus repromisit super omnia se daturum et soluturum dicto Arnoldo dictam annuum pactum viginti quinque florenorum anno quolibet, termino solutionis predicto.
Testes Kuyst et Roever, datum XXIX^{a} marcii, sexta post Iudica.

R1272, fol. 346v
29 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Dominus Jacobus, filius quondam Johannis, filii quondam Lamberti dicti van den Bosch, presbiter, et Mechteldis, relicta quondam Johannis, filii dicti quondam Johannis, filii quondam Lamberti van den Bosch, cum tutore, tamquam potens ad infrascripta, ut dicebant, pro se et suis liberis, ab ipsa et dicto quondam Johanne, eius dum vixit marito, pariter genitis, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in domo, area et orto ac hereditatibus partim arabilibus et partim pascualibus sibi adiacentibus, dictis Den Verren Acker, cum suis iuribus et attinentiis, sitis in parochia de Erpe ad locum dictum Die Laren, inter communitatem de Erpe undique adiacentibus, quos domum, aream, ortum et hereditates predictos dictus Johannes, Petrus et dictus Jacobus, fratres, liberi dicti quondam Johannis, filii quondam Lamberti dicti van den Bosch, erga domicellam Mabeliam, filiam quondam Johannis de Berkel, dudum acquisierant, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Petro, filio quondam Johannis, filii quondam Lamberti van den Bosch, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, et hoc in locum huiusmodi maldri siliginis hereditarie pactionis, quod quidam Jacobus Coppens, commorans in Buedel, cum suis consociis pronunc annuatim solvere tenetur, et dicti dominus Jacobus et Mechteldis, cum suis liberis, de cetero percipient et levabunt, promittentes, cum tutore, insuper super omnia et habenda indivisi ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte liberorum dicte Mechteldis deponere, exceptis recognitionibus et promissionibus in dictis litteris contentis, quas recognitiones et promissiones pretactas dictus Petrus exnunc deinceps adimplebit et adimplere tenebitur, sic et taliter, quod dictis domino Jacobo, Mechteldi et eius liberis dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, prout idem Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis domino Jacobo et Mechteldi ad opus eorum et ad opus liberorum eiusdem Mechteldis repromisit.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 347r
30 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

---

[59] *Vóór deze naam stonden de woorden* relicte quondam, *maar deze zijn doorgestreept. Hierdoor zijn de woorden* Gerardi Nouwen Willemss. *in het luchtledige komen hangen. Waarschijnlijk hadden zij ook moeten worden doorgestreept.*

Notum sit universis quod cum fratres Johannes de Busco, prior conventus Beate Marie Virginis, siti supra Donckam prope Huesden, ordinis Cisterciensis, et cum eo frater Godefridus Voss, conventualis professus eiusdem conventus, nomine fratris Henrici, filii quondam Martini Pels, filii quondam Petri Pels senioris, conventualis professi, et quorumcumque conventualium conventus predicti, presencium et futurorum, Ida, relicta dicti quondam Martini Pels, et Martina, filia quondam Petri, filii dicti quondam Martini Pels, Petrus et Arnoldus, fratres, et Fissia, eorum soror, liberi quondam Johannis, filii dicti quondam Petri Pels senioris, tam pro se, quam pro Reynero Krekelman, eorum sororio, Matheus, Petrus et Willelmus Lu, fratres, liberi quondam Johannis Lu, ab eodem quondam Johanne et quondam Yda, eius uxore, filia dicti quondam Petri Pels senioris, pariter geniti, Johannes et Elisabeth, eius soror, liberi quondam Johannis, filii dum vixit dictorum quondam Johannis Lu et Yde, coniugum, necnon Lambertus et Henricus, fratres, et Elisabeth, eorum soror, liberi quondam Nycolai, filii quondam Lamberti de Guederheyl, ab eodem quondam Lamberto et quondam Elisabeth, eius uxore, filia dicti quondam Petri Pels senioris, pariter geniti, tres quartas partes necnon tres quartas partes relique quarte partis ad ipsos spectantes in domo, area, orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem quondam Johannis Bitter ex uno, et inter domum reliquam quondam Fissie Pels, dehinc Martini Pels, filii quondam Petri Pels, ex alio, et in exitu cum attinenciis a dicta posteriori domo versus vicum dictum die Ridderstraet, item in domo et area, sita in Buscoducis in viculo tendente a dicto vico die Colperstraet vocato versus pontem dictum Autfoirts brugge, inter hereditatem Johannis Sticker ex uno, et inter hereditatem Arnoldi die Hantschoemeker ex alio, hereditarie supportassent Arnoldo, filio quondam Willelmi Heymanss., prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Arnoldus, tamquam relictus quondam Margarete, sue uxoris, filie quondam Nycolai Lambrechs. de Goederheill, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in premissis, legitime supportavit Willelmo, Christine, Margarete et Besselle, liberorum Wolteri de Vucht, ab eodem Woltero et quondam Katherina, sua dum vixit uxore, filia dictorum Arnoldi et quondam Margarete, sue dum vixit uxoris, pariter genitis, ad opus eorum et ad opus Nycolai, filii eorundem Wolteri et quondam Katherine, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum penultima marcii, sabbato post Iudica, in profesto Palmarum.

R1272, fol. 347r-348r
30 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus necnon Christina, Margareta et Bessella, eius sorores, pro se ipsis et pro dicto Nycolao, eorum fratre, cum tutore, premissa quequidem pronunc domus, area, ortus et domus posterior esse dinoscuntur et iam siti sunt ibidem in dicto vico, olim die Colperstraet, nunc vero die Verwerstraet vocato, inter domum et hereditatem magistri Anthonii Arntss., tinctoris, ex uno, et inter hereditatem Johanne, filie quondam Johannis Bitters, et Gerardi Nouwen Willemss., et inter quandam domum quadrangularem dicti Arnoldi atque inter quendam communem viculum ibidem protensum ex alio, et tendunt a dicto vico, die Verwerstraet nuncupato, retrortum ad hereditatem heredum quondam Johannis de Vucht, prout iam premissa cum suis iuribus et attinenciis ibidem sita sunt, ut dicebat, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus dederunt ad hereditarium censum Petro, filio quondam Judoci

dicti Knoeden, ab eodem iure hereditario habendum et possedendum pro oneribus infrascriptis, videlicet pro uno grosso antiquo census fundi domino nostro archiduci, pro duodecim denariis, penningen communiter vocatis, Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, pro hereditario censu duarum et dimidie librarum monete heredibus quondam magistri Gerardi Boest, pro hereditario censu viginti quatuor solidorum pagamenti conventui Predicatorum in Buscoducis, pro hereditario censu sex librarum et septem solidorum dicte monete Johanni de Vlierden, pro uno denario, stuver vocato, supra Maius Beginadium in Buscoducis, atque pro quindecim solidis cuidam presbitero in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio termino et loco ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu septuaginta librarum monete, dando et solvendo dicto Arnoldo quoad eius usufructum, necnon dictis Willelmo, Christine, Margarete et Besselle necnon dicto Nycolao, eorum fratri, quoad ius hereditarium, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, de et ex premissis, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Nycolai, eorum patris, necnon ex parte dicti Arnoldi, eorum avi, et suorum heredum deponere, excepta tamen huiusmodi locatione quam idem Arnoldus prefato Petro de premissis pridem fecerat, eademque salva, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum; promiserunt insuper dicti Willelmus, Christina, Margareta et Bessella, et cum eis dictus Arnoldus, eorum avus, videlicet iidem Willelmus, Christina, Margareta et Bessella, sub obligatione premissa, et idem Arnoldus super omnia et habenda indivisi in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis dicto Petro ad censum, ut premittitur, datum plus fore solvendum quam onera et census predicti, quod ipsi Willelmus, Christina, Margareta, Bessella et Arnoldus hoc plus prefato Petro penitus deponent et deponere tenebuntur ac poterunt, dando videlicet pro quolibet denario sic plus invento decem et novem consimiles denarios; quo facto dictus Petrus repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Arnoldo quoad eius usufructum necnon dictis Willelmo, Christine, Margarete, Besselle et Nycolao, eorum fratri, quoad ius hereditarium, dictum hereditarium censum septuaginta librarum monete predicte anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis, sibi ad censum, ut dictum est, datum atque de et ex omnibus aliis suis bonis ab eo ad presens habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis; recognovit insuper dictus Petrus, ymmo eciam consentiit, quod dicta domus quadrangularis dicti Arnoldi, quam idem Arnoldus pro se reservavit retro in fine posterori eiusdem, perpetue obtinebit suum stillicidium, prout habet in presenti, atque quod ipse Petrus lumen quod eadem domus quadrangularis habet in suo edificio, steenen gevel vocato, versus dictam hereditatem dictorum heredum quondam Johannis de Vucht, cum aliquibus edificiis, quocumque tempore futuro non ossuscabit nec ossuscare poterit, ymmo cum suis edificiis si que imposterum ibidem ponere velit, manebit a dicto edificio, stenen gevel vocato, in distancia quatuor pedatarum, hoc tamen addito et bene in premissis proviso quod idem Arnoldus et sui post ipsum successores posteriores dicte domus quadrangularis in eodem edificio, steenen gevel vocato, versus dictam hereditatem dictorum heredum quondam Johannis de Vucht solum habebunt et habere poterunt fenestras vitreas cum virgis ferreis bene provisis et nullo modo illic habebunt respectum aliquem apertum, vulgariter dicente dat Arnt voirs. ende zijn erfgenamen in den stenen gevel voirs. zullen moigen hebben alleen glazen vensteren wael gespylt ende egeenssins aldair ennich uuytsien, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes Kuyst et Brugman, datum penultima marcii, sabbato post Iudica.[60]

[60] *in de ondermarge van folio 347r staat, d.d.8 februari 1516, Albert van Maren en Jan van Boert:* Ex eo quod littera ex isto contractu pro dicto Arnoldo cum suis, videlicet liberis Wolteri de Vucht, prius expedita, nullabi, prout Wolterus de Vucht ac Willelmus et Nycolaus,

R1272, fol. 348r
30 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Et tenebitur dictus Petrus Knoeden viginti libras hereditarii census dicte monete de dicto censu septuaginta librarum redimere et acquitare infra hinc et a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos, quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo necnon Willelmo, Christine, Margarete, Besselle predictis ad opus eorum et ad opus dicti Nycolai, eorum fratris, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 348r
30 maart 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Et poterit redimere dictus Petrus reliquas quinquaginta libras hereditarii census de dicto hereditario censu septuaginta librarum monete predicte perpetue, dum sibi placuerit, simul unapariter aut vicissim, videlicet simul et semel, cum tercia parte et non minus, quamlibet videlicet libram, cum et mediante septem consimilibus peters in moneta ut supra, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Arnoldus necnon dicti Willelmus, Christina, Margareta et Bessella pro se et dicto Nycolao, eorum fratre, cum tutore, hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Petri repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 348r-348v
1 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Cornelia, relicta quondam Johannis, filii quondam Willelmi dicti Cocx, cum tutore, potens ad infrascripta, ut dicebat, domum, aream et ortum cum omnibus suis attinenciis, sitos in Buscoducis in vico fullonum dicto die Volrestraet, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi de Uden ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, tendentes a dicto vico retrorsum usque ad hereditatem Arnoldi dicti Joirdens, prout premissa cum suis iuribus et attinenciis ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit Christine, relicte quondam Arnoldi Janss., simul cum toto iure sibi et suis liberis in premissis

---

eius liberi, coram scabinis dicti opidi constanter asseruerunt, poterat inveniri, et quod ipsi, prout affirmarunt, eandem non haberent nec scirent invenire, sic VIII^{a} februarii anno XVI^{to} de mandato Boert et Maren, scabinorum, est altera littera pro eisdem liberis Wolteri de Vucht expedita et tradita, sub conditione si prior expedita littera iterum reperiatur, quod tunc altera debet rumpi et cassari.

quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui dum vixit mariti, necnon ex parte suarum prolium in premissis existentes (*aldus*) et imposterum eventuras (*aldus*) deponere; recognovit insuper dicta Cornelia et publice confessa est, quatenus dictus Johannes, suus dum vixit maritus, tempore sue vite ex causa venditionis premissorum dudum a dicta Christina recepit quindecim florenos Renenses, XX^{ti} XX^{ti} (*aldus*) stuvers pro quolibet computando in moneta iam currente, et quod ipsa eadem de causa seu occasione ab eadem Christina hodierna recepit duodecim consimiles florenos Renenses et quatuordecim consimiles stuferos, clamans igitur eadem Cornelia, pro se et pro suis prolibus, eandem Christinam et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis et quibuscumque impetibus quibus in premissis imposterum quovismodo gravari posset, quitos.
Testes Boert et Brugman, datum prima aprilis, secunda post Palmarum.

R1272, fol. 348v-349r
1 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Hillegondis, relicta quondam Roberti Willemssoen, usufructum sibi competentem in domo, area, molendino quo teritur oleum, in eadem domo consistente, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum Hyntham, iuxta capellam Sancti Anthonii ibidem, inter hereditatem Ghiselberti Toelinc et suorum fratrum ex uno, et inter hereditatem Johannis Kemerlinx ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Henrici Laureynss., item in agro terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen ad locum dictum In die Twe Bergen, inter hereditatem Ghysberti Sanders ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Johannis Hals ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Heymans ad communem plateam, item adhuc in pecia terre, duas sextariatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia de Roesmalen ad locum dictum Opt Hoech Lant, inter hereditatem Johannis Driess. ex uno et fine uno, et inter hereditatem Willelmi, textoris lineorum, ex alio, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, item adhuc in pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in iamdicta parochia in loco dicto In de Sporct, inter hereditatem Adriani dicti Smeets ex uno, et inter hereditatem Philippi dicti Janss., sartoris, ex alio, tendente ab hereditate conventus de Porta Celi prope Buscumducis ad hereditatem Marine, relicte quondam Gerardi Janss., et eius liberorum, pridem legitime supportasset Johanni, filio quondam Arnoldi van der Wyst, marito et tutori legitimo Mechteldis, sue uxoris, et Anthonio, filio quondam Martini Janss., marito et tutori legitimo Geertrudis, sue uxoris, filiarum Hillegondis et quondam Robberti predictorum, prout in litteris, et cum hodierna die dictus Johannes, filius quondam Arnoldi van der Wyst, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Mechteldis, sue uxoris, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem in premissis hereditarie supportasset dicto Anthonio, filio quondam Martini Janss., prout in aliis litteris, constitutus igitur coram stabinis infrascriptis dictus Anthonius, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, promisit ut debitor principalis Henrico, filio quondam Willelmi Vleminck, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis tradet, de et ex domo, area, molendino, orto et hereditatibus predictis atque ex dicto agro et peciis predictis; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino archiduci, hereditaria pactione tredecim sextariorum siliginis dicto Willelmo

Heymans, hereditario censu octo librarum Geertrudi de Thuysthuyse, vidue, hereditario censu octo librarum dicte monete Woltero de Vucht, hereditaria pactione unius modii siliginis heredibus quondam Johannis Dachverlies, et uno sextario siliginis pauperibus domesticis finis vici Hynthamensis, prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 349r
1 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Et poterit redimere infra spacium viginti annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente, semper dicto spacio durante, simul unapariter cum et mediante octuaginta peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Anthonio repromisit, hoc salvo, quod idem Anthonius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Henrico legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 349r
3 april 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Johannes Back Janss. promisit ut debitor principalis super omnia et habenda mihi ad opus Jacobi de Hall, aurifabri, tres florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, Purificationis proxime, totidem florenos Renenses a Purificationis proxime futuro ultra annum, totidem florenos Renenses a Purificationis proxime futuro ultra duos annos, totidem necnon quadraginta consimiles florenos Renenses a Purificationis proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes Monix et Roever, datum tercia aprilis, quarta post Palmarum.

R1272, fol. 349r
deze akte is onvolledig; in de marge: vacat

Johannes, filius quondam Gerardi dicti Wytmanss., hereditarie vendidit Yde, relicte quondam Henrici Wellenssoen van den Beverdyck, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuvers

R1272, fol. 349r-349v
4 april 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Gerardi dicti Wytmanss., hereditarie vendidit Yde, relicte quondam Henrici Wellenszoen van den Beverdyck, quoad eius usufructum, necnon Henrice, filie eorundem Yde et quondam Henrici Wellens, relicte quondam Theoderici van den Hoevel, quoad ius hereditarium, censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi annali solutione aureos florenos Renenses, iusti

ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Pasche, et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus libere tradendum, de et ex pecie terre arabilis, maldratum terre vel circiter continente, sita in parochia de Haren ad locum dictum Belveren, inter hereditatem Christiani Boonen ex uno, et inter hereditatem Willelmi Pryem ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, item ex pecia terre arabilis, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia ad locum predictum Belveren vocatum, in agris ibidem iuxta capellam Sancti Martini ibidem, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Geritss., ex uno, et inter hereditatem Petri Roempot ex alio, tendente ab hereditate Engberti de Haren ad communem viam ibidem, item ex pecia prati, unum bonarium prati vel circiter continente, sita in dicta parochia ad locum predictum Belver vocatum, inter aquam dictam die Aa ibidem fluentem ex uno, et inter hereditatem Arnoldi Goetscalcx ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad iamdictam aquam die A (*aldus*) vocatam, item ex quadam alia pecia prati, sita ibidem, dimidium bonarium prati vel circiter continente, inter hereditatem Henrici Boyens alias dicti in den Beer ex uno, et inter hereditatem dicti Arnoldi Goetscalcx ex alio, tendente ab hereditate Laurencii Boyen ad hereditatem reliquam dicti venditoris et iamdicti Arnoldi, item adhuc ex pecia terre prati, sita ibidem ultra dictam aquam die Aa vocatam, inter hereditatem liberorum quondam Henrici van der Hoeven ex uno, et inter hereditatem Aelberti die Mombaer ex alio, tendente cum fine reliquo ad aquam predictam, item ex quodam prato, unum et dimidium bonaria prati vel circiter continente, sito in parochia de Rode Sancte Ode ad locum dictum Aen de Ballinc Buenre, inter hereditatem Jordani Vrients ex uno, et inter communitatem ex alio et fine utroque, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, atque tribus modiis siliginis hereditariarum pactionum, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum quarta aprilis, quinta post Palmarum.

R1272, fol. 349v
4 april 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante nonaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicte Yda et Henrica, cum suis tutoribus, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Johanni, venditori, repromiserunt, hoc tamen salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis emptoribus legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 349v
deze akte is onvolledig; in de marge: vacat

Johannes de Heesbeen peciam terre arabilis, sitam in parochia de ad locum dictum Aen de Peeckstocken, inter hereditatem Rodolphi de Ghent ex uno

R1272, fol. 349v-350r
5 april 1504

Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes de Heesbeen peciam terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Scijnle ad locum dictum Aen de Peeckstocken, inter hereditatem Rodolphi de Ghent ex uno, et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Gerardi van den Bogart, ex alio, tendentem ab hereditate Arnoldi Jacopszoen van den Hoevel ad communem viam ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus dicti Rodolphi de Ghent, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepta una libra pagamenti hereditarii census ecclesie de Scijnle, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, quam unam libram dictus Rodolphus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod dicto Johanni, venditori, dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Kuyst et Roever, datum quinta aprilis, sexta post Palmarum.[61]

R1272, fol. 350r
11 april 1504
Lucas van Erp en Matthijs Brugman

Alsoe Zeger Peter Haecszoen, Arnt Henricxzoen, Claes Bryenen ende Dirck Bryenen gepacht hadden tegen Willemen van Os Willemszoen een wyntmoelen ende rosmoelen metten huyse ende hove daer aen gelegen, in de prochie van Os, ende een wyntmoelen in de prochie van Hees gelegen, metten gemale dair toe behoerende nae den auden hercomen, onder seker vorwarden, te wetene onder meer, dat Willem van Os den pechters corten sall aen elck vat Graefs byers dat van buyten gebrocht wordt ende in de prochie van Hees, Os ende Berchen gesleten wordt, een oirt stuvers, nae inhoude van scepenenbrieven van Den Bosch dair op gemaect, van den date den negentiensten dach der maent van meye, des donredaigs nae Pinxten int jair ons Heren duysent vyfhondert ende twee, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Zeger Peter Haecszoen ende heeft oepelic bekent ende beleden als dat die voirs. Willem van Os wael ende dueghdelic vernuegt heeft, hem als principael pechter voirs., dats te wetene, van den voirs. oirt stuvers ten ocscuyne des byers voirs. gevallen syndert den inganck der voirs. pachtinge, ende dat noch vallen ende verschynen sal moigen duerende die selvere pachtinghe, ende schaut die voirs. Zeger in den name van hem ende zijnren voirscr. medepechteren dair af quyt, den voirs. Willemen ende alle andere dair af quitancie bchoevende, sonder dair af als van den oirt stuvers voirs. ten ocsuyne voirs. den selven Willemen enniche afcortinge te doen oft te laten gescien in enniger manieren, alle droch ende argelist hier inne uuytgesceiden.
Testes Erpe et Brugman, datum XI[a] aprilis, quinta post Pasche.

R1272, fol. 350v
11 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Henricus et Delyana, eius soror, liberi quondam Ghibonis Heester, filii quondam Ghibonis, Henricus dictus die Ridder, filius quondam Johannis, et Adrianus, filius quondam Elye, filii quondam Johannis dicti van der Braken, dederunt Ghiselberto, filio primodicti quondam Ghibonis Heester, plenam et liberam potestatem et mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi huiusmodi centum aureos florenos,

[61] *in grote letters staat tussen deze en de navolgende oorkonde:* Fuit dies Pasche septima aprilis anno quarto.

overlens Rynsgulden communiter vocatos, XX^{ti} stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, quos quedam Aleidis, filia Jacobi de Stiphout, relicta quondam Reyneri Heester, cultellificis, dudum promiserat dictis Ghiselberto, Henrico, Delyane, Henrico die Ridder et Elye, adstatim post obitum dicte Aleidis persolvendos iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum, et cum premissis faciendi et ordinandi que dicti Henricus, Delyana, Henricus die Ridder et Adrianus cum premissis facerent et ordinarent seu facere et ordinare possent, si ipsi premissis presentes et personaliter interessent, absque dolo.
Testes Roever et Brugman, datum XI^{a} aprilis, quinta post Pasche.

R1272, fol. 350v
11 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Johannes, filius quondam Johannis dicti de Best, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti van den Hove, hereditarie vendidit Anthonio, filio quondam Rutgeri Belarts, ad opus Margarete, filie quondam Henrici Belarts, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Geertrudis virginis, et pro primo solutionis termino Geertrudis virginis proxime futuro, de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Oirschot in pastoria van der Ameyden, inter hereditatem Christiani dicti Gielis et eius heredum ex uno, et inter hereditatem Willelmi dicti die Becker ex alio, tendentibus ab hereditate reliqua dicti venditoris atque ab hereditate iamdicti Willelmi ad communem plateam seu communitatem ibidem, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno maldro siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 350v
11 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta duobus consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Anthonius nomine dicte Margarete, sue matartare, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 350v-351r
11 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Johannes Wyfflet, filius quondam Bartholdi Wyfflet, ab eodem quondam Bartholdo et quondam Aleide, filia quondam Luce de Eyck, filii quondam Gerardi de Eyck, pariter genitus, sex lopinos siliginis hereditarie pactionis, mensure de Helmont,

quos Henricus dictus Roever, filius naturalis quondam domini Thome, scolastici Sancte Ode Rodensis, solvere consuevit Godefrido dicto Gobelken den Cremer anno quolibet hereditarie Purificationis, et in parochia de Beke prope Aerle tradendos ex omnibus hereditatibus quas Henricus iamdictus acquisiverat erga Katherinam, filiam legitimam quondam Willelmi Cuypers de Donckersvoirt, et site sunt iuxta locum dictum Donckersvoirt in parochia de Beke, atque sex lopinos siliginis hereditarie pactionis, dicte mensure, solvendos hereditarie termino solutionis predicto, et in dicta parochia tradendos, ex pecia terre, sita inter hereditatem Elisabeth, sororis dicte Katherine, ex uno, et cum reliquo latere iuxta hereditatem Henrici Roevers predicti, atque ex duabus peciis terre, sitis cum utroque fine iuxta hereditatem Gerardi Cuypers, fratrem dicte Katherine et Yde, sororis dicte Katherine, cum omnibus attinenciis dictarum trium peciarum terre, hereditarie supportasset Anthonio, filio Marcelii Byerkens, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Anthonius dictos sex lopinos et sex lopinos siliginis hereditariarum pactionum predictos, hereditarie supportavit Danieli, filio quondam Thome Roeverss., et Petro, filio quondam Arnoldi Deliss., simul cum toto iure sibi quovismodo competente in dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 351r
11 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Johannes, filius quondam Henrici dicti die Jonghen, promisit super omnia et habenda Gerardo de Gerwen ad opus domini Johannis Back, militis, quadraginta tres florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 351r
12 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Jacobus, filius naturalis quondam Marcelii Hack, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Petri, filii quondam Johannis Zonmans, hereditarium censum septem librarum et tercie partis unius huiusmodi librarum monete, quem censum Boudewinus, filius quondam Luce dicti van den Ham, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Jacobo, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, de et ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis ad finem vici Orthensis, inter hereditatem Franconis dicti Post ex uno, et inter hereditatem Willelmi dicti van der Hellen ex alio, pridem datum ad hereditarium censum dicto Boudewino a Jacobo predicto pro dicto censu et certis aliis oneribus exinde solvendis, necnon de et ex omnibus aliis suis bonis, habitis et habendis, prout in litteris, hereditarie supportavit Hermanno Collart, filio quondam Petri Collart, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Brugman, datum XII^{a} aprilis, sexta post Pasche.

R1272, fol. 351r
12 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Henricus, filius quondam Henrici de Weert, promisit super omnia et habenda Petro dicto Steenwech quindecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Remigii confessoris proxime futuro et mediatim a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 351r-351v
12 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Johannes dictus Voss, filius quondam Johannis dicti Voss, hereditarie vendidisset Willelmo dicto de Rode Janszoene hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter quatuordecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer ad locum dictum Hezelaere, inter hereditatem Ghiselberti, filii quondam Wautgeri dicti sGreven, ex uno, et inter hereditatem Henrici, filii Henrici dicti Spierinx, et hereditatem Margarete, relicte quondam Rutgeri dicti de Gemonden, ex alio, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Petrus dictus Steenwech, tamquam proprietarius pro tempore pactionis predicte, palam recognovit et super omnia et habenda Henrico, filio quondam Henrici de Weert, tamquam proprietario pro tempore domus, aree, orti et hereditatum predictorum, promisit quod idem Henricus dictus (*aldus*) pactionem redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante viginti florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in moneta seu pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Busco et Brugman, datum XII^{a} aprilis, sexta post Pasche.

R1272, fol. 351v
12 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Sorores Elisabeth de Ghyessen, mater, Gerarda Tyelmans, procuratrix, Mechteldis de Rees et Engela Stevens, sorores tercie regule Sancti Francisci, domus Sancte Elisabeth site in Buscoducis retro locum dictum After die Tolbrugge, nomine et ex parte earum et dicte domus et quarumcumque aliarum sororum eiusdem domus, presencium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate domini Johannis de Zwollis, earum confessoris, cum tutore, hereditarium censum octo librarum monete, quem censum Willelmus, filius quondam Ghiselberti van den Pettelair, promiserat se daturum et soluturum Aleidi, relicte quondam Aelberti, filii quondam Huberti, filii quondam Pauli Gevartssoen, quoad eius usufructum necnon Henrico et Huberto, fratribus, liberis Aleidis et quondam Aelberti predictorum, ad opus eorum et ad opus Elisabeth et Margarete, suarum sororum, quoad eorum ius hereditarium, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi ultra pontem dictum die Moelenbrugge, atque ex iuribus et attinenciis premissorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut reperiendis, et quem censum Elisabeth, relicta quondam Johannis de Eymerica, tamquam potens vigore testamenti ac ultime voluntatis eiusdem quondam Johannis, michi ad opus dicti conventus seu domus tercie regule Sancti Francisci hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt magistro Willelmo de Busco ad opus Elisabeth, filie quondam Johannis Broessen, begine maioris curie beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum dictarum sororum seu domus predicte, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem

ex parte earum et dicte domus et quarumcumque sororum eiusdem domus, presencium et futurarum, deponere; promiserunt insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum census predictus dicte Elisabeth via iuris evinceretur in toto vel in parte, quod extunc eedem sorores, adstatim huiusmodi evictione facta, prefate Elisabeth refundent et refundere tenebuntur pro qualibet videlicet libra sic evicta sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, unacum expensis litterarum ea occasione perpessis, et quibus omnibus refusis, dicta Elisabeth dictum censum prefatis sororibus eiusverso resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, absque dolo.
Testes Boirt (*aldus*) et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 352r
12 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Dicte sorores ut iam supra in presentia, cum tutore, hereditarium censum octo librarum monete, quem censum Egidius dictus de Roesel, filius quondam Gerardi van Roesel, promiserat se daturum et soluturum Gerardo Scilder anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, ex medietate hereditatis, site in Buscoducis in vico Vuchtensi, que quondam fuerat Bartholdi de Hoesden senioris, et in qua idem mansit in extremis videlicet ex illa medietate dicte hereditatis que sita et versus forum, quam medietatem hereditatis predicte dictus Egidius de Roesel erga Gerardum Scilder dudum ad censum acquisierat, et quem censum predictum Theodericus dictus van der Steghen de Zevenem dudum hereditarie supportaverat religiose et devote persone Mechteldi Stouten, sorori professe domus tercie regule Sancti Francisci, site in dicto opidi de Buscoducis, atque ad opus et utilitatem sororum professarum in dicta domo pro tempore commorantium et in communi viventium, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportaverunt magistro Willelmo de Busco ad opus Johannis de Berkel Janss., simul cum dicto instrumento et quibuscumque litteris mentionem inde facentibus, et effestucando promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte domus sororum, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte domus sororum tercie regule Sancti Francisci, presencium et futurarum, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 352r
12 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Iamdicte sorores, cum tutore, et in presentia ut supra, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, inter hereditatem Amelii van den Hoevel ex uno, et inter hereditatem Johannis Hels ex alio, quem censum predictum Franco de Langel ad opus sororum tercie ordinis Sancti Francisci, conventus seu domus Sancte Elisabeth, siti in Buscoducis retro locum dictum Tolbrugge, erga fratres Johannem de Peer tamquam ministrum, Johannem Cruysman, procuratorem, Johannem Heester et Coenrardum de Goch, conventuales, conventus fratrum tercii ordinis Sancti Francisci, siti in Buscoducis iuxta vicum tinctorum, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto magistro Willelmo ad opus dicti Johannis de Berkel Janss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes per totum ut iam immediate supra.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 352r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Henricus, filius quondam Theoderici dicti van den Borne, ab eodem et Eufemia, sua uxore, pariter genitus, et Willelmus, filius quondam Joseph dicti van den Nuwenhuys, maritus et tutor legitimus dicte Eufemie, sue uxoris, hereditarie vendiderunt domino Nycolao Hoyberchen, presbitero, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Pasche, et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendum, de et ex pecia terre dicta Wreynsen hoeve, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti Henrici, sita in parochia de Scijnle in loco dicto Int Hermalen, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Theoderici dicti van den Hoevel ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Reyneri Janss., item ex pecia terre, maldratam terre vel circiter continente, dicti Willelmi, sita in dicta parochia ad locum dictum Aent Lutteleynde, inter hereditatem Johannis Lambert Zweverszoen ex uno, et inter hereditatem reliquam dicti Willelmi ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem liberorum Henrici de Gerwen, ut dicebat, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex libris hereditarii census pagamenti ex secundodicta pecia terre dicti Willelmi, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, cum conditione consueta

R1272, fol. 352v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Et poterit redimere perpetue cum et mediante duodecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo, quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter

R1272, fol. 352v
deze akte is onvolledig en is niet gepasseerd

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo promisit, in casu quo census predictus in vita dicte Eufemie, sue matris, non fuerit redemptus, quod, eadem Eufemia defuncta, extunc deinceps ipse Henricus eundem censum dabit et solvet necnon redimeret et acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur, sic et taliter, quod dicto Willelmo ad et supra se et bona sua pretacta dampna exinde non eveniant in futuro

R1272, fol. 352v
13 april 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Adrianus, filius quondam Aelberti Steenkenss., promisit ut debitor principalis Lamberto, filio quondam Lamberti dicti Meliszoen, quod ipse dabit et solvet eidem Lamberto vitalem pensionem trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecuma

quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicti Lamberti et non ultra, Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, de et ex domo et area dicti promittentis, sita in Buscoducis in vico Orthensi, ultra capellam Beati Petri apostoli ibidem, inter hereditatem Arnoldi Beys ex uno, et inter hereditatem Geertrudis, filie quondam Johannis die Lepper, ex alio, tendentibus a vico Orthensi predicto retrorsum ad quendam parvum viculum ibidem protensum, item adhuc ex quadam alia domo, area et orto, eiusdem promittentis, sitis ibidem retro domum predictam ultra iamdictum viculum, inter hereditatem Arnoldi dicti van der Vallen ex uno, et inter hereditatem Mechteldis dicte Touwers ex alio, tendentibus a iamdicto viculo ad aquam ibidem currentem, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad tredecim et dimidiam libras monete, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum XIII[a] aprilis, sabbato post Pasche.

R1272, fol. 352v-353r
13 april 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Godefridus dictus Zweders, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Houbraken, ab eodem quondam Henrico et quondam[62] , sua uxore, filia quondam Danielis, filii quondam Danielis de Vlierden, pariter genite, quadraginta libras hereditarii census monete de annuo et hereditario censu centum librarum eiusdem monete, solvendas anno quolibet hereditarie Purificationis, de et ex duobus mansis, sitis in parochia de Oirscot in pastoria de Spoerdonck, quorum unus ad locum dictum Die Vloet et alius iuxta mansum dictum Ellaer siti sunt, et ex attinenciis eorundem mansorum, singulis et universis, quem censum centum librarum predictum magister Henricus dictus de Vlierden, filius quondam Danielis dicti de Vlierden, ad[63] primodicti Danielis, sui fratris, filii secundodicti quondam Danielis de Vlierden, erga Willelmum dictum Voss, filium quondam Henrici dicti Vos, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Woltero dicto die Jeger, filio quondam Godefridi dicti die Jeger, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Margarete, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Danielis, filii quondam Danielis de Vlierden, avi dicte Margarete, sue uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, tali annexa conditione, in casu quo dictus Wolterus die Jeger absque prole seu prolibus legitima seu legittimis post se et suam uxorem seu uxores legitimas supervivis remanentibus, quod tunc dicte quadraginta libre hereditarii census predicti adstatum post mortem dicti Wolteri et sue uxoris et suarum uxorum legitimarum et non prius, succedent et iure hereditario devolventur ad veros et proximiores heredes eiusdem Wolteri, dumtaxat et non alias, salva nichilominus eidem Woltero et sibi reservata quamdiu in humanis vixerit plena et libera potestate dictas quadraginta libras hereditarii census predicti in toto vel in parte vendendi, alienandi, transportandi ac de eisdem disponendi iuxta libitum sue voluntatis, conditione iam pretacta non obstante.
Testes Busco et Kuyst, datum XIII[a] aprilis, sabbato post Pasche.

R1272, fol. 353r

---

[62] *in de tekst is hier een open plaats waar de naam van wijlen de echtgenote van wijlen Henricus niet is ingevuld.*
[63] *waarschijnlijk is hier het woord* opus *vergeten.*

13 april 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Elisabeth, relicta quondam Johannis Rutten Roelofszoene, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, unam sextariatam terre vel circiter continentibus, olim dicti quondam Johannis, sitis in parochia de Vechel ad locum dictum Aent Hamvelt, inter hereditatem Danielis dicti die Leeuwe ex uno, et inter communitatem alias undique adiacentem, ut dicebat, legitime supportavit Arnoldo, filio Elisabeth et quondam Johannis Rutten predictorum, Johanni, filio quondam Henrici van der Hoeven, marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, et Johanni, filio quondam Wellini Erenbertss., marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filiarum eorundem Elisabeth et quondam Johannis Rutten, ad opus eorum et ad opus Rutgeri et Heilwigis, eius sororis, liberorum Elisabeth et quondam Johannis Rutten predictorum, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 353r-353v
13 april 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnoldus, Johannes van der Hoeven, tamquam maritus et tutor legitimus Katherine, sue uxoris, Johannes, filius quondam Wellini Erenberts, maritus et tutor legitimus dicte Elisabeth, sue uxoris, pro se ipsis et pro dicto Rutgero, eorum fratre, atque dicta Heilwige, eorum sorore, dictos domum, aream, ortum et hereditatem sibi adiacentem predictos, prout ibidem siti sunt, hereditarie supportaverunt Woltero van der Rullen, filio quondam Henrici van der Rullen, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes, et cum eis dicta Elisabeth, eorum mater, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario dicto penninc census fundi, et uno modio ordei hereditarie pactionis, mensure de Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, atque onere conservandi dimidiam virgatam muniminis dicti lantweren, ad premissa e iure conservandum spectante, ut dicebant.
Testes Busco et Kuyst, datum XIII[a] aprilis, sabbato post Pasche.

R1272, fol. 353v
14 april 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Frater Johannes Croll, presbiter et prior conventus Beate Brigitte vidue, siti infra opidum de Gouda, pro se et dicto conventu, dedit potestatem Theoderico Hagens ad opus sui et ad opus Zwederi de Gerwen ac alterius eorundem, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Busco et Monix, datum XIIII[ta] aprilis, secunda post octavo Pasche.

R1272, fol. 353v-354r
14 april 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Johannes Monix, filius quondam magistri Johannis Monix senioris, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Katherine, sue uxoris, filie quondam Godefridi van der Aelsvoert, hereditarie vendidit michi ad opus magistri Johannis, filii quondam Nycolai van der Stegen, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, aureos florenos cum cruce Sancti Andree, iusti ponderis, pro XX^{ti} novem stuferis, novos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios valuatos nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Georgii militis et martiris, et pro primo solutionis termino a Georgii militis et martiris proxime futuro ultra annum, de et ex quodam manso, dicti venditoris, sito in parochia de Os iuxta molendinum venti ibidem, atque ex terris pratis, pascuis ceterisque iuribus et attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem magistro Johanne, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci, et hereditarie pactione duorum modiorum siliginis domino Machario Loyer, presbitero, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus Johannes Monix, venditor, dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante centum et duobus consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo. Testes Boert et Monix predictus, datum supra.

R1272, fol. 353v
23 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Dictus magister Johannes, filius quondam Nycolai van der Stegen, dictum hereditarium censum sex florenorum Renensium hereditarie supportavit magistro Henrico Pelgrom, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXIII^{a} aprilis, tercia post Misericordia.[64]

R1272, fol. 354r
17 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Magister Henricus Heym, canonicus ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, hereditarie vendidit magistro Petro de Busco, canonico eiusdem ecclesie, ad opus capituli ecclesie pretacte hereditarium censum decem et octo librarum monete, solvendum hereditarie Pasche, de et ex duodecim iugeribus terre paludialis sibi immediate coadiacentibus, sitis in parochia de Roesmalen ad locum dictum Heze, inter hereditatem Jutte, relicte quondam Johannis Roelofszoen, ex uno, et inter hereditatem Gerongii Hagens, Lamberti van den Bogart, textoris laneorum, et inter hereditatem conventus ad aquas Beate Marie et Beate Brigitte vidue, siti ibidem ad locum dictum Caudewater ex alio, tendentibus a quodam fossato dicto den Hoefgrave ad quendam alium aggerem ibidem protensum, ut dicebat, ab eodem capitulo, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu quinque librarum choralibus dicte ecclesie, atque

[64] *deze akte is geschreven in de ondermarge van fol. 353v*

hereditario censu quatuor librarum dicte monete fabrice ecclesie de Geffen, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus magister Henricus dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue simul unapariter quamlibet videlicet librarum cum sex florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Petrus nomine dicti capituli hoc palam recognovit et sub obligatione bonorum eiusdem capituli dicto magistro Henrico repromisit, hoc salvo, quod idem magister Henricus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato capitulo legitime preintimabit.
Testes Kuyst et Brugiman, datum XVII^{a} aprilis, quarta post Quasimodo.[65]

R1272, fol. 354r-354v
18 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Marcelius, filius quondam Godefridi Byerkens, undecim sextaria siliginis hereditarie pactionis, mensure de Buscoducis, anno quolibet Purificationis, danda et hereditarie persolvenda de et ex quarta parte cuiusdam pecie prati, circiter quatuor pastuum dictorum koeweyen, site in tribunali de Lyemde ad locum dictum Aen Goessens buenre, inter hereditatem Boudewini Boyens ex uno, et inter hereditatem heredum Martini van den Velde ex alio, item ex quarta parte cuiusdam dimidie diurnate prati, siti in Roubeempt, item ex domo, domistadio et orto ac suis attinenciis, sitis in dicto tribunali de Lyemde ad locum dictum Aen die Collenberch, inter hereditatem Willelmi, filii Michaelis Roesmonts, ex uno, et cum alio latere ad hereditatem Henrici Martens, item ex pecia terre cum uno latere ad hereditatem Ghiselberti Jan Meeuszoen, cum alio latere ad hereditatem Aelberti Zebrechszoen van Collenberch, item ex pecia terre cum uno latere et fine uno ad hereditatem Michaelis Bolant, et cum alio latere ad hereditatem Willelmi, filii Willelmi Willem Bauwenszoene, que undecim sextaria siliginis hereditarie pactionis pretacta Johannes, filius quondam Bartholomei Elskens, supradicto Marcelio dudum hereditarie vendiderat, ut videbatur in litteris de Lyemde contineri, hereditarie supportavit Aelberto, filio quondam Zeberti Aelbertss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Brugman, datum XVIII^{a} aprilis, quinta post Quasimodo.

R1272, fol. 354v
18 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Dictus Aelbertus, filius quondam Zeberti Aelbertsoen, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Johannis Romboutszoen, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Pasche, et in Buscoducis tradendam, ex pecia terre siliginee, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Bucstel in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Johannis Meeuszoen ex uno, et inter hereditatem Willelmi, filii Willelmi Bouwenss., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Katherine, filie quondam Zeberti Aelbertszoen, item ex tercia parte ad

[65] *in de witregel tussen deze akte en de volgende staat:* cum conditione consueta.

dictum venditorem, ut dicebat, spectante in quodam prato dicto Pryesbuenre, tres diurnatas prati vel circiter continente, sito in in (*aldus*) parochia et tribunali predictis inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Willelmi Aelbertszoen ex alio, tendente ab hereditate Johannis Lemmens ad hereditatem Henrici Peterszoen, item ex quarta parte dictum[66] venditorem, ut dicebat, spectante in pecia pascue, quatuor pastus dictos koeweyen vel circiter continente, sita in parochia et tribunali iamdictis, inter hereditatem Johannis, filii quondam Boudewini Maeszoen ex uno, et inter hereditatem dicti Henrici Peterszoen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrici, filii Godefridi Hadewigens., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno stufero ex dicto iugero prato, atque quatuor et dimidio stuferis ex dicta integra pecia pascue, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 354v-355r
18 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quatuor peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 355r
18 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Gerardus de Hemart, filius Henrici, promisisset ut debitor ut debitor principalis (*aldus*) se daturum et soluturum Arnoldo, filio quondam Johannis Goyartszoen, hereditarium censum quatuor et dimidii aureorum florenorum Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia tempore solutionis cursum habente, pro quolibet huiusmodi aureorum florenorum computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, ex pecia terre dicta die Meer, cum suis iuribus et attinenciis, sitis in parochia de Megen, inter aggerem Mose ibidem ex uno, et inter hereditatem olim Henrici Snavel, nunc vero Gerardi, filii quondam Johannis Heyckman ex alio, insuper ex pecia terre dicta den Vergart, sita ibidem inter hereditatem Henrici Zebrechszoen ex uno, et inter hereditatem Thome Scrage et Godefridi Willemszoen ex alio, item ex pecia terre dicta den Rodeweert, sita ibidem inter hereditatem olim Gerardi Ghenen, nunc vero Gerardi Celen ex uno, et inter hereditatem dictam den Grooten Camp, domini de Megen, ex alio, necnon ex omnibus aliis suis bonis et hereditatibus ab eo ad presens habitis ac imposterum habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis aut reperiendis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus

[66] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt vòòr dit woord het woord* ad.

de Hemart palam recognovit et super omnia et habenda Christine, relicte dicti quondam Arnoldi, filii quondam Johannis Goyartss., promisit adhuc quod ipse idem Gerardus dictum censum redimet et acquitabit necnon redimere et acquitare tenebitur infra hinc et a Nativitatis Domini proxime futuro ultra tres annos, videlicet quemlibet huiusmodi aureorum florenorum cum et mediante quindecim aureis florenis Rijnsgulden communiter vocatis, viginti denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi aureorum florenorum computando, videlicet computando in hiis, denarium dobbel vueryseren vocatum pro duobus stuferis, aureum florenum Renensem pro vigintiquatuor stuferis, aureum florenum Sancti Andree pro vigintiquinque stuferis, et sic deinceps de aliis monetis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 355r
18 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Johannes, filius quondam Bartholomei dicti die Becker, quartam partem totamque partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam agro terre et pecia terre mericalis sibi adiacente, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, inter hereditatem Johannis Heym ex uno, et inter hereditatem conventus fratrum Carthusiensium in Vucht ex alio, tendentibus a communitate ad hereditatem Wolteri, filii quondam Erenberti Loyen, prout iampremissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis Willemszoen van der Bruggen, simul cum toto iure sibi competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Bartholomei, sui patris, et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 355r
18 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Dictus Johannes, filius quondam Johannis Willemss., promisit super omnia et habenda primodicto Johanni, filio quondam Bartholomei die Becker, septem peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et septem stuvers Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 355v
19 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Rodolphus, filius Ghysberti Heymerixzoen, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Wolteri Neysen, ab eodem Woltero et Aleide, sua uxore, filie dicti quondam Willelmi de Rode, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex pecia terre, septem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Os ad locum dictum die Cortvoirt, inter hereditatem heredum quondam Wolteri Doelvoets ex uno, et inter hereditatem Johannis Gielissoen ex alio, item ex pecia terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Vechel ad locum dictum Dorhout, inter hereditatem liberorum

quondam Willelmi de Eecwinckel ex utroque latere, item ex hereditate seu pecia prati, siti ibidem inter aquam die Aa vocatam ex uno, et inter predictam peciam prati ibidem et inter hereditatem Rutgeri, filii quondam Willelmi de Eecwinckel, ex alio, insuper ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sitis in parochia de Vechel in loco iamdicto, inter hereditatem dictorum liberorum quondam Willelmi de Eecwinckel ex utroque latere, de qua pactione predicta Willelmus, filius quondam Willelmi de Roede Janszoen, ab eodem Willelmo et quondam Aleide, filia quondam Johannis Blerinc, pariter genitus, usufructum ac totum ius hereditarium sibi competentem in eadem pactione, legitime et hereditarie supportaverat prefato Rodolpho, filio Ghysberti Heymerixs., marito et tutori legitimo dicte Johanne, sue uxoris, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit michi ad opus Johannis et Aleidis, eius sororis, liberorum quondam Huberti die Ridder, ab eodem quondam Huberto et dicta Johanna, sua eotunc uxore, pariter genitorum, ab eisdem Johanne et Aleide, sua sorore, adstatim post mortem dictorum Rodolphi et Johanne, sue uxoris, amborum et non prius, habendum, apprehendendum et iure hereditario possidendum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Johanne, sue uxoris, deponere, potestate tamen pariter et auctoritate vendendi, alienandi, transportandi et supportandi, in parte vel in toto, pactionem predictam supradicte Johanne, in quantum dictum Rodolphum supervixerit et eandem Johannam ad hoc coegerit eotunc necessitas, et alias non, salvis et reservatis contradictione dictorum Johannis et Aleidis, suorum liberorum, non obstante.
Testes Roever et Brugman, datum XIX[a] aprilis, sexta post Quasimodo.

R1272, fol. 355v
19 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Symon, filius quondam Mathei Emmenss., Elyas, filius Amelii Rozen, Cornelius, filius Arnoldi Appelss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Willelmo de Os viginti florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes testes (*aldus*), datum supra.

R1272, fol. 355v-356r
19 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Bartholomeus, filius quondam Godefridi de Lancvelt, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Martini hyemalis, ex uno et dimidio iugeribus terre, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis in opposito conventus de Porta Celi, inter hereditatem dicti conventus ex uno, et inter communem aquam dictam die Aa ex alio et fine uno, insuper de et ex pecia terre arabilis, duas sextariatas vel circiter continente, sita infra dictam libertatem ad locum dictum die Dryenborch, inter hereditatem Willelmi van Griensvenne ex uno, et inter hereditatem Johannis Arntss. ex alio, quem censum predictum dictus Bartholomeus erga Petrum, filium Theoderici Barniers, maritum et tutorem legitimum Katherine, sue uxoris, filie quondam Engberti Peterss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Zegero, filio quondam Johannis Elyaess., simul cum dictis litteris et iure, et cum arrestadiis trium annorum ultimo preteritorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 356r
19 april 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Arnoldus, filius quondam Arnoldi die Wyze, promisit super omnia et habenda Jacobo, filio quondam Henrici de Beeck alias sBressers, centum florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Boert et Monix, datum supra.

R1272, fol. 356r
19 april 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Arnoldus promisit super omnia et habenda eidem Jacobo centum necnon triginta unum consimiles florenos Renenses a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 356r
deze akte is onvolledig

Henricus Bogart, filius quondam Henrici, hereditariam pactionem unius modii siliginis

R1272, fol. 356r
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Henricus Bogart, filius quondam Henrici, hereditariam pactionem unius maldri siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem Petrus, filius quondam Willelmi Muys, solvere tenebatur Lamberto, filio quondam Jacobi Vranckenzoen, de et ex pecia terre, sita in parochia de Berlijckem ad locum dictum den Onderstall, inter hereditatem Lamberti Bathens. ex uno, et inter communem plateam ex alio, insuper hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Berlijkem predicta ad locum dictum den Onderstal, inter hereditatem Lamberti Bathens. ex uno, et inter communem viam dictam den Veedyck ex alio, quas pactiones iamdictas, videlicet unius malderi et dimidii modii siliginis, dictus Henricus Bogart erga Hectorem die Bever Roelofszoen dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Henrici Janss. die Hollander alias die Lepper, fabro, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, simul cum arrestadiis unius anni ultimo preteriti, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Roever et Brugman, datum XX^{a} aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1272, fol. 356r-356v
20 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Katherina, relicta quondam Johannis Knoep, cum tutore, usufructum sibi competentem in tercia parte pecie terre siliginee, quinque lopinatas terre vel circiter continente, site in

parochia de Oisterwyck ad locum dictum Hoculem, inter communem plateam ex uno, tendente cum uno fine ad hereditatem Johannis dicti Heynens., ut dicebat, legitime supportavit Willelmo, filio Henrici dicti die Meester, tamquam marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, filie dictorum Katherine et quondam Johannis Knoep, ad opus sui et ad opus Cornelii necnon Anthonie, Johanne, Marie et Katherine, eius sororum, liberorum eorundem Katherine et quondam Johannis Knoep, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XX[a] aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1272, fol. 356v
20 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, pro se ipso et eadem Aleide, sua uxore, necnon ex parte dictorum Cornelii, Anthonie, Johanne, Marie et Katherine, dictam terciam partem pecie terre predicte hereditarie supportavit Willelmo Poynenborch Janss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Aleidis, sue uxoris, necnon ex parte dictorum Cornelii, Anthonie, Johanne, Marie et Katherine atque ex parte dicti quondam Johannis Knoep et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 356v
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Johanna, filia quondam Arnoldi die Mombaer, cum tutore, campum terre pascualis, situm in parochia de Gemonden in iurisdictione de Scijnle, inter hereditatem Johannis de Oetelair ex uno, et inter communitatem de Eylde ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Petri die Greve, prout dictus campus ibidem situs est et ad dictam Johannam pertinere dinoscitur, ut dicebat, hereditarie vendidit Godefrido, filio quondam Godefridi dicti Gryetenzoen, ab eodem, promittens, cum tutore, super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad tres et dimidium stuferos ascendente, annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.
Testes Roever et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 356v-357r
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Elizabeth, filia quondam Johannis Broessen, cum tutore, hereditarium censum septem et dimidie librarum monete, quem censum Johannes Lonijs, filius quondam Godefridi Lonijs, filii quondam Johannis Lonijs, promiserat Johanni, filio quondam Johannis die Witt, ad opus domicelle Mechteldis, filie dicti quondam Godefridi Lonijs, conventualis conventus Sancte Clare in Wamel, quod ipse dabit et solvet dicte domicelle Mechteldi anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo, area et orto ac domo posteriori, cum molendino quo teritur oleum, in eadem domo posteriori consistente, atque ex domo, area et orto, eisdem domo, aree, orto et domo posteriori immediate coadiacentibus, sitis in Buscoducis retro locum dictum Tolbrugge, inter communem aquam die Dyeze vocatam ex uno, et inter cameram seu

hereditatem olim dicti Godefridi Lonijs, depost magistri Aelberti, eius filii, ex alio, et quem censum predictum dominus Henricus de Bronchorst, presbiter, tamquam potens vigore certarum litterarum sibi ab abbatissa, priorissa et communibus domicellabus et senioribus conventus Sancte Clare, siti in dyocesi Coloniensi in villagio de Wamell, concessarum, prefate Elisabeth hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci, conventus Sancte Elisabeth, siti in Buscoducis ad locum dictum After die Tolbrugge, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 357r-357v
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Paulus, filius quondam Tyelmanni dicti van den Water, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Henrico dicto Loze hereditarium censum novem librarum monete anno quolibet hereditarie Remigii confessoris, de et ex quodam campo viginti unum bonaria terre continente, sito in parochiis de Berlijkem et de Scijnle, ad locum dictum Eylde, inter hereditatem quondam domini Godefridi de Os, militis, ex uno, et inter hereditatem Godefridi dicti van der Sporct ex alio, atque ex sex et dimidio bonariis terre, sitis in dicta parochia de Berlijckem ad dictum locum Eylde vocatum, supra locum dictum die Sporct, inter hereditatem Willelmi de Waderle ex uno, et inter hereditatem que fuerat quondam Lamberti de Engelant et Arnoldi dicti Poeldonck ex alio, prout in litteris quarum data continet die sabbato post dominicam qua cantatur Reminiscere, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo octavo, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Martinus de Elmpt, Johannes, filius quondam Arnoldi Henricxzoen, Jacobus, filius quondam Johannis Martenszoene de Rode, Rodolphus, filius quondam Johannis Peterszoene, Rodolphus et Franco, fratres, et Jacoba, eorum soror, liberi quondam Lamberti Roelofszoene, et Wolterus, filius quondam Wolteri Lu, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Barbare, sue uxoris, filie dicti quondam Lamberti Roelofszoene, palam recognoverunt et videlicet dictus Martinus sub obligatione cuiusdam campi dicti den Hoeckcamp, tria bonaria terre vel circiter continente, ad ipsum spectante, siti in parochia de Scijnle inter hereditatem dictorum Johannis Arnt Henricxsoen et Jacobi Jan Martenszoene ex uno, et inter hereditatem reliqua eiusdem Martini ex alio, tendentis ab hereditate Johannis van den Steen et quorundam aliorum ad quendam magnum aqueductum ibidem, dictum die Groote Weteringe, item dictus Johannes Arnt Henricxs., sub obligatione medietatis ad ipsum spectantis in quodam campo terre, quatuor bonaria vel circiter continente, sito ibidem inter dictum campum dicti Martini den Hoeckcamp vocatum ex uno, et inter hereditatem dicti Rodolphi Jan Peterszoen ex alio, tendente ab hereditate Johannis Dachverlies et Johannis van den Steen ad hereditatem dicti Jacobi Jan Martenszoene, item idem Jacobus Jan Martenszoene, sub sub (*aldus*) obligatione relique medietatis ad se spectantis in iamdicto campo, quatuor bonariorum terre vel circiter, necnon ad sub obligatione (*aldus*) duorum bonariorum terre vel circiter, eciam ad ipsum spectantium, sitorum ibidem inter hereditatem liberorum quondam Lamberti Roelofss. predictorum ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis vel cuiusdam Christiani Engbertss. van Eertbruggen ex alio, tendencium a dicto campo quatuor bonariorum ad hereditatem Heilwigis, relicte quondam Wolteri van den Gasthuys, item dictus Rodolphus Jan Peterszoen sub obligatione cuiusdam campi ad se spectantis, duo bonaria terre vel circiter continentis, siti ibidem in parochia de Berlijckem inter hereditatem Gerardi de Achel ex uno, et inter dictum campum quatuor bonariorum ex alio, tendentis ab hereditate dictorum

liberorum quondam Lamberti Roelofss. ad hereditatem Johannis Dachverlies, item dicti Rodolphus et Franco, fratres, et Jacoba, eorum soror, et Wolterus Lu, sub obligatione cuiusdam campi ad se spectantis, etiam duo bonaria terre vel circiter continentis, siti ibidem in dicta parochia de Berlijkem, inter hereditatem dicti Johannis Arnt Henricxs. ex uno, et inter hereditatem dicti Gerardi de Achel ex alio, tendentis ab hereditate domicelle Sophie, relicte quondam Anthonii Spierinx, ad hereditatem dicti Rodolphi Jan Peterss., qui campi et hereditates predicti fuerunt et sunt attinencie dictorum viginti unius ac sex et dimidii bonariorum terrre, ut dicebant, sibi mutuo promiserunt scilicet quod ipse Martinus de et ex dicto suo campo den Hoeckcamp vocato, unam et dimidiam libras pagamenti hereditarii census, et ipse Johannes Arnt Henricxs., de et ex dicta sua medietate ad se spectante in dicto campo quatuor bonariorum terre, nomine sui ipsius unam et dimidiam consimiles libras, et nomine et pro Mechtelde, relicta quondam Johannis Keymp, occasione certarum hereditatum quas eadem Mechteldis ibidem habet situatas, unam et dimidiam consimiles libras, et ipse Jacobus Jan Martenss., de et ex dicta reliqua sua medietate ad se spectante in iamdicto campo quatuor bonariorum terre, tres huiusmodi libras hereditarii census, atque ipse Rodolphus Jan Peterssoen, de et ex dicto suo campo duorum bonariorum terre, quinque stuferos et quartam partem unius huiusmodi stuferi, necnon ipsi Rodolphus et Franco, fratres, et Jacoba, eorum soror, et Wolterus Lu, eorum sororius, de et ex dicto suo campo duorum bonariorum terre, quinque consimiles stuferos et quartam partem unius huiusmodi stuferi, de supradicto hereditario censu novem librarum, exnunc deinceps dabunt et solvent ac dabit et solvet eorum alter, sic et taliter, quod uni ab alio ad et supra se et bona sua pretacta dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Rover et Brugman, datum XX^{ta} aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1272, fol. 357v-358r
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Martinus de Elmpt quendam campum, viginti unum bonaria terre vel circiter continentem, situm in parochiis de Berlijckem et de Scijnle ad locum dictum Eylde, inter hereditatem quondam domini Godefridi de Os, militis, ex uno, et inter hereditatem Godescalci dicti van der Sporct ex alio, atque sex et dimidium bonaria terre, sita in parochia de Berlijckem ad dictum locum Eylde vocatum, supra locum dictum die Sporct, inter hereditatem Willelmi de Waderle ex uno, et inter hereditatem que fuerat quondam Lamberti de Engelant et Arnoldi dicti Poeldonck ex alio, ex causa defectus solutionis hereditarii census novem librarum monete, quem Henricus de Deventer ex premissis solvendum habet, erga Marcelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisivisset, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Martinus de Elmpt supradictum campum necnon sex et dimidium bonaria terre, dempto et eidem Martino de eisdem reservato, quodam campo dicto den Hoeckcamp, tria bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle, inter hereditatem Johannis Arnt Henricxs. et Jacobi Jan Martenss. ex uno, et inter reliquam hereditatem eiusdem Martini ex alio, tendente ab hereditate Johannis van den Steen et quorundam aliorum ad quendam aqueductum dictum die Groote Weteringe, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Arnoldi Henricxs., simul cum dictis litteris et iuribus, occasione premissorum sic ut premittitur supportatorum, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum supra.[67]

[67] *op fol. 357v staat bij deze akte in de linkermarge geschreven:* . A .

R1272, fol. 358r
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra et fiat relacio, usque ibi simul cum dictis litteris, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Henricxs, super huiusmodi hereditatibus quas Mechteldis, relicta quondam Johannis Keymp, in dicta parochia de Berlijkem habet situatas, et que de supradicto campo viginti unius bonariorum terre ac dictis sex et dimidio bonariis terre quovismodo sumpte seu devente sunt, ut dicebat, atque super toto iure sibi in dictis litteris earundem occasione quovismodo competente, ad opus dicte Mechteldis hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 358r
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu . A . signato et fiat relacio ut iam supra, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Henricxs., quendam campum, duo bonaria terre vel circiter continentem, situm ibidem in parochia de Berlijkem, inter hereditatem Gerardi de Achel ex uno, et inter quendam campum, quatuor bonariorum terre vel circiter, ibidem situm, ex alio, tendentem ab hereditate liberorum quondam Lamberti Roelofss. ad hereditatem Johannis Dachverlies, qui vero campus de supradicto campo viginti unius bonariorum ac de dictis sex et dimidio bonariis terre, per pridem supportatus est, ut dicebat, hereditarie supportavit Rodolpho, filio quondam Johannis Peterss., simul cum dictis litteris et iure, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 358r
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset etc. ut in contractu .A. signato, et fiat relacio ut iam supra, et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Henricxs., quendam campum terre per prius de premissis, ut dicebat, sumptum, duo bonaria terre vel circiter continentem, situm ibidem in parochia de Berlijkem, inter hereditatem reliquam dicti Johannis Arnt Henricxs. ex uno, et inter hereditatem Gerardi de Achel ex alio, tendentem ab hereditate domicelle Sophie, relicte quondam Anthonii Spierinx, ad hereditatem Rodolphi Jan Peterss., hereditarie supportavit michi ad opus liberorum quondam Lamberti Roelofss., simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 358r-358v
20 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Paulus, filius quondam Tyelmanni van den Water, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Henrico dicto Loze hereditarium censum novem librarum monete anno quolibet hereditarie Remigii confessoris, ex quodam campo terre, viginti unum bonaria terre vel circiter continente, sito in parochiis de Berlijckem et de Scijnle ad locum dictum Eylde, atque ex sex et dimidio bonariis terre, sitis in parochia de Berlijckem ad dictum locum Eylde vocatum, supra locum dictum die Sporct, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Arnoldi Henricxs., palam recognovit et sub obligatione medietatis ad ipsum spectantis in quodam campo terre quatuor bonaria vel circiter continente, sito ibidem in dicta parochia de Scijnle, inter quendam campum, dictum den Hoeckcamp, Martini de Elmpt ex uno, et inter hereditatem Rodolphi Jan Peterss. ex alio, tendente ab hereditate Johannis Dachverlies et Johannis van den Steen ad hereditatem Jacobi Jan Martenss., dicto Martino de Elmpt promisit, quod ipse Johannes septem et dimidiam libras hereditarii census de dicto censu novem librarum ex nunc deinceps annuatim dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod eidem Martino ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Roever et Brugman, datum XX^{ti} aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1272, fol. 358v
23 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Godefridus Strick, filius quondam Nycolai Strick, hereditarie vendidisset Agneti, relicte quondam Johannis Heer, carnificis, hereditarium censum octo aureorum florenorum overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Geertrudis virginis, de et ex quodam manso dicto die Hoeve te Craenmere, sito partim in parochia de Erpe et partim in parochia de Uden, et ex terris pratis, pascuis et mericis ceterisque iuribus et attinenciis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Agnes, cum tutore, dictum hereditarium censum octo aureorum florenorum hereditarie supportavit dicti Godefrido Strick, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in dicto litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere simpliciter.
Testes Busco et Brugman, datum XXIII^{a} aprilis, tertia post Misericordia.

R1272, fol. 358v-359r
23 april 1504
Lucas van Erp en Matthijs Brugman

Rutgerus, filius quondam Sanderi Ruttenzoen, promisit ut debitor principalis Nycolao, filio quondam Egidii Borchmans, ad opus domini Egidii, sui filii, presbiteri, quod ipse dabit et solvet eidem domino Egidio, presbitero, hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum, et pro primo solutionis[68] a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum, de et ex duabus peciis terre sibi mutuo coadiacentibus, septem vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Os ad locum dictum Op Scadewyck, inter hereditatem capelle beati Anthonii confessoris ibidem ex

[68] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt hier het woord* termino.

uno, et inter hereditatem heredum quondam Anselmi Teyen ex alio, tendentibus a quadam stega dicta die Waterlaetsche stege ad hereditatem heredum quondam Henrici Corstiaens, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus Rutgerus dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum quindecim florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Nycolaus nomine dicti domini Egidii, sui filii, palam recognovit et consentiit, cum conditione consueta.
Testes Erpe et Brugman, datum XXIII^{a} aprilis, tercia post Misericordia.

R1272, fol. 359r
23 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Gobelinus, filius quondam Johannis Meeuss., hereditarie vendidit domino Henrico Leynen, presbitero, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Mathie apostoli, et pro primo solutionis termino Mathie apostoli proxime futuro, et in Buscoducis tradendam, de et ex pecia terre siliginee, maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Roesmalen ad locum dictum Heze, inter hereditatem Willelmi, filii Bartholomei Quattels, ex uno, et inter hereditatem Willelmi Jan Meeuszoen ex alio, tendente ab hereditate Michaelis Rutgerss. ad quandam plateam dictam die Loensche straet, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quinque libris pagamenti hereditarii census, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Busco et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 359r
23 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum decem et novem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 359r
23 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Theodericus et Jacobus, fratres, et Jutta, eorum soror, liberi quondam Godefridi, filii quondam Godefridi Hannen, pellificis, cum tutore, peciam prati dictam een eenssel, et peciam terre dictam een hopvelt, sibi mutuo lateraliter adiacentes, sitas in parochia de Helmont in die Hage, inter hereditatem Johannis Snoeck ex uno, et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Johannis Fyssien, et eius liberorum, et Luytgardis, uxoris legitime Theoderici Wautgers, et eius liberorum ex alio, quas peciam prati et peciam terre predictas dictus Godefridus, filius quondam Godefridi Hannen, pellifex, erga Godefridum, filium quondam Theoderici Cuypers, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad

opus Godefridi de Bladel, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte primodicti quondam Godefridi et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Brugman, datum supra.[69]

R1272, fol. 359r-359v
23 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Wij, Boert et Brugman, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir ons gestanden zijn geweest Henrick ende Aleyt, zijn suster, kijnderen wilneer Henricx van Aerle, van den selven wilneer Henricken ende Vlent, zijne huysvrouwe, dochter wilneer Danel Croecx, tsamen gewonnen, ende Dirck van Vechel Goyartszoen, als man ende mombaer Mechtelts zijnren huysvrouwen, dochter wilneer Henricx van Aerle ende Vlent voirs., ende hebben oepenbairlic bekent ende beleden, dat meester Willem van den Bosch ende Jan Bloyman, als executoirs des testaments ende lesten wils wilneer Henricx van Aerle voirs., by den selven wilneer Henricken dair toe gecoeren ende gestelt, hen goede, wittige rekeninge ende bewysinge gedaen hebben van allen gueden, have ende erve, renthen, chijnsen, pachten, hoeve ende erffenisse ende allen anderen gueden, beruerlic ende onberuerlic, bij den voirs. wilneer Henricken van Aerle, hoeren vader, als lanxtlevende van den bedgenoten voirs. aftergelaten, ende oick van allen den prouffyten, vruchten, verschenen renthen, lanthueren ende huyshueringe, ende allen anderen prouffyten syndert der aflivicheit des voirs. wilneer Henricx tot Paeschen toe naestcomende excluys dair af verschenen, gecomen ende vervallen, ende hebben voirts die selver Henrick, Aleyt ende Dirck gekent, dat die voirs. meester Willem ende Jan allen alsulkenen gerede penningen van goude ende zilver als die voirs. wilneer Henrick hadde achtergelaten, ende oick van den voirs. gueden syndert der aflivicheit desselfs wilneer Henricx, van sculden, wynen oft anderssyns zijn gecomen, uuytgegeven ende bekent hebben, ten prouffyt, oirbaer ende nutscap van hen, Henricken, Aleyden ende der voirs. Mechtelden, ende voirts tot alsulkenen meyningen, nutscap, behoeft ende prouffyt als die voirs. wilneer Henric dat hadde geordineert ende begeert, ende hebben oic gekent dat zij onfangen hebben alle alsulkenen zilverwerck, juweelen, cleynoten, lynwaet, huysraet, scepenenbrieven, instrumenten ende anders, ende voirtane alle andere gueden, egeen uuytgesceiden, by den voirs. hoeren ouderen, vader ende moeder, aftergelaten, ende dat hen van all goede rekeninge, overleveringe, bewijs et reliqua gedaen is, dair af dat se hen bedanckten ende scauden alsoe die voirs. Henrick, Aleit ende Dirck voir hem ende zijn huysvrou voirscr. den selven meester Willemen ende Jannen Bloyman dair af gehelic ende all quyt, sonder droch oft argelist. In kennessen der wairheit soe hebben wy, scepenen voirs., onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten XXIII[en] dach der maent van aprill, des dynsdaigs nae den sondage als men singt Misericordia.

R1272, fol. 359v-360r
24 april 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Nycolaus dictus van den Hoevel, filius quondam Johannis dicti van den Hoevel, hereditarie vendidit Marcelio, filio quondam Marcelii de Ekart, pellificis, hereditarium censum decem

[69] *in de witregel onder deze akte staat:* Tradatur littere domino Johanni die Bever, priori opten Hage bij Helmont.

librarum monete, solvendum hereditarie Pasche, de et ex duobus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Alem in loco dicto Int Zellant, inter hereditatem abbatis Sancti Trudonis ex uno, et inter hereditatem Ghysberti de Gestel ex alio, tendentibus ab hereditate fabrice ecclesie de Alem ad communem plateam, item adhuc ex quatuor hont terre vel circiter, sitis in eadem parochia in dicto loco Int Zellant vocato, ad ad (*aldus*) locum dictum Opte Laeck, inter hereditatem matricularie dicte ecclesie ex uno, et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Goeswini Hack ad hereditatem dicti abbatis, item adhuc ex uno iugere terre vel circiter, sito in eadem parochia ad locum dictum Opte Voegelsangh, inter hereditatem Willelmi Wouterss. ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Marcelii Goyartss. ex alio, tendente a quadam stega ad hereditatem Marcelii de Gestel, ut dicebat, ab eodem emptore, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum XXIIII^{ta} aprilis, quarta post Misericordia.

R1272, fol. 360r
24 april 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 360r
25 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Arnoldus, filius quondam Johannis de Zoemeren, promisit super omnia et habenda Goeswino de Brecht septem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et tredecim consimiles stuvers Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Busco et Brugman, datum XXV^{ta} aprilis, quinta post Misericordia.

R1272, fol. 360r-360v
25 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Cristianus, filius naturalis Willelmi de Os, tamquam maritus et tutor legitimus ut[70] Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Petri die Sluyter, ab eodem quondam Petro et quondam Elisabeth, sua uxore, filia quondam Theoderici, filii quondam Petri sDeckers de Berse, pariter genite, viginti lopinos siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, de quatuor modiis et novem lopinis siliginis hereditarie pactionis, quos Johannes, filius quondam Wolteri dicti Knoeden, promiserat se daturum et soluturum liberis Henrici dicti der Kijnder, videlicet Nycolao, Johanni et Henrico, fratribus, Elisabeth et Heilwigi, eorum sororibus, et Conegondi, relicte quondam Ludolphi de Vessem, filie quondam Henrici Cops, et eius liberis, ab ipsa Conegonde et dicto Ludolpho pariter genitis, atque Arnoldo, eorum avunculo, filio quondam Henrici dicti der Kijnder, anno quolibet hereditarie Purificationis, ex hereditatibus infrascriptis, videlicet ex manso dicto Kyevits hoeve, cum suis attinenciis, sitis in parochia de

[70] *waarschijnlijk is hier het woord* dicebat *vergeten.*

Vessem inter hereditatem Johannis dicti Zeverijns ex uno, et inter communitatem ex alio, item ex quodam manso dicto Henricx der Kijnder hoeve, cum suis attinenciis, sito in dicta parochia inter hereditatem Ghiselberti Peynsarts ex uno, et inter communitatem ex alio, item ex pecia prati, sita in loco dicto Ellenbroeck in parochia predicta, inter hereditatem Johannis Princen ex uno, et inter hereditatem Willelmi dicti sWevers ex alio, item ex pecia prati, siti in loco dicto Ellenboeck in dicta parochia, inter hereditatem Theoderici dicti Hillen ex uno, et inter hereditatem Theoderici Ansemss. de Oirscot ex alio, item ex pecia prati dicti der Specdonck, siti in dicta parochia, item ex pecia prati, sita in loco dicto Wagengat in parochia predicta, item ex huiusmodi pratis, que liberi quondam Henrici dicti der Kijnder, Conegondis et Arnoldus predicti habebant in loco dicto Crast in parochia predicta, item ex ortulo, sito in dicta parochia inter hereditatem Henrici dicti Martens ex uno, et inter communitatem ex alio, et quos viginti lopinos siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, predictos dictus Theodericus, filius quondam Pauli sDeckers de Berse, erga Willelmum, filium quondam Henrici dicti de Aelst, et Henricum, eius filium, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio Nycolai dicti Colen, ad opus dicti Nycolai, sui patris, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Luytgardis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Theoderici, filii quondam Pauli sDeckers de Berse, et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXV^{ta} aprilis, quinta post Misericordia.

R1272, fol. 360v
25 april 1504
Hendrik Kuyst en Matthijs Brugman

Godefridus, filius quondam Willelmi, filii quondam Godefridi die Joede, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Anthonie, sue uxoris, filie quondam Anselmi Peterszoen dicti die Smyt, unum modium siliginis hereditarie pactionis, quem modium siliginis predictum quidam Adam dictus Daems Goyarts alias Hamel, et Godefridus, eius filius, promiserant ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos Zeberto et Gerardo, fratribus, et Anthonie, eorum sorori, liberis dicti quondam Anselmi Peterss. die Smyt, anno quolibet hereditarie Purificationis, ex pecia terre, sita in libertate de Waelwijck, inter hereditatem Bartholomei Rombouts ex uno versus occidens, et inter hereditatem Johannis Reynerss. versus oriens ex alio, tendente a quodam fossato dicto den Velthoff grave ad quoddam aliud fossatum dictum den Hoygrave, ut videtur in litteris de Waelwyc contineri, hereditarie supportavit Nycolae, filie quondam Anselmi Peterss. die Smyt, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Anthonie, sue uxoris, necnon ex parte dictorum Zeberti et Gerardi, fratrum, et suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 360v
25 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Rycardus, filius quondam Engberti Rycartss., promisit ut debitor principalis super omnia et habenda se daturum et soluturum conventui fratrum Carthusiensium in Vucht, ad spacium duodecim annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, decem sextaria siliginis, mensure de Buscoducis, Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis traditurum, et sic deinceps

anno quolibet dicto annorum spacio durante, occasione locationis undecim lopinatarum terre vel circiter, dicti conventus, sitarum in parochia de Hees ad locum dictum Op Zochel, item adhuc unius et dimidie lopinatarum terre vel circiter eiusdem conventus, sitarum ibidem, atque pecie terre pascualis seu duarum streparum terre pascualis, sitarum in dicta parochia in loco dicto In de Raect, tali annexa condicione, quod dicta locatio ad spacium sex primorum annorum ad voluntatem alterius partum exspirabit, hoc salvo, quod alter alteri id ante festum Remigii confessoris abante legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes Roever et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 361r
25 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Godefridus, filius quondam Robberti van den Venne, promisit super omnia et habenda Petro, filio Ottonis Geritss., sex peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro, item totidem peters a Purificationis proxime futuro ultra annum, necnon totidem consimiles peters a Purificationis proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 361r
26 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum Wolterus, filius quondam Willelmi de Overacker, filii naturalis quondam domini Thome van Overacker, quendam campum terre cum suis attinenciis, situm ad locum dictum Caluwenberch, inter hereditatem Johannis Reymbrants ex uno, et inter hereditatem Willelmi van den Kerchoff et liberorum quondam Godefridi die Zecker ex alio, simul cum censibus exinde e iure solvendis et postmodum acquitatis, hereditarie supportasset Mathie, filio quondam Johannis Vrancken, et Johanni, filio quondam Arnoldi Moykenss., prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Mathias medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantes in campo predicto, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Arnoldi Moykenss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Roever et Brugman, datum XXVI^{ta} aprilis, sexta post Misericordia.

R1272, fol. 361r
26 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Mathias, filius quondam Johannis Vrancken, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantes in quodam campo, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Kessel in loco dicto die Kesselsche Deelen, prope campum dictum Moels Camp, inter hereditatem conventus Regularissarum, siti in Buscoducis opten Wijntmoelenberch, ex uno, et inter hereditatem Ghysberti van der Hautart ex alio, quem campum predictum Franco, Johannes et Nycolaus, fratres, liberi quondam Nycolai Post, dudum Johanni, filio quondam Arnoldi Muykens et dicto Mathie, filio quondam Johannis Vrancken, hereditarie vendiderat, prout in litteris, hereditarie supportavit eidem Johanni, filio

quondam Arnoldi Muykenss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 361r-361v
26 april 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugman

Dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Moykens, promisit super omnia et habenda Mathie, filio quondam Johannis Vrancken predicto, octo et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, ad festum Pasche proxime futurum, item octo et dimidium consimiles florenos Renenses a Pasche proxime futuro ultra annum, item octo et dimidium consimiles florenos Renenses necnon centum et septuaginta consimiles florenos Renenses a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes Roever et Brugman, datum XXVI^{ta} aprilis, sexta post Misericordia.

R1272, fol. 361v
26 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Bernardus, filius Willelmi Brouwers, beeldsnyder, promisit super omnia et habenda Goeswino de Brecht tredecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando infra mensem proxime futurum persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum supra.[71]

R1272, fol. 361v
26 april 1504
Willem van den Bosch en Jan Monix zoon van Jan

Arnoldus, filius quondam Goeswini de Beeck, ab eodem quondam Goeswino et Margareta, sua uxore, filia quondam Engberti van den Hezeacker, pariter genitus, et Petrus Roempot, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dictorum quondam Goeswini et quondam Margarete, duas quintas partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes in pecia terre dicta den Duytschen beempt, sita in parochia de Haren ad locum dictum Belver, item adhuc in pecia terre dicta den Garshoff, sita ibidem ante domum Arnoldi dicti Her Wouters, item adhuc in tercia parte trium bonariorum prati, siti in dicta parochia in loco dicto Int Noirtbroeck, quas quidem pecias dictas den Duytschen beempt et den Garshoff, et dictum pratum colonus mansi dicti quondam Engberti van den Hezeacker, siti in dicta parochia in loco predicto Belver vocato, semper in sua habuit cultura, ut dicebat, hereditarie supportavit Petro Toelinc Gysbrechs., simul cum toto iure ipsis competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, occasione promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Elisabeth deponere.

[71] *Door deze akte staat geen grosseringsteken. In de linkermarge staat bij deze akte geschreven:* Cancellatus est de consensu dicti Goeswini VIII maii anno eodem.

Testes Busco et Monix, datum supra.[72, 73]

R1272, fol. 361v
23 mei 1504
Jan Monix zoon van Jan en Matthijs Brugman

Goeswinus, filius quondam dictorum Goeswini et Margarete, et Johannes van Nedervenne, tamquam maritus et tutor Luytgardis, filie eorundem quondam Goeswini et Margarete, duas quintas partes ad ipsos spectantes premissorum, hereditarie supportaverunt dicto Petro Toelinc utsupra, promittentes super omnia et habenda ratam servare utsupra.
Testes Monix et Brugman, datum XXIII maii, quinta post Exaudi.

R1272, fol. 361v
deze akte is onvolledig

Yda, relicta quondam Johannis Goyartszoen, multoris, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto

R1272, fol. 361v
26 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Yda, relicta quondam Johannis Goyartssoen multoris, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in duabus domibus, areis, ortis ac suis attinenciis, sibi mutuo coadiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Wolteri van den Passe ex uno, et et (*aldus*) inter hereditatem Rodolphi Toelincx ex alio, tendentibus a via lapidea retrorsum ad hereditatem domus leprosorum dicte Ter Eyendonck ibidem, ut dicebat, legitime supportavit Elisabeth, filie Yde et quondam Johannis Goyartss. predictorum, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 361v-362r
26 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes dictus Potter, filius quondam Walrami die Potter, tamquam maritus legitimus dicte Elisabeth, sue uxoris, et ipsa Elisabeth cum eodem suo marito, tamquam cum suo tutore, promiserunt ut debitores principales Hermanno Collart, filio quondam Petri, quod ipsi dabunt et solvent eidem Hermanno hereditarium censum duarum librarum monete, anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum, et pro primo solutionis termino a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum, de et ex premissis; promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus et dimidia libris hereditarii census communis pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

---

[72] *in de linkermarge staat bij deze akte geschreven:* . A .
[73] *ter hoogte van de laatste regel van deze akte staat in de rechter marge geschreven:* Fuit sic contentus.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 361v
30 oktober 1504
Maarten van Campen en Jan van Erp

Wolterus, filius quondam Goeswini de Beeck, ab eodem quondam Goeswino et Margareta, sua uxore, filia quondam Engberti van den Hezeacker, pariter genitus, quintam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in premissis in contractu . A . signato comprehensis, hereditarie supportavit Petro Toelinc Gysbrechs., simul cum toto iure sibi competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Campen et Erpe, datum XXX[a] octobris.[74]

R1272, fol. 362r
26 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Petrus, filius Willelmi Symonszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Bartholomei Jan Meeuszoen, ab eodem quondam Bartholomeo et quondam Agnete, sua uxore, pariter genite, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi et dicte Katherine, sue uxori, per et post mortem dictorum quondam Bartholomei et Agnetis, suorum parentum, quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Lodovico van der Lynden, filio quondam Lodovici, fabro, et Willelmo, filio quondam Aelberti van der Lynden, simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 362r
26 april 1504
Jan van Boert en Matthijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus palam recognovit et publice confessus est sibi plenarie fore satissecurum per Lodovicum et Willelmum pretactos de huiusmodi pecuniarum summis que sibi provenerunt solvendis, ac promisse sunt occasione premissorum seu supportationis pretacte, clamans igitur dictus Petrus eosdem Lodovicum et Willelmum et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes et eorum bona inde quitos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 362r-362v
27 april 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

[74] *deze akte is geschreven in de ondermarge van fol. 361v. Achter het slot van de akte is geschreven:* Sic apportatum per dictos scabinos sexta octobris.

Notum sit universis quod cum Johannes de Nulant, filius quondam Johannis de Nulant, hereditarie vendidisset et se vendidisse recognovisset Johanni dicto Dicbier seniori, burgeren in Buscoducis, hereditarium censum tredecim librarum grosso monete regis Francie antiquo, pro sedecim denariis in hiis computato et semper computando, assignatum eidem Johanni Dicbier ad omnia bona hereditaria ipsius Johannis de Nulant, sita in Geffen, in Nulant et in Wilshusen, in quibus bonis idem Johannes Dicbier hereditarium censum undecim librarum dicte monete prius hereditario iure habuit situm idem Johannes de Nulant recognoverat, de quibus annuis et hereditariis censibus predictis dictus Johannes de Nulant sedecim libras monete predicte in festo Martini hyemalis, et octo libras eiusdem monete census huiusmodi in festo Purificationis, de dictis bonis annuatim et hereditarie daret et persolveret seu dare et persolvere teneretur, cumque vero Gerardus de Aa et Gerardus, eius filius, dictum annuum et hereditarium censum tredecim librarum monete predicte, atque dictum hereditarium censum duodecim librarum eiusdem monete, hereditarie supportassent Bartholdo, filio Johannis dicti Back Bertouts de Tilborch, Gerardo et Johanni, eius liberis, ab eodem Bartoldo et quondam Elisabeth olim sorore primodicti Gerardi, pariter genitis, prout in diversis litteris, et cum deinde quia Gerardus Back annuatim in parochiis de Geffen et de Nuwelant ad locum dictum Wilshusen solvendum habet hereditarium censum viginti quatuor librarum antique pecunie, ut ipse Gerardus dicebat, Petrus dictus Ermgarden et Bernardus Costen recognovissent quod quivis eorum fruerentur certa quota seu parte hereditatum contrapignerum dicti census, videlicet duabus domibus et hereditatibus eis adiacentibus, sitis in parochia de Nulant ad locum dictum den Wolfsdyck, de quibus hereditatibus cuiuslibet hereditas existit circiter unius modiate terre siliginee, sitis inter hereditatem Leoni de Erpe ex uno, et inter hereditatem Jacobi Claessoen ex alio, tendentibus a platea dicta den Wolfsdyck ad hereditatem Bernardi Huedemekers, exponentes ulterius iidem Petrus Ermgarden et Bernardus Costen, quod ipsi et eorum predecessores de censu predicto annuatim solvere consueverant septem libras, octo solidos et sex denarios, prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Gerardus Back, filius dicti quondam Johannis, filii dicti quondam Bartholdi, filii quondam Johannis Back, dictas septem libras, octo solidos et sex denarios hereditarii census de dictis hereditariis censibus tredecim et undecim librarum monete predicte, hereditarie supportavit magistro Francisco Toelinc ad opus Mechteldis, sue matris, relicte quondam Ghysberti Toelinc, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Busco et Roever, datum XXVII[a] aprilis, sabbato post Misericordia.

R1272, fol. 362v
27 april 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in contractu precedente et fiat relacio, usque ibi: et cum deinde quia Gerardus Back etc., et tunc sic: constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus Back medietatem quatuor librarum, sedecim solidorum et duorum denariorum hereditariorum censuum de dictis hereditariis censibus tredecim librarum et undecim librarum monete predicte hereditarie supportavit dicto magistro Francisco ad opus dicte Mechteldis, sue matris, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 362v-363r

27 april 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus Back palam recognovit et super omnia et habenda dicto magistro Francisco ad opus dicte Mechteldis, sue matris, adhuc promisit quod ipse nec sui post ipsum successores, proprietarii residui supradictorum censuum tredecim et undecim librarum monete predicte, videlicet ultra dictas septem libras, octo solidos et sex denarios, et medietatem dictarum quatuor librarum, sedecem solidorum et duorum denariorum, ididem residuum non petent, monebunt nec via iuris quocumque tempore futuro prosequentur aut prosequi promittent ad et supra dictas duas modiatas terre siliginee in parochia de Nuwelant predictam (*aldus*) ad dictum locum den Wolfsdyck situatas, aut ad et supra quendam campum terre, tria et dimidium iugera terre vel circiter, situm in dicta parochia de Nulant ad locum dictum die Corthoeven, inter hereditatem Goeswini Heym et Rynoldi die Kock ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Theoderici die Borchgreve ex alio, omnibus dolo et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 363r
27 april 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Gerardus Back, filius quondam Johannis, dedit Henrico, filio quondam Johannis de Lynter potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 363r
29 april 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Coenrardus, filius quondam Robberti dicti Claeszoene, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Theoderici Lambertszoen van Overbeeck, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis. et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere absque omni onere tradendam, de et ex quatuordecim hont terre vel circiter, sitis in parochia de Os ad locum dictum Op Mekelendonck, inter hereditatem Johannis Sanders ex uno, et inter hereditatem Arnoldi dicti de Hogen ex alio, tendentibus a fossato dicto den Hoygrave ad quandam stegam dictam die Mekelendoncsche stege, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Busco et Brugman, datum XXIX aprilis, feria secunda post Jubilate.

R1272, fol. 363r-363v
30 april 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Jacobus et Arnoldus, fratres, et Geertrudis, eorum soror, liberi quondam Wolteri Mathijs Bacxs., Johannes, filius quondam Johannis Hannen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Wolteri Mathijs Baxs., Willelmus, filius quondam Willelmi dicti de Keesteren, ab eodem et Katherina, sua uxore, filia dicti quondam Wolteri Mathijs Bacxs., pariter genitus, nomine et ex parte eiusdem Katherine, sue matris,

necnon Katherina, filia quondam Wolteri van den Dyck, ab eodem et quondam Yda, sua uxore, filia eiusdem quondam Wolteri Mathijs Bacxsoen, pariter genita, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos spectantes in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Orthen iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Theoderici, filii quondam Godefridi Gieliss. ex uno, et inter hereditatem sororum Bathe ex alio, pridem supportatis Johanni, filio quondam Godefridi Henricxs. ab Andrea et Theoderico, fratribus , Elisabeth seniore et Hillegonde, eorum sororibus, liberis quondam Johannis Andriess., pellificis, necnon Johanne Heys Arntss., marito et tutore legitimo Elisabeth iunioris, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Andriess., prout in litteris, et que medietas premissorum ipsis per et post mortem quondam Engele, filie dicti quondam Wolteri Mathijs Bacxs., uxorisque legitime dum vixit dicti quondam Johannis, filii quondam Godefridi Henricxs., iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Adriano et Marie, eius sorori, liberis quondam Johannis Goessenss. van den Waude, Lamberto Peterss., tamquam marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Goessenss., ad opus eorum et ad opus Gerongii et Nycolai, fratrum, Aleidis et Heilwigis, eorum sororum, liberorum legitimorum quondam Theoderici, filii dicti quondam Godefridi Henricxs., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicte quondam Engele et suorum heredum deponere notanter.
Testes Kuyst et Boert, datum ultima aprilis, tercia post Jubilate.

R1272, fol. 363v
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Adrianus et Lambertus Peterss., tamquam maritus et tutor dicte Katherine, sue uxoris, et Goeswinus Gysbrechss. tamquam maritus et tutor legitimus dicte Marie, sue uxoris, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectantes in premissis, hereditarie supportaverunt michi ad opus dictorum Gerongii et Nycolai, fratrum, Aleidis et Heilwigis, eorum sororum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suarum uxorum deponere.
Testes Busco et Boert, datum IX[a] maii, quinta post Cantate.[75]

R1272, fol. 363v
2 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Ghiselbertus Toelinc Dircxsoen domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis in vico Vuchtensi inter hereditatem Johannis dicti Moll ex uno, et inter hereditatem Hermanni dicti Oedenzoen ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Ghiselbertus erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententiam scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Rasoni Raessen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum secunda maii, quinta post Jubilate.[76]

---

[75] *deze akte is geschreven in de witregel tussen voorgaande en navolgende akte*.
[76] *rechts onder deze akte is geschreven:* donata est ad censum Mathie, filio quondam Conrardi van den Wyel, et ergo traditur eidem.

R1272, fol. 363v
2 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Agnes, filia quondam Waltgeri van der Engelbraken, peciam terre dictam den Steege acker, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Oirschot in pastoria de Vorstenbest, inter hereditatem olim Henrici Harnismakers, nunc vero suorum liberorum, et inter hereditatem Petri Vrancken ex alio, tendentem ab hereditate Michaelis dicti Verwairden ad hereditatem olim Johannis Mercx, nunc vero iamdicti Michaelis, que pecia terre predicta dicte Agneti, mediante quandam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes dudum habita, in partem cesserat, ut videtur in litteris de Oirscot contineri, hereditarie supportavit Michaeli, filio dicti Michaelis Verwairden, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere notanter.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.[77]

R1272, fol. 363v
2 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dictus Michael promisit super omnia et habenda dicte Agneti quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 363v-364r
2 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Arnoldi Muykens, decem et octo libras monete ac triginta unum et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, promissos dicto Johanni a Martino, filio quondam Petri Henricxs., prout in litteris, legitime supportavit domino Petro Ghysen, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda, in casu quo defectus contingeret in solutione premissorum, quod ipse huiusmodi defectum supplebit et supplere tenebittur.
Testes Kuyst et Boert, datum IIII^{ta} maii, sabbato post Jubilate.

R1272, fol. 364r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Laurencius, filius quondam Wolteri Arntszoene, et Margareta, eius uxor legitima, filia Petri dicti Achten, ab eodem et Henrica, eius uxore legitima, filia quondam Johannis Wouterss., pariter genita, promiserunt ut debitores principales indivisi super omnia et habenda Henrico Tyelmanss. ad opus dicti Petri dicti Achten duodecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando adstatim post obitum dicte Henrice persolvendos.

R1272, fol. 364r-364v

[77] *rechts onder deze akte is geschreven:* Agnes recepit ad se litteras divisionis et Michael noluit vidimus.

2 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Lambertus, filius quondam Nycolai Lambertssoen van Goederheyl, et Margareta, relicta quondam Gerardi Rutgerszoen filiaque quondam Willelmi Willegemans, palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam mutuo fecisse de hereditatibus infrascriptis, ipsis vero advolutis per et post mortem quondam Johannis Lambrechss. et Geertrudis, sue uxoris, mediante qua divisione quatuor et dimidium hont terre de novem hont terre, sitis in parochia de Os in quodam campo dicto Robbijns camp, inter hereditatem reliquam dicti Lamberti, filii quondam Nycolai Lambrechss. ex uno, et inter hereditatem hospitalis in Hees ex alio, illa videlicet quatuor et dimidium hont terre de novem hont terre predictis, que sita sunt contigue iuxta dictam reliquam hereditatem dicti Lamberti, item adhuc medietas tredecim et dimidii hont terre vel circiter, sitorum in dicta parochia de Os ad locum dictum In de Hoelbeemden, inter hereditatem spectantem ad mansum Johannis Monix, quem idem Johannes situatum habet iuxta molendinum de Os ex uno, et inter hereditatem Willelmi dicti Zeck ex alio, illa videlicet medietas eorundem tredecim et dimidii hont terre predictorum, que sita est contigue iuxta hereditatem dicti Willelmi Zeck, ut dicebat, supradicto Lamberto cesserunt in partem, prout dicta Margareta, cum tutore, hoc palam recognovit, super quibus atque iure ad opus eiusdem Lamberti hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, et mediante qua divisione reliqua quatuor et dimidium hont terre de dictis novem hont terre in dicto campo Robbijns camp vocato, illa scilicet reliqua quatuor et dimidium hont terre, que sita sunt contigue iuxta dictam hereditatem dicti hospitalis in Hees, atque reliqua medietas dictorum tredecim et dimidii hont terre in dicto loco In de Hoelbeemden vocato, illa videlicet que sita est iuxta dictam hereditatem dicti Johannis Monix, ut dicebat, supradicte Margarete cesserunt in partem, prout Lambertus hoc palam recognovit, super quibus atque iure ad opus dicte Margarete hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, talibus annexis condicionibus, in primis vero quod quivis eorundem condividentium aggeres dictos zegedycken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatas atque circumspectiones dictas scouwen ad suas hereditates predictas e iure conservandum spectantes sic et taliter conservabit et conservare tenebitur, quod uni ab altero ad et supra se et suas hereditates dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, atque quod dictus Lambertus sex libras hereditarii census et dicta Margareta duas libras hereditarii census de hereditario censu octo librarum monete, quem censum iamdictum dominus Laurencius de Eyck, presbiter, de et ex dictis tredecim et dimidio hont terre annuatim solvendum habet, dabunt et solvent ac dabit et solvet eorum alter, quod uni ab altero dampna exinde non eveniant in futuro; insuper condicionatum est, quod dicta Margareta ex nunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur dicto Lamberto annuam et hereditariam pactionem duorum sextariorum siliginis, mensure de Buscoducis, annuatim et hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex dictis suis quatuor et dimidio hont terre in Robbijns camp situatis atque sibi in presenti divisione in partem, ut premittitur, cessis, atque quod in recompensam ilius ipse Lambertus eandem Margaretam et eius bona de huiusmodi maldro siliginis quod quondam Johannes Lambrechss. in suo testamento fratribus Cruciferis in Buscoducis dudum legaverat, atque ab omnibus dampnis eidem Margarete ea occasione quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnem observabit, prout iidem Lambertus et Margareta condividentes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Busco et Boert, datum secunda maii, quinta post Jubilate.

R1272, fol. 364v

4 mei 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Godefridus, filius quondam Gerardi Claes, cupifex, promisit ut debitor principalis Geertrudi, relicte quondam Godefridi de Vechel, quod ipse dabit et solvet eidem Geertrudi hereditarium censum octo librarum monete anno quolibet hereditarie Servacii episcopi, et pro primo solutionis termino a Servacii episcopi proxime futuro ultra annum, de et ex domo, area, vacua hereditate ac domo posteriori dicti promittentis, sitis in Buscoducis ad locum dictum Aen den hoigen Steenwech, inter hereditatem Boudewini Wouterss. ex uno, et inter hereditatem Theoderici Hagens ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum ad hereditatem heredum quondam Johannis de Berlijkem, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu sedecim librarum monete, vitali pensione sex florenorum Renensium ad vitam Katherine van der Moelen, vitali pensione septem librarum monete ad vitam Gerardi de Rode, hereditario censu quinque librarum dicte monete, atque hereditario censu dimidie libre antique pecunie, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Brugman, datum quarta maii, sabbato post Jubilate.[78]

R1272, fol. 364v
4 mei 1504
Willem van den Bosch en Matthijs Brugman

Et poterit redimere perpetue quamlibet libram cum et mediante sex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Geertrudis, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Godefrido promittenti promisit, hoc salvo, quod idem Godefridus huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefate Geertrudi legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 364v-365r
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Henrici dicti Pouwelszoen, necnon Gerardus et Johannes, eorum fratres, liberi eiusdem quondam Henrici Pouwelszoen, hereditarie vendiderunt Henrico Houbraken, filio quondam Johannis Houbraken, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Penthecostes, et pro primo solutionis termino a Penthecostes proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie, exactionum et aliis incommodis libere tradendam, de et ex agro terre, quinque et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, dicti Henrici, sito in parochia de Scijnle ad locum dictum Aent Wybosch, inter hereditatem Mense Sancti

[78] *in de linkermarge, d.d. 29 april 1614:* Bij quitancie meester Jacops van der Cammen, raet deser stadt, op heden gedateert, ende bij mondelinge bekentenissen desselfs, in den naeme van Catharina van Vechel, weduwe meester Dierix van Vechel, oock in sijnen leven raedt deser stadt, is gebleken ende bekent dat Daniel Janss. Bachoven, kuijpere, desen chijns van acht ponden payments ende allen den afterstel van dijen heeft gequeten. Actum XXIX aprilis anno XVI^{C} ende XIIII. Me teste, A van Heest.

Spiritus in Scijnle ex uno, tendente alias ad communes vias ibidem adiacentes, item ex pecia terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente, eiusdem Henrici, sita in dicta parochia ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem Henrici, filii Johannis sBevers et Geertrudis, sue sororis, ex uno, et inter hereditatem Petri Willemszoen et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate Wolteri de Bergelen ad communem viam, item ex campo terre, duo et dimidium bonaria terre vel circiter continente, eiusdem Henrici, sito in dicta parochia de Scijnle in loco dicto In de Hautart, inter hereditatem Mathie de Herenthom et quorundam aliorum ex uno, et inter hereditatem Heilwigis, filie quondam Jacobi van den Hoevel et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Johannis Wytvenne ad hereditatem heredum quondam Anthonii Spierinx, item adhuc de et ex medietate ad dictos Henricum, Gerardum et Johannem, fratres, venditores, spectante in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia predicta ad locum dictum Aent Lutteleynde, inter hereditatem Delyane, relicte quondam Willelmi Janss., ex uno, tendente alias ad communem plateam, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus maldris siliginis hereditarie pactionis ex dictis hereditatibus dicti Henrici, atque uno maldro siliginis hereditarie pactionis ex dictis domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum nona die mensis maii, quinta post Cantate.

R1272, fol. 365r
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante sexaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers, pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc salvo, quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 365r-365v
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Andreas, filius legitimus quondam domini Arnoldi Wynts, promisit ut debitor principalis Gerardo, filio quondam Henrici van der Moelen, quod ipse dabit et solvet eidem Gerardo hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum, et in Buscoducis tradet, de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, sextariatam terre vel circiter continente, dicti promittentis, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, inter hereditatem Petri de Hapart ex uno, et inter hereditatem reliquam dicti promittentis ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, item de et ex quodam agro terre dicto den Boevenacker, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem Petri dicti Pynne alias de Kuyck ex uno, et inter hereditatem Elisabeth dicte Engberts, vidue, et eius

liberorum ex alio, tendente a quadam stegula ibidem, ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus libris pagamenti hereditarii census, atque uno maldro siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum nona maii, quinta post Cantate.

R1272, fol. 365v
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Gerardus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Andree repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 365v
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Michael de Zochel, Johannes Wellens et Martinus Peterss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Goeswino de Brecht quatuordecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et octo consimiles stuvers Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 365v-366r
9 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Gerardus Brants et Gerbrandus dictus Brant, eius filius, et Daniel Bollens promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos Goeswino de Brecht, ad spacium sex annorum Petri apostoli ad Cathedram ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, sedecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, occasione locationis septem iugerum terre vel circiter, sitorum in parochia de Berchen in loco dicto In de Tusschen Rijt, tali annexa conditione, quod dicti promittentes dicta septem iugera terre quoad tres annos dictorum sex annorum seminare poterunt, et quoad tres annos ad pascuam dimittent, vulgariter dicente, datse die voirs. seven margen ten drien jaeren sullen moigen beseyen, ende te anderen drien jaeren zullen moiten weyen, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 366r
9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Laurencius Geritszoen et Petrus Janss. promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos dicto Goeswino ad spacium sex annorum Petri apostoli ad Cathedram ultimo preteritum sine medio sequente dictorum annorum decem et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, tali annexa condicione, occasione locationis septem iugerum terre vel circiter, sitorum in parochia de Berchen in loco dicto In de Tusschen Rijt, in loco dicto Int Hoge, tali annexa conditione, quod dicti promittentes dicta septem iugera terre in tribus ultimis annis dictorum annorum ad pascuam dimittent, vulgariter dicente dat se die voirs. seven mergen lants in de drie leste jaeren zullen laten liggen te driess, ut dicebant.
Testes Erpe et Roever, datum supra.

R1272, fol. 366r
9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Laurencius, filius quondam Lodovici Willemss., hereditarie vendidit Johanni, filio Petri Wagemans, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Erpe, solvendam hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Erpe tradendam, de et ex quodam prato, sito in parochia de Erpe in pratis dictis die Heesche beemden, inter hereditatem Johannis die Cuper ex uno et fine uno, et inter pratum quoddam dictum den Sluysbeempt ex alio, tendente cum fine reliquo ad aggerem dictum den Moelendyck, item adhuc ex pecia terre, sita in dicta parochia, dicta den Pricken acker, inter hereditatem Johannis Arntss. ex uno, et inter hereditatem Josephi dicti Arnts ex alio, tendente ab hereditate Marie, relicte quondam Willelmi Geenkens ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Erpe, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et deponere (*aldus*) et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 366r
9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sedecim peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per dimidium annum prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 366v
9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Lambertus, filius Lamberti, filii quondam Nycolai Lambrechssoen van Goederheyl, relictus quondam Jutte, sue uxoris, filie quondam Engberti de Ockel, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domistadio terre, septem hont terre vel circiter continente, sito in parochia de

Os ad locum dictum Op Staywyck, inter hereditatem olim heredum quondam Henrici de Kessel, nunc vero Johannis, filii Johannis de Ghelenborch, et hereditatem Arnoldi die Loyer ex uno, et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Adriani dicti die Greve ad hereditatem Johannis dicti Genen, insuper in campulo terre, sex vasatas terre continente, sito in dicta parochia retro locum dictum Abben Rot seu munimen dictum die lantweer, inter hereditatem olim Arnoldi Heyn Ghibens, nunc vero Rutgeri Comans, ex uno, et inter hereditatem olim Ghibonis Sanders, nunc vero Rutgeri Sanderss., ex alio, tendente cum uno fine ad communem plateam, ut dicebat, legitime supportavit Engberto et Gerardo, fratribus, et Nycolae, Sophie et Jutte, eorum sororibus, liberis Lamberti et quondam Jutte predictorum, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Erpe et Roever, datum IX[a] maii, quinta post Cantate.

R1272, fol. 366v-367r
9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iamsupra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Engbertus et Gerardus, fratres, et Nycolaa, Sophia et Jutta, eorum sorores, cum tutore, dictum domistadium terre et campulum terre predictos dederunt ad hereditarium pactum dicto Johanni, filio Johannis de Gelenborch, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro oneribus circumspectionum, dictarum scouwen, ad premissa e iure spectantium, necnon pro tercia parte duarum librarum hereditarii census monete, atque tercia parte quinque sextariorum siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendorum, ut dicebant, conservandorum, dandorum et solvendorum ab alio loco, temporibus et terminis ad hoc debitis, oportunis et consuetis, atque pro hereditaria pactione unius et dimidii modiorum et trium lopinorum siliginis, mensure de Buscoducis, danda et solvenda dicto Lamberto quoad eius usufructum, necnon dictis Engberto et Gerardo, fratribus, et Nycolae, Sophie et Jutte, eorum sororibus, suis liberis, quoad eorum ius hereditarium, ab alio, anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere tradenda de et ex premissis, promittentes et [79] eis dictus Lambertus, eorum pater, indivisi super omnia et habenda warandiam pro premissis oneribus et omnes alias obligationem et impetitionem deponere; quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Lamberto quoad eius usufructum, et dictis Engberto, Gerardo, Nycolae, Sophie et Jutte, suis liberis, quoad eorum ius hereditarium dictam pactionem unius et dimidii modiorum et trium lopinorum siliginis, dicte mensure, anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis, de et ex premissis, necnon de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, decem vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in dicta parochia ad dictum locum Op Scaywyck vocatum, inter hereditatem Arnoldi die Loyer ex uno, et inter hereditatem Adriani die Greve ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem reliquam dicti Johannis, filii Johannis de Gelenborch, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem in dictis domo, area, orto et hereditatibus sibi adiacentibus deponere, exceptis censu fundi, hereditaria pactione duodecim vasorum siliginis, et una libra pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, et satisfacere.
Testes Erpe et Roever, datum IX[a] maii, quinta post Cantate.

R1272, fol. 367r

[79] *in afwijking van het gebruikelijke formulier is hier het woord* cum *vergeten.*

9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, videlicet cum dimidio modio et non minus, quemlibet scilicet dimidium modium siliginis cum viginti peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Lambertus et eius liberi hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Johanni, filio Johannis de Gelenborch, repromiserunt, hoc salvo, quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis Lamberto et suis liberis legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 367r
9 mei 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Johannis Damens., promisit super omnia et habenda magistro Ghysberto Hollander decem et novem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, pro una tercia parte Nativitatis Baptiste, pro alia tercia Remigii confessoris, et pro tercia tercia parte Nativitatis Domini proxime futura persolvendos, ex causa seu occasione arrestadiorum huiusmodi in quibus ipse Henricus de pluribus annis obligatur ratione hereditarii census sex librarum pagamenti, quem censum ipse Henricus dicto magistro Ghisberto solvere tenetur ex domo, area et orto, sitis in parochia de Maren inter hereditatem liberorum quondam Marcelii sGraets ex uno, et inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex alio, quam domum ipse Henricus ad presens inhabitat, necnon de et ex octo hont terre, sitis in eadem parochia inter hereditatem fabrice ecclesie de Maren ex uno, et inter quandam stegam dictam die Wilsche stege ex alio, ut ipse Henricus dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 367r-367v
10 mei 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Amisius dictus Mys de Ymerle promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Laurencio dicto de Baest hereditariam pactionem octo modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, et unum pondus, dictum communiter steen, lini, parati ad scaltrum dictum hekel, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis traditurum, ex hereditatibus infrascriptis que spectabant ad dictum Laurencium, sitis in parochia de Oistelberze, videlicet ex domo, horreo, ovili et domo dicto een buer, cum suis fundis et orto atque hereditatibus eis adiacentibus, sitis inter communitatem eis circumquaque coadiacentibus, atque ex quodam prato dicto communiter die Wolfgrueve, sito inter hereditatem Jacobi dicti de Baest ex uno, et inter hereditatem Ghibonis dicti de Hapart ex alio, atque ex duabus terciis partibus . que spectabant ad dictum Lanrencium in quodam prato dicto dat Cleyn beemdeken, sito inter hereditatem dicti Jacobi de Baest ex uno, et inter hereditatem Boudewini de Vessem ex alio, prout in litteris, et cum deinde Marcelius, filius Walteri, opidi de Buscoducis incola, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta ordinasset et legasset duabus suis nepotibus scilicet Mechteldi, filie illegitime Walteri, et Mechteldi, filie Bartholomei, eius cognatis, cum suis prolibus legitimis iam habitis et in futuro habendis simul, duos modios siliginis annuatim in censum hereditarie, ut videbatur in quodam instrumento publico

contineri, constituta igitur coram scabinis infrascriptis primodicta Mechteldis, filia illegitima Walteri, cum tutore, tria sextaria siliginis hereditarie pactionis ad ipsam, ut dicebat, spectantia in uno modio siliginis de dictis duobus modiis siliginis, hereditarie supportavit Ghysberto, filio quondam Johannis Gysbrechss., simul cum dictis litteris et instrumento ac iure, occasione dictorum trium sextariorum siliginis, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Marcelii, necnon ex parte dicti quondam Laurencii et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Roever et Brugman, datum X[a] maii, sexta post Cantate.

R1272, fol. 367v-368r
10 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Magister Raso Raessen, doctor in medicinis, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Johannis dicti Moll ex uno, et inter hereditatem Hermanni dicti Oedens. ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus magister Raso Raessen erga Ghiselbertum Toelinc Dircxs. dudum acquisierat, prout in litteris, et qui domus, area, ortus predicti pronunc siti sunt ibidem, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Coenrardi van den Wyel, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Everardi, filii quondam Boudewini dicti Lemmens ex alio, et tendit a communi platea retrorsum usque ad communem aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, dedit ad hereditarium censum Mathie, filio dicti quondam Coenrardi van den Wyel, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro censu fundi domino duci, hereditario censu unius libre monete domui de Postula, hereditario censu octo librarum dicte monete conventui de Westroyen prope Tyelam, et hereditario censu duodecim librarum monete predicte Johanni dicto die Greve, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu decem et septem librarum monete dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, de et ex premissis, promittens super omnia et habenda huiusmodi donationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto magistro Rasoni dictum hereditarium censum decem et septem librarum monete predicte, anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto, de et ex premissis; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 368r
10 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterit redimere dictum hereditarium censum decem et septem librarum monete predicta perpetue, simul unapariter quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo stuferis, novos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum

censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Raso hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Mathie repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 368r
10 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Dictus Mathias promisit super omnia et habenda dicto magistro Rasoni quadraginta duos consimiles peters, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 368r
10 mei 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Sorores Heilwigis Keymp, mater, Elisabeth Karnauws, submater, Margareta Goyens, procuratrix, et Elisabeth, filia Rutgeri Hessels, soror inhabitans sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, nomine et ex parte earum et dicte domus ac quarumcumque aliarum sororum eiusdem domus, presencium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate domini Theoderici de Moerss. de Daventria, earum confessoris, cum tutore, peciam terre dictam die Langh Brake, sitam in parochia de Os in loco dicto In de Royen, inter hereditatem Johannis die Man ex uno, et inter hereditatem Elisabeth , relicte quondam Nycolai Comans, et suorum heredum, Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et plurium aliorum ibidem ex alio, tendente ab hereditate Petri, filii quondam Gerardi Claess., calcificis, ad hereditatem Johannis Arntss., multoris, et dicti Petri, in ea qualitate qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebant, hereditarie vendiderunt dicto Petro, filio quondam Gerardi Claeszoen, ab eodem, promittentes indivise, cum tutore, sub obligatione omnium bonorum dicte domus, habitorum et habendorum, warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aqueductibus et circumspectionibus dictis scouwen, ad dictam peciam terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Busco et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 368r
10 mei 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda michi ad opus dictarum sororum de Orthen triginta quinque peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 368r-368v
10 mei 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Supradicte sorores, ut supra, in presentia et cum tutore, peciam terre dictam den Crommen Ellenboege, septem vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os in loco dicto In de Royen, in loco dicto Int Loe velt, inter hereditatem heredum quondam Roveri Goyens ex uno, et inter hereditatem Arnoldi Geritss. et investiture de Os ex alio, tendentem

ab hereditate Elisabeth, relicte quondam Rycardi Gieliss., et eius liberorum ad communem viam, prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Johanni, filio quondam Michaelis Zeynssen, ab eodem, promittentes indivise, cum tutore, sub obligatione omnium bonorum dicte domus, habitorum et habendorum, warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus dictis scouwen, ad dictam peciam terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebant.
Testes Busco et Brugman, datum X[a] maii, sexta post Cantate.

R1272, fol. 368v
10 mei 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Dictus Johannes promisit super omnia et habenda michi ad opus dictarum sororum de Orthen viginti quinque peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 368v
10 mei 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Supradicte sorores, in presentia et cum tutore ut supra, peciam terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os ad locum dictum dWaterlaet, inter hereditatem Rutgeri Sanders ex uno, et inter hereditatem capelle Beati Anthonii abbatis, site (*aldus*) in dicta parochia ad locum dictum Op Scadewyck ex alio, tendentem ab hereditate Johanne, relicte quondam Henrici Corstkens, et eorum liberorum, ad quendam aqueductum ibidem, prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Sandero, filio Rutgeri Sanderss., ab eodem, promittentes indivise, cum tutore, sub obligatione omnium bonorum dicte domus, habitorum et habendorum, warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus dictis scouwen, ad dictam peciam terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 368v
10 mei 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Dictus Sanderus promisit super omnia et habenda michi ad opus dictarum sororum sedecim peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 368v
11 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Yda, relicta quondam Johannis Arntszoen, dedit Johanni, filio quondam Theoderici de Weert, potestatem monendi huiusmodi sex florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, in quibus Udo Wychens dicto Johanni Arntss., suo dum vixit marito, ex iusto debito obligatur, et cum premissis faciendi et ordinandi que dicta Yda cum premissis faceret

et ordinaret seu facere et ordinare posset, si eadem Yda premissis presens et personaliter interesset presentibus, vero absque aliqua revocatione duratus.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Boert et Roever, datum XI[a] maii, sabbato post Cantate.

R1272, fol. 369r
11 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Mechteldis, filia quondam Herberti Brant, hereditarium censum duarum librarum monete, quem censum Arnoldus dictus Roever Boest promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Mechteldi, filie quondam Herberti Brant, anno quolibet hereditarie Pentecostes, ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis opten Wyntmoelenberch, inter hereditatem Jacobi Spyker ex uno, et inter hereditatem reliquam dicti Arnoldi ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Woltero de Brede, filio quondam Jacobi de Brede, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 369r
11 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes, filius naturalis Danielis de Vlierden Danelszoen, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Assumptionis Marie, et in Buscoducis libere ab omnibus precariis et exactionibus tradendam, ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Oisterwyck in pastoria de cymitherio, inter hereditatem domini Johannis Nataels, presbiteri, ex uno, et inter hereditatem Theoderici die Bresser ex alio, insuper ex sex lopinatis terre vel circiter, sitis in libertatem et pastoria predictis, inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi de Campen, liberorum quondam Jacobi Ausems, et Iohannis die Ronde ex uno, et inter hereditatem Henrici, filii quondam Lamberti Fykens, et plurium aliorum ex alio, quam pactionem predictam dictus Johannes, filius naturalis Danielis de Vlierden, erga Henricum, filium quondam Petri van Ryel, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Hedel Jacopss., simul cum dictis literis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto Henrico van Ryel reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 369r
14 mei 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Mathias, filius quondam Marcelii dicti van Horenvenne, et Marcelius, eius filius, peciam prati, sitam in parochia de Zeelst inter hereditatem Everardi die Cuper ex uno, et inter hereditatem Lamberti dicti Plattynhouwers ex alio, tendente a communi platea ad quendam aqueductum ibidem dictum die Rungraft, prout dicta pecia prati ibidem sita est, simul cum suis attinenciis, de vulgari dicente metten walle ende hoelen, ab utroque latere situatis videlicet inter dictam peciam prati et dictam hereditatem dicti Everardi die Cuyper, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Jordano de Boert, simul cum toto iure sibi, ut dicebat,

competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem grossis antiquis census fundi domino Willelmo de Dommelen, presbitero, de censu fundi viginti octo grossorum antiquorum, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Kuyst et Brugman, datum XIIII[ta] maii, tercia post Vocem.

R1272, fol. 369r-369v
14 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Dominus Johannes de Vinario, presbiter, quinque hont terre vel circiter, sita in parochia de Maren in loco dicto Deelen, inter hereditatem Johannis Heymans versus superius ex uno, et inter hereditatem Nycolai Janss. versus inferius ex alio, dudum vendita dicto domino Johanni ab Henrico, filio quondam Petri Janss., prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Elisabeth, filie quondam Henrici Peterss., relicte quondam Willelmi Voet, quoad eius usufructum, et ad opus Petri et Heilwigis, eius sororis, liberorum Elisabeth et quondam Willelmi Voet predictorum, quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XIIII[ta] maii, tercia post dominicam qua cantatur Vocem.

R1272, fol. 369v
15 mei 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Katherina, weduwe wilneer Goyarts Faessen des scoemakers, heeft hair afgeseegt der scoemakeren oft louweren ambacht bynnen deser stadt, ende zij en wil van deser tyt voirtane dair mede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Kuyst et Brugman, datum XV[ta] maii, quarta post Vocem.

R1272, fol. 369v
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Johannes die Keyser, maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filie quondam Pauli de Uden, calpodificis, peciam terre arabilis, duas modiatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Gestel prope Herlaer ad locum dictum die Hogestraet, inter communem plateam ex uno et fine uno, et inter hereditatem Rutgeri van Griensvenne ex alio, hereditarie vendidisset Willelmo, filio quondam Rutgeri van Griensvenne, cumque idem Willelmus terciam partem premissorum hereditarie supportasset Nycolao, filio quondam Johannis de Vaerlaer, et cum deinde dictus Nycolaus hereditarie vendidisset Johanni die Keyser, filio Johannis, hereditarium censum septem librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, ex tercia parte pecie terre predicte, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes die Keyser dictum hereditarium censum septem librarum monete predicte hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Egenszoen alias dicti Scoercops, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 369v
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes et Matheus, fratres, filii quondam Johannis dicti Maess. Arntssoen, promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos domicelle Bele de Berckel, filie quondam Johannis de Berkel, ad spacium quatuor annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, undecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon quinque consimiles stuferos Philippi et Jacobi apostolorum, et pro primo solutionis termino Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, occasione locationis quinque iugerum terre vel circiter, dictorum Zengers hoff, dicte domicelle Bele, sitorum ante Vlymen, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 369v-370r
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Magister Egbertus Steenken, filius quondam Symonis Steenkens, ad solvendum sua debita in quibus ipse Waltgero, filio quondam Gerardi Meliszoen, obligatur ex causa expensarum sibi ab eodem Waltgero benivole in domo sua porrectarum, ut dicebat, promisit ut debitor principalis eidem Waltgero, quod ipse dabit et solvet Waltgero predicto hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet, de et ex quodam manso dicti magistri Egberti, sito in parochia de Roesmalen in loco dicto In de duynen, iuxta locum dictum By den Cattenbosch, videlicet ex domibus, area, orto, terris pascuis, mericis, lignicrestentiis ac ceteris iuribus et attinenciis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus ad sex stuferos ascendentibus, atque diversis pactionibus ad quatuor modios siliginis taxatis, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 370r
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Weyndelmoedis, filia quondam Arnoldi Knodden, cum tutore, domum et aream et ortum, sitos in parochia de Os infra munimen dictum die Veste, inter hereditatem Petri Gerit Claess. ex uno, et inter hereditatem altaris Sancti Georgii ex alio, tendentes a communi platea ad fossatum dictum den Festgraeff, quos domum et ortum predictos Anthonius van den Par, filius quondam Willelmi, Elisabeth, filie legitime quondam Arnoldi Knodden, pridem hereditarie supportaverat et resignaverat, ut videbatur in litteris de Os contineri, et super quibus domo et orto Lambertus, filius quondam Thome Roelofs, et Aleidis, eius uxor, filia quondam Lamberti van den Boer, ad opus dicte Elisabeth renunciaverat, ut videtur in aliis litteris de Os contineri, hereditarie supportavit Roevero, filio quondam Theoderici Lambertss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et

habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Elisabeth, sue sororis, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 370r
19 december 1504
Dirk de Borchgreve en Maarten van Campen

Dictus Roeverus domum, aream et ortum predictos hereditarie supportavit Judoco, filio quondam Jacobi van den Wayer, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Borchgreve et Campen, datum XIX[a] decembris.[80]

R1272, fol. 370r
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Dictus Roverus promisit super omnia et habenda michi ad opus magistri Petri de Os novem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Penthecostes proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 370r
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Idem Roverus promisit super omnia et habenda michi ad opus ut iam supra tres consimiles peters a Penthecostes proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 370r-370v
15 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Dicta Weyndelmoedis, cum tutore, quatuor libras hereditarii census de hereditario censu octo librarum pagamenti, quem hereditarium censum octo librarum iamdictum Johannes die Man, filius quondam Johannis, promiserat Elisabeth, filie quondam Arnoldi Knodden, annuatim et hereditarie solvendo ipso die Beati Bavonis, ex domo et domistadio terre, sitis in parochia de Os infra munimen dictum der Vesten aen den Hoevel, inter hereditatem Gerardi van den Yseren ex uno, et inter domum consulum de Os ex alio, tendentibus cum fine utroque ad communem plateam, ut videtur in litteris de Os contineri, hereditarie supportavit dicto Rovero, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue dum vixit sororis, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Boert et Brugman, datum XV[ta] maii, quarta post Vocem.

R1272, fol. 370v
15 mei 1504

[80] *deze akte is geschreven in de witregel tussen voorgaande en navolgende akte.*

Jan van Boert en Mathijs Brugman

Want Weyndelmoet, dochter wilneer Arnts Knodden, vier ponden erfchijns van enen erfchijns van acht ponden payments, welken chijns van acht ponden voirs. Jan die Man Janss. hadde geloeft Lysbetten, dochter Arnts Knodden, jairlix ende erflyc te geldenen opten Bamisdach uuyt enen huyse ende hostad lants, gelegen in de parochien van Os, bynnen der Vesten aen den Hoevel, hadde erflic opgedragen Roevero, zoen wilneer Dircx Lambertss., gelyc in scepenenbrieven van Den Bosch dair op gemaect volcomentliken is begrepen, soe is gestaen voer scepenen hier onder gescreven die voirs. Roever ende heeft oepelic et super omnia et habeda Peteren zoen Gerits Claess. et Symonem Ryckout Bollenss., als executoirs des testaments ende lesten will wilneer Lysbetten, dochter des voirs. Arnt Knodde, geloeft als dat hy, Roever, tusschen dat ende Sint Jan Baptistendach naestcomende den selven Peteren ende Symonen aenleggen et betalen sal zoewel hoefpenningen, als dair mede men twee ponden van den vier ponden voirs. mach afleggen, nae inhoude van den losbrieve die dairaf gegeven zijn, bij alsoe ende dair inne voirsiene dat die voirs. Peter ende Symon die selve penningen alse die ontfangen hebben, bekeren zullen in behoeff van den armen tot Os, zoe Lysbeth voirs. dat in haren lesten begeert heeft, sonder ennich wederseggen.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 370v-371r
17 mei 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Dominus Gerardus de Eyck, canonicus et cantor ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis ac investitus ecclesie de Essche, et dominus Nycolaus Henricxs., presbiteri, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Godefridi, filii quondam Johannis van der Aa, presbiteri, et eo nomine potentes ad hoc, ut dicebant, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Oirscot, solvendam hereditarie Purificationis, et in parochia de Oirscot in pastoria de cymitherio tradendam, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, tredecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Oirscot in pastoria de Verrenbest, inter hereditatem Johannis, filii quondam Ghysberti van der Lynden ex uno, et inter hereditatem Theoderici Goessens, communem plateam et aliorum ibidem ex alio et fine uno, quam pactionem predictam dictus dominus Godefridus, filius quondam Johannis van der Aa, presbiter, erga Thomam, filium quondam Goeswini de Audenhoven, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Thome, filio quondam Johannis de Creyelt, scabino, et Johanni Peters Stevenss., magistro fabrice ecclesie pro tempore in Vessem, ad opus celebrationis prime misse, dicte eenre vroechmissen, perpetuis futuris temporibus in ecclesia de Vessem, singulis diebus dominicis celebrande, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes, sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte executionis deponere, salva tamen proprietariis domus, aree, orti ac hereditatum predictorum et eisdem reservata sua potestate redimendi pactionem predictam perpetue cum et mediante viginti septem florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione et arrestadiis, absque dolo.
Testes Boert et Erpe, datum XVII^{a} maii, sexta post Vocem.

R1272, fol. 371r
17 mei 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Dicti domini Gerardus et Nycolaus, tamquam executores utsupra, hereditarium censum viginti quatuor denariorum stuvers communiter vocatorum, tredecim et dimidiam placcas Busciducenses in moneta iam valuata pro quolibet huiusmodi denariorum stuvers vocatorum computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, ex una maldrata terre vel circiter, sita in parochia de Oirscot in pastoria de Verrenbest, inter hereditatem Godefridi, filii quondam Johannis die Becker, ex uno, et inter hereditatem Johannis van der Lynde ex alio, insuper de et ex duobus bonariis prati, sitis ibidem inter communitatem ex uno et fine uno, et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Danels ex alio, quem censum predictum dictus dominus Godefridus, filius quondam Johannis van der Aa de Berse, presbiter, erga Thomam, filium quondam Goeswini Maeszoen de Audenhoven, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Thome, filio quondam Johannis de Creyelt, scabino, et Johanni Peter Stevenss., magistro fabrice ecclesie pro tempore in Vessem, ad opus dicte celebrationis prime misse ut supra, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte executionis deponere, salva tamen proprietariis dictorum contrapignerum et eisdem reservata, potestate redimendi censum predictum perpetue, quemlibet videlicet huiusmodi denariorum cum et mediante sedecim consimilibus denariis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 371r-371v
17 mei 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Iamdicti domini Gerardus et Nycolaus, tamquam executores utsupra, hereditarium censum duorum aureorum denariorum peters communiter vocatorum, decem et octo denarios stuvers communiter vocatos vel valorem eorundem in moneta seu pecunia secundum valuationem iam ordinatam pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, et in Buscoducis tradendum, ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, Johannis, filii quondam Gysberti Hoppenbrouwers, pariter unam maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Oirscot in pastoria de Strathen, inter hereditatem Egidii die Cremer ex uno, et inter communem plateam ex alio et fine uno, insuper ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, Ghysberti, filii dicti quondam Ghysberti Hoppenbrouwers, sitis in parochia et pastoria predictis, inter hereditatem liberorum quondam Heymerici Scepens ex uno, et inter communem plateam alias undique adiacentibus, insuper ex agro terre, dicto die Moelenacker, Egidii, filii quondam Egidii die Cremer, sito ibidem inter hereditatem liberorum quondam Theoderici die Hoppenbrouwer ex uno, et inter communem plateam alias undique adiacente, quem censum predictum dictus dominus Godefridus van der Aa Janss. de Berse erga dictos Johannem et Ghiselbertum, fratres, et Egidium die Cremer emendo acquisiverat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Thome, filio quondam Johannis de Creyelt, scabino, et Johanni Peter Stevenss., magistro fabrice ecclesie per tempore in Vessem, ad opus dicte celebrationis prime misse, dicte eenren vroechmissen ut supra, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte executionis deponere, salva tamen proprietariis dictorum contrapignerum census predicti et eisdem reservata, potestate redemendi censum predictum perpetue cum et mediante triginta duobus consimilibus peters, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo.
Testes Boert et Erpe, datum XVII[a] maii, sexta post Vocem.

R1272, fol. 371v-372r
17 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Nycolaus, filius quondam Jacobi Spyker, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Johannis de Zuytphen, hereditarie vendidit Engele, filie quondam Johannis dicti Buckx, ad opus Judoce, filie quondam Johannis de Loen, institoris, ab eodem Johanne et quondam Aleide, sua uxore, filia dicti quondam Johannis Bucx, pariter genite, hereditarium censum tredecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, et denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Penthecostes, et pro primo solutionis termino a Penthecostes proxime futuro ultra annum, de et ex domo, area et orto cum suis attinenciis, sitis in Buscoducis in platea dicta die Dyeptstraet, inter hereditatem heredum quondam Rutgeri Hoen alias Wyers de Haren ex uno, et inter hereditatem Willelme, relicte quondam Arnoldi Voegels, et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicta communi platea ad aquam ibidem retro currentem, item ex quodam campo quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren in loco dicto Int Marensche broeck, inter hereditatem Lamberti van den Hezeacker ex uno, et inter hereditatem Arnoldi dicti Arntszoen ex alio, tendentibus ab hereditate Danielis Everts ad stegam ibidem, ut dicebat, ab eadem Judoca, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac hereditario censu quinque librarum pagamenti ex dictis domo, area et orto, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus Nycolaus, venditor, dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante ducentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo et fraude, salvo hoc, quod dictus Nycolaus, venditor, huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefate Judoce legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.[81]

R1272, fol. 372r-372v
18 mei 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Cornelius, filius Henrici van der Stegen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Martine, sue uxoris, filie quondam Johannis van den Ham, duos modios siliginis hereditarie pactionis ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantes, in hereditaria pactione trium et dimidii modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem iamdictam Willelmus de Beke promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Nycolao, filio Johannis dicti Boudenszoen van den Water, anno quolibet hereditarie Purificationis, in loco dicto Brekelen tradituram, de et ex medietate pecie terre dicte die Stert, site in parochia de Gestel prope Herlaer, in loco dicto Op Hezeacker, inter hereditatem liberorum quondam Theoderici van den Brekelen ex uno, et inter communem plateam dictam die Hoelstraet ex alio, item ex medietate pecie terre dicte die Bogartacker, site in dicta parochia, inter

[81] *in de witregel tussen deze en navolgende akte, d.d. 12 mei 1508:* "XII^{a} maii anno octavo recepit frater Hubertus de Loen, prior Carthusiensium, litteram dicte Judoce.

hereditatem dictorum liberorum quondam Theoderici dicti van den Brekelen ex uno, et inter hereditatem Henrici de Zulikem ex alio, item ex medietate hereditatis dicte dat Koeren Loect, site in dicta parochia, inter hereditatem dictorum liberorum quondam Theoderici van den Brekelen ex uno, et inter communem plateam ex alio, item ex medietate hereditatis dicte dat Koeloect, site in dicta parochia in loco dicto Brekelen, inter hereditatem Gerardi de Uden ex uno, et inter hereditatem Ghibonis dicti Keyot ex alio, item ex medietate pecie terre dicte dat Boedic Rot, site in dicta parochia in dicto loco Brekelen vocato, inter hereditatem liberorum quondam Henrici van den Boydonck ex uno, et inter hereditatem quondam Nycolai dicti Coel, filii naturalis quondam domini Nycolai de Aa, presbiteri, ex alio, item ex medietate agri, siti in dicta parochia in dicto loco Op Hezeacker vocato, inter hereditatem Roelkini dicti van den Brekelen ex uno, et inter hereditatem Mathei dicti Stuke ex alio, item ex medietate pecie terre dicte die Brake, site in dicta parochia ad locum dictum Ten Hoevel, inter hereditatem Arnoldi dicti de Haenwyck ex uno, et inter communem plateam ex alio, item ex medietate pecie terre, site in dicta parochia in loco dicto In geen hoeve, inter hereditatem Willelmi dicti Cortrock ex uno, et inter hereditatem quondam Johannis, filii Trude, ex alio, item ex medietate campi dicti den Eftersten camp, siti in dicta parochia in loco dicto In den Houwe, inter hereditatem quondam Theoderici dicti Heystman ex uno, et inter hereditatem dictam dat Amselair ex alio, item ex quinta parte hereditarie pactionis sex lopinorum siliginis, mensure de Buscoducis, ex unius pulli, quam pactionem et quem pullum Heilwigis, filia quondam Theoderici van den Brekelen, Woltero dicto den Kock solvere consueverat et tenebatur, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Gestel tradendos, ex domo et orto, sitis in parochia predicta in loco dicto Int Koerenloect, item ex quinta parte hereditarie pactionis unius lopini siliginis, dicte mensure, quam Johannes quam Johannes (*aldus*) dictus van der Lect dicto quondam Woltero den Kock solvere consueverat et tenebatur, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Gestel tradende, ex pecia terre, sita in dicta parochia in dicto loco Hezeacker vocato, item ex quinta parte hereditarii census decem solidorum Turonensium parvorum, quem censum liberi quondam Theoderici van den Brekelen dicto quondam Waltero den Kock solvere consueverant annuatim et hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo et orto, sitis in dicta parochia ad locum dictum ten Brekelen, pridem dati ad hereditarium pactum dicto Willelmo de Beke dicto Nycolao, filio quondam Johannis Boudenssoen van den Water, pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus atque de et ex agro terre dicto den Beeckacker, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia ad locum dictum Op Hezeacker, inter hereditatem Henrici dicti de Zulikem ex utroque latere coadiacente, quem agrum terre iamdictum dictus Willelmus de Beke prefato Nycolao pro solutione dicte pactionis trium et dimidii modiorum siliginis, simul cum dictis medietatibus hereditatum et quintis partibus pactionum et census predictorum ad pignus imposuerat, prout in litteris, que quidem pactio predicta dicto Cornelio, tamquam marito et tutori legitimo dicte Martine, sue uxoris, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsis et Franconem Knoep pridem habita, unacum certis aliis pactionibus et bonis, in partem cesserant, ut dicebat, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Johannis Arnt Egenszoen alias Scoercops, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione dictorum duorum modiorum siliginis hereditarie pactionis, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Erpe, datum XVIII maii, sabbato post Vocem.

R1272, fol. 372v
18 mei 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Et poterit redimere dictos duos modios siliginis hereditarie pactionis perpetue simul unapariter cum et mediante septuaginta duobus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata pro quolibet computando, et septem consimilibus stuferis, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Cornelio repromisit, hoc salvo, quod idem Cornelius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Theoderico legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 372v
17 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Nycolaus, filius quondam Jacobi Spyker, hereditarie vendidisset Engele, filie quondam Johannis dicti Bucx, ad opus Judoce, filie quondam Johannis de Loen, institoris, ab eodem quondam Johanne et quondam Aleide, eius uxore, filia dicti quondam Johannis Bucx, pariter genite, hereditarium censum tredecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, solvendum hereditarie Penthecostes, ac (*aldus*) domo, area et orto ac suis attinenciis, sitis in Buscoducis in platea dicta die Dyeptstraet, item ex quodam campo, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren in loco dicto Int Marensche broeck, tali annexa conditione, quod dictus Nycolaus, venditor, dictum censum redimere poterit perpetue cum ducentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Engela palam recognovit et pubice confessa est quatenus supradicti ducenti floreni Renenses, quibus dictus census tredecim florenorum Renensium, ut premittitur est comparatus, provenerunt ex redemptione certorum censuum, quos dicta quondam Aleidis, mater dicte Judoce, in vita sua emerat et in Bucstel habuit solvendos.
Testes Kuyst et Boert, datum XVII^{a} maii, sexta post Vocem.

R1272, fol. 373r
18 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Anthonius Boest hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, ex tribus lopinatis terre siliginee, mensure de Lyeshout, sitis in parochia de Lyeshout inter hereditatem domus seu conventus de Lieshout ex utroque latere, atque ex pecia terre, sita in dicta parochia inter hereditatem Johannis van den Zande ex uno, et inter hereditatem Nycolai dicti Myszoen ex alio, item ex dimidio bonario prati, sito in dicta parochia in loco dicto die Brake, inter hereditatem dicte domus seu conventus ex utroque latere coadiacente, item ex dimidio bonario prati, sito in dicta parochia in loco dicto communiter Esdonck, inter hereditatem predicti Johannis van den Zande ex uno, et inter hereditatem Heilwigis, filie dicti Johannis van den Zande, ex alio, quam pactionem Godefridus Scilder erga Henricum dictum Spaybaet acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem Johannes Scilder, filius dicti quondam Godefridi Scilder, in suo testamento ac ultima eius ultima (*aldus*) inter cetera inibi contenta prefato Anthonio legaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Ghysberto, filio quondam Judoci Zeben, calcifici, simul cum dictis litteris et instrumento aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et

impetitionem ex parte sui et dicti quondam Godefridi Scilders ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XVIII[a] maii, sabbato post Vocem.

R1272, fol. 373r
18 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta sex florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Ghysbertus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Anthonio repromisit, hoc salvo, quod idem Anthonius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Ghysberto legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 373r
18 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu incipiente Anthonius, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Anthonius palam recognovit et super omnia et habenda dicto Ghysberto adhuc promisit, in causa in quo eidem Ghysberto infra spacium quatuor annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente non placuit retinere pactionem predictam, ymmo libencius resignare velit, et hoc eidem Anthonio legitime intimaverit, quod extunc idem Anthonius infra dimidium annum huiusmodi intimationem immediate subsequentem refundet et refundere tenebitur dicto Ghysberto summam vero triginta sex florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando; quibus refusis unacum pactione anni, dictus Ghysbertus pactionem predictam prefato Anthonio resupportavit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris, instrumento aliis et iuribus ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 373r-373v
20 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Petrus, filius quondam Willelmi, filii Henrici dicti Claeszoen, tamquam relictus quondam Beatricis, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditaria pactione octo vasorum siliginis, mensure de Zoemeren, solvenda hereditarie Purificationis, et in Zoemeren tradenda, de et ex quadam pecia terre arabilis, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Zoemeren inter hereditatem Heilwigis, filie quondam Henrici dicti Claeszoene, ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Theenszoene ex alio, quam pactionem predictam dictus Petrus erga Henricum dictum Heym, filium naturalem quondam Arnoldi Heym, maritum et tutorem legitimum Jutte, sue uxoris, filie quondam Willelmi, filii Henrici dicti Claeszoen, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Henrico, filio Petri et quondam Beatricis predictorum, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XX[a] maii, secunda post Exaudi.

R1272, fol. 373v
20 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus dictam pactionem hereditarie supportavit Henrico Stapparts ad opus Nycolai, filii Willelmi Dircxs., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Petri, sui patris, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 373v-374r
20 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Heilwigis, filia Lamberti Willemszoen de Heze, et Johannes, filius quondam Willelmi dicti Bucken, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie dicti Lamberti Willemszoen de Heze, hereditarie vendiderunt Ottoni Bolcx, filio quondam Johannis Bolcx, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omnibus oneribus et exactionibus libere tradendum, de et ex quodam campo terre, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, dictorum venditorum, sito in parochia de Magno Lytt in loco dicto In de Hout Rutt, inter hereditatem fabrice capelle in Lyt ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Goeswini Hack ex alio, tendente a communi stega ad hereditatem Christine, relicte dicti quondam Willelmi Bucken et eius liberorum et quorundam aliorum, item ex duobus et dimidio iugeribus terre vel circiter, eorundem venditorum, sitis ibidem inter hereditatem heredum quondam Johannis de Berse ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Gerardi Willemss. ex alio, tendentibus ab hereditate dictorum heredum quondam Johannis de Berse ad quandam communem stegam ibidem, item ex uno iuger terre vel circiter, eorundem venditorum, sito in dicta parochia in loco dicto Litterbroeck, inter hereditatem altaris Beate Katherine virginis et martiris, siti in ecclesia Sancti Johannis in Buscoducis, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Goeswini Heer ex alio, tendente cum fine utroque ad communes stegas ibidem, ut dicebant, ab eodem, promittentes, cum tutore, et cum eis dictus Lambertus Willemss. de Heze et Willelmus, filius eiusdem Lamberti, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi dominis Sancti Lamberti Leodiensis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 374r
20 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter aut mediatim, videlicet integrum censum, cum et mediante triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Otto hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc salvo, quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Ottoni legitime preintimabunt aut eorum alter preintimabit.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 374r
21 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Laurencius Boden, filius quondam Philippi Boden, relictus quondam Ode, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto qui fuerant quondam Henrici Zwertvegers, sitis in Buscoducis ultra pontem dictum Tolbrugge, inter hereditatem Christine Berwouts ex uno, et inter hereditatem Johannis, textoris lineorum, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Laurencius Boden erga domicellam Margaretam, relictam quondam Theoderici die Borchgreve, acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Philippo, Willelmo, fratribus, et Christine, eorum sorori, liberis Laurencii et quondam Ode predictorum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXI[a] maii, tercia post Exaudi.

R1272, fol. 374r
21 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Christina, eius soror, cum tutore, duas tercias partes ad ipsos spectantes in domo, area et orto predictis hereditarie supportaverunt dicto Philippo, eorum fratri, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Laurencii, eorum patris, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 374r
21 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Philippus palam recognovit et publice confessus est se recepisse de bonis suis paternis et maternis quindecim libras pagamenti hereditarie, et quod ipse in communi divisione imposterum post obitum dicti Laurencii, sui patris, fiendum, de bonis pretactis importabit et importare tenebitur huiusmodi quindecim libras hereditarie, aut consimiles quindecim libras pagamenti hereditarie, aut saltem quivis dictorum Willelmi, sui fratris, et Christine, sue sororis, tantum prelevabit de premissis antequam dictus Philippus condividere poterit bona predicta, promittens dictus Philippus, ut debitor principalis, super omnia et habenda dictis Willelmo, suo fratri, et Christine, sue sorori, huiusmodi recognitionem et confessionem ratam servare, et eidem non contravenire, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 374v
26 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Gerardus Toelinc, filius quondam Ghiselberti Toelinc, hereditarie vendidit michi ad opus sororum regularissarum conventus de Bethania, siti in Buscoducis ad locum dictum Aen den Wyntmoelenberch, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Pasche, de et ex domo, area, orto ac domo posteriori, dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, ultra pontem dictum die Moelenbrugge, iuxta portam Sancte Crucis ibidem, inter murum opidi de Buscoducis ex uno, et inter hereditatem Petri dicti die Cuyper ex alio, tendentibus a vico predicto retrorsum usque ad hereditatem conventus fratrum Cruciferorum ibidem, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu quatuor librarum monete, atque censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Monix et Brugman, datum XXVI^{ta} iulii.[82]

R1272, fol. 374v-375r
9 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Maria, relicta quondam Johannis Willemssoen des Nastelmekers, cum tutore, domum, aream et ortum ac domum posteriorem, sitos in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Theoderici dicti Arntszoen ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Henrici Hubermans et inter hereditatem Willelmi Jan Willemszoen ex alio, tendentibus a dicto vico Vuchtensi retrorsum ad hereditatem Boudewini dicti Lambertszoen, cultellificis, quos domum, aream, ortum et domum posteriorem predictos dicta Maria erga Marcelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, simul cum dictis litteris et cum quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus, et cum toto iure sibi in dictis litteris et contentis in eisdem quovismodo competentibus, dedit ad annuum et hereditarium censum Johanni, filio quondam Aelberti, filii quondam Hermanni de Werdenborch, ab eodem iure hereditario habendum pro censu fundi domino duci, pro septem et dimidio stuferis infirmarie curie maioris beginarum in Buscoducis, duabus et dimidia libris pagamenti Maiori Hospitali in Buscoducis, ac quatuor et dimidia libris hereditarii census monete supradicte Marie, hereditario censu sex librarum eiusdem monete heredibus seu successoribus quondam Johannis Scilders, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu sedecim librarum eiusdem monete, dando et solvendo sibi ab alio Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, de et ex premissis, promittens, cum tutore, super omnia et habenda huiusmodi donationem ratam servare, alias obligationem et impeticionem ex parte sui deponere; quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte

[82] *in de witregel onder deze akte staat:* Iste contractus fuit prius prothocollatus et postmodum passatus.

Marie dictum hereditarium censum sedecim librarum monete predicte, termino solutionis predicto, de et ex premissis.
Testes Busco et Boert, datum IX[a] iulii.[83]

R1272, fol. 375r
deze akte is onvolledig

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut mediatim, videlicet dictum integrum censum cum

R1272, fol. 375r
9 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue integraliter aut mediatim, videlicet quamlibet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuatatia est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Maria, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 375r
9 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Johannes, filius quondam Aelberti, filii quondam Hermanni de Werdenborch, promisit super omnia et habenda dicte Marie viginti octo peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, ac octo libras monete Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 375r
deze akte is onvolledig

Dictus Johannes, filius quondam Aelberti, filii quondam Hermanni de Werdenborch, supradictos domum, aream et ortum ac domum posteriorem, sitos in Buscoducis in vico Vuchtensi, hereditarie supportavit Aleidi, relicte quondam Willelmi, filii quondam Johannis Henricxzoen des spoermekers, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus liberorum suorum legitimorum, ab ipsa Aleide et iamdicto quondam Willelmo, suo dum vixit marito, pariter genitorum, quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus et promissionibus in dictis litteris contentis.

R1272, fol. 375r-375v
22 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

[83] *in de linkermarge van fol. 374v staat bij deze akte:* Iste tres contractus sunt postea passati et eorum scabinis lecti.

Cornelius, filius quondam Petri Geritss., ab eodem et quondam Christina, sua uxore, filia quondam Ghysberti van den Leest, pariter genitus, et Willelmus, filius quondam Serisii van den Laer Janszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Petre, sue uxoris, filie dictorum quondam Petri et Christine, peciam terre, unum iuger terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Orthen ad locum dictum Op Herven, inter hereditatem fabrice ecclesie de Orthen ex uno latere et fine uno, et inter hereditatem Aleidis, relicte quondam Gerardi die Raet, ex alio, tendente cum fine reliquo ad quendam aggerem ibidem, quequidem pecia terre predicta ipsis per et post mortem Elisabeth, filie dicti quondam Ghysberti van den Leest uxorisque dum vixerat quondam Adriani de Loemel, iure sucessionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Gerardo, filio quondam Johannis de Oyen, ab eodem, promittentes super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere; quo facto Ghysbertus, filius Wolteri van Broichoven, ab eodem et quondam Margareta, sua uxore, filia dicti quondam Ghysberti van den Leest, pariter genitus, Rodolphus, filius quondam Theoderici de Doerne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, et Theodericus, filius quondam Theoderici Laureynss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filiarum dictorum quondam Wolteri de Broechoven et quondam Margarete, super dicta pecia terre atque iure ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte[84] et dictarum suarum uxorum deponere.
Testes Boert et Brugman, datum XXII[da] maii, quarta post Exandi.

R1272, fol. 375v
22 mei 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Henricus de Engelen, filius Jacobi, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Johannis van den Leest, filii quondam Ghysberti van den Leest, super dicta pecia terre atque iure ad opus dicti Gerardi, filii quondam Johannis de Oyen, hereditarie renunciaverunt, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Katherine, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 375v
22 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Elisabeth, relicta quondam Mathei, filii Mathei dicti de Zeelant, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate cuiusdam campi terre pascualis, tria iugera terre vel circiter continentis, siti in parochia de Gestel prope Herlair in loco dicto Bellenbroeck, inter hereditatem Engberti, filii quondam Henrici dicti Engbrechszoen, et inter hereditatem Henrici, filii quondam Egidii dicti Everitszoen ex uno, et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Egidii dicti Gielissoen, et inter hereditatem Egidii, filii quondam Lodovici dicti Willemszoen, ex alio, tendentis ab hereditate Johannis, filii quondam Laurencii dicti Reynerss., ad hereditatem Henrici dicti die Witt et stegam ibidem sitam, quem integrum campum terre pascualis predictum dictus Matheus, filius Mathei dicti de Zeelant, erga Willelmum dictum de Baerle, filium quondam Johannis dicti de Baerle, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Petro, Christiano, Matheo, Ghysberto et Jacobo,

[84] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt hierna het woord* sui.

fratribus, liberis quondam Henrici, filii dicti quondam Mathei, filii quondam Mathei de Zeelant, et Henrico, filio quondam Emondi de Jonger, tamquam marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici, filii quondam Mathei, filii quondam Mathei de Zeelant, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 375v-376r
22 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth necnon dicti Petrus, Christianus, Matheus, Ghysbertus et Jacobus, fratres, atque dictus Henricus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, dictum integrum campum terre pascualis, tria iugera terre vel circiter continentem, hereditarie supportaverunt domino Huberto Hospitis alias dicto Bottel, presbitero, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Mathei, filii Mathei de Zeelant, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere; promiserunt insuper dicti Elisabeth, Petrus, Christianus, Matheus, Ghysbertus et Jacobus et Henricus, cum tutore, sub obligatione premissa, divisi, videlicet dicta Elisabeth pro una medietate, necnon iidem Petrus, Christianus, Matheus, Ghysbertus, Jacobus et Henricus indivisi pro reliqua medietate, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex dicto campo plus fore solvendum quam hereditarius census duarum terciarum partum unius libre antique pecunie, hereditarius census triginta quinque solidorum monete, atque hereditarius census quinque librarum dicte monete, annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebant, quod dicti Elisabeth, Petrus, Christianus, Matheus, Ghysbertus, Jacobus et Henricus hoc plus prefato domino Huberto penitus deponent, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 376r
22 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dominus Hubertus Hospitis, presbiter, predictus promisit super omnia et habenda dicte Elisabeth dumtaxat viginti octo peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 376r
22 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Martinus, filius quondam Willelmi Martenss., promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Hugonis Storymans, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum quinque librarum monete, anno quolibet hereditarie Penthecostes, et pro primo solutionis termino a Penthecostes proxime futuro ultra annum, de et ex domo, area et orto ac tribus cameris sibi retro adiacentibus, dicti promittentis, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem, inter ambas portas ibidem, inter hereditatem Arnoldi dicti Haemmekers ex uno, et inter hereditatem Johannis de Zeelant ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum ad

aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque diversis censibus ad triginta unam libras pagamenti hereditarii census ascendentibus, diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 376r
22 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Fratres Franciscus de Prato, prior, et Jacobus Donck, supprior conventus de Porta Celi, siti prope Buscumducis ad locum dictum die Baseldonck, nomine eorum et dicti conventus in omnibus eorum et dicti conventus causis motis seu adhuc movendis in iudicio opidi de Buscoducis et aliunde, contra et adversus personas quascumque, occasione quacumque, Zwederum de Gerwen in suum verum et legitimum procuratorem elegerunt, constituerunt et ordinaverunt, ad ius causam seu causas dicti conventus prosequendum et bona pro eodem agendum, in omnibus et per omnia, prout iuris exegerit ordo, concedentes eidem Zwedero potestatem substituendi unum vel plures procuratorem seu procuratores, qui consimilem habebunt potestatem, promittentesque sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus ratam servare quodquod per dictum Zwederum et suos substituendos procuratores fuerit in premissis et eosdem ab omni onere satisdantes relevare, presentibus tamen post revocationem prioris pro tempore dicti conventus minime duraturis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 376v
24 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Arnoldus, filius quondam Arnoldi Jan Arntss., hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Godefridi de Donckersvoirt, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus Beatricis, filie Ghysberti van Hulst, ab eodem et Johanna, sua uxore, filia dicti Henrici, filii quondam Godefridi, pariter genite, quoad ius hereditarium, censum unius et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pentecostes, et pro primo solutionis termino a Pentecostes proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum, de et ex quodam campo terre pascualis, duo iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Berlijkem in loco dicto In de Hasselt, inter hereditatem heredum quondam Rutgeri de Berlijckem ex uno, et inter hereditatem Arnoldi de Berse ex alio, tendente ab hereditate dictorum heredum ad aquam dictam die Aa, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XXIIII^{ta} maii, sexta post Exaudi.

R1272, fol. 376v
24 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti quatuor florenis Renensibus consimilibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus nomine sui et pro dicta Beatrice hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo,

venditori, repromisit, hoc salvo, quod idem Arnoldus, venditor, huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Henrico et Beatrici aut eorum alteri legitime preintimabit. Testes, datum supra.

R1272, fol. 376v-377r
24 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Johannes Pijnappel, filius quondam Mathei Pynappel, relictus quondam Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Willelmi de Hoelt, usufructum sibi competentem in domo, area et orto, sitis in Buscoducis in oppositum domus seu mansionis de Loen, inter hereditatem Johannis Pynappel Bouwenss. ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Hermanni Coenen ex alio, item in uno iugere terre, sito in hereditate dicta die gemeyn Vliedart, quod iuger terre Ghysbertus Haeck Godefrido Boest ad opus Elisabeth, sue sororis, relicte quondam Willelmi, filii quondam Everdi, filii quondam Willelmi de Hoelt, et ad opus liberorum ab ipsa Elisabeth et predicto quondam Willelmo pariter genitorum, hereditarie supportaverat, item in duobus et dimidio iugeribus terre dictis den Havercamp, sitis in parochia de Roesmalen, item in annua et hereditaria pactione unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis, ex medietate olim ad Wolterum Goetscalcx, filium quondam Theoderici Goetscalcx, filii quondam Wolteri Goetscalcx, spectante in quodam manso, sito in parochia de Berlijkem ad locum dictum Loeffoirt, et ex attinenciis dicte medietatis mansi predicti, singulis et universis, ubicumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, item in annua et hereditaria[85] sex sextariorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, ex domo et orto ac hereditate ipsis adiacente, sitis in parochia de Roesmalen in loco dicto Bruggen, atque ex quadam pecia terre dicta communiter dat Venne, sita in dicta parochia, et ex dimidio iugere terre, sito in dicta parochia ad locum dictum die Gemeyn Beemde, item in annuo et hereditario censu trium librarum monete, solvendo hereditarie Purificationis, ex medietate cuiusdam mansi, olim Wolteri Goetscalcx, depost eius heredum, siti in parochia de Berlijkem ad locum dictum Loeffoirt, atque ex singulis attinenciis et iuribus dicte medietatis mansi predicti, ubicumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, item in hereditario censu trium librarum dicte monete, solvendo hereditarie Purificationis, ex domo, area et orto Pauli, filii quondam Petri Michielszoen, sitis in Buscoducis in vico dicto die Weverplaetze, insuper in hereditario censu trium librarum et decem solidorum monete predicte, solvendo hereditarie Purificationis, ex domo et area, sita in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet, insuper in duabus domibus, areis, ortis et duabus cameris sibi retro mutuo adiacentibus, sitis in Buscoducis in vico tinctorum, supra conum cuiusdam viculi quo itur versus pontem dictum dat Loefs brugsken, item in quodam campo dicto Haverloes kempken, tria iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, item adhuc in duobus et dimidio iugeribus terre, dictis die Nonnenbeempt, sitis ibidem, item adhuc in tribus iugeribus terre, dictis den Rybeempt, sitis ibidem, atque in quadam pascua dicta een scaepenweyde, sibi adiacente, legitime supportasset Matheo et Johanne, eius sorori, suis liberis, ab ipso Johanne et dicta Heilwige, sua prima uxore, pariter genitis, prout in litteris, cumque supradicti domus, area et ortus, siti in oppositum domus de Loen, unum iuger terre in die gemeyn Vliedart, dicta duo et dimidium iugera terre dicta den Havercamp, necnon supradicte pactiones unius modii siliginis et sex sextariorum siliginis, census trium, trium et trium librarum ac decem solidorum monete predicte, supradicto Matheo, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et dictam Johannam, suam sororem, pridem habita, in

[85] *gezien het vervolg van de akte, is hier het woord* pactione *vergeten.*

partem cessissent, prout in litteris divisionum, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Matheus dictos domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis in opposito dicte domus seu mansionis de Loen, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Willelmi de Geldrop Philipszoen, ab eodem Johanne ad statum post obitum supradicti Johannis Pynappel, filii quondam Mathei Pynappel, et non prius, habendos, apprehendendos et iure hereditario possidendos, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione promittens, sub obligatione dictorum duorum et dimidii iugerum terre dictorum den Havercamp, dictarum pactionum unius modii et sex sextariorum siliginis, atque dictorum censum trium, trium et trium librarum et decem solidorum monete predicte, necnon super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepta vitali pactione unius modii siliginis, quam vitalem pactionem Tyelmannus, filius Bernardi Janszoen van Overmeer, ad eius vitam ex domo, area et orto predictis annuatim solvendam habet; promisit insuper dictus Matheus sub obligationibus premissis, quod ipse dictam vitalem pactionem unius modii siliginis, quoad quoscumque terminos usque diem obitus dicti Johannis Pynappel Matheeuss. inclusive cedendos dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod dicto Johanni, filio quondam Willelmi de Geldrop, extunc in antea dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.[86]

R1272, fol. 377v
24 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Arnoldus Beys, filius quondam Arnoldi, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex medietate campi, tria iugera vel circiter continentis, siti in parochia de Roesmalen ad locum dictum Heze, inter hereditatem Henrici van den Doren ex uno, et inter hereditatem Nycolai, filii Everardi Broessoen, ex alio, item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi, communi vico interiacente, coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Ghibonis Kesselmans ex uno, et inter hereditatem dicti Henrici van den Doren ex alio, item ex pecia terre arabilis, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem liberorum quondam Tielmanni de Spina ex uno, et inter hereditatem Everardi Broessoen ex alio, quam pactionem predictam dictus Arnoldus Beys erga Arnoldum, filium Ghysberti Heymericxs., maritum et tutor (*aldus*) legitimum Johanne, sue uxoris, filie quondam Wolteri Neysen, acquisiverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Cornelio Deyns, filio quondam Johannis Deyns, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXIIII[ta] maii, sexta post Exaudi.

---

[86] *in de ondermarge van folio 377r, d.d. 11 april 1505, Dirk de Borchgreve en Hendrik de Leeuw:* Dictus Johannes Pynappel prebuit, alter cessit, et optinuit. Testes Borchgreve et Leeuwe, datum XI aprilis, sexta post Misericordia anno XV[C] quinque.
voorts aldaar, van dezelfde datum: Dictus Johannes de Geldrop palam recognovit se recipisse a dicto Johanne Pynappel centum et duos florenos Renenses, XX stuvers aut valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est, quos idem Johannes occasione supportationis dictorum domus, aree et orti, exposuit et solvit, ut dicebat, clamans …. contentus[?]. Testes, datum supra.

R1272, fol. 377v
24 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit dictus Arnoldus dictam pactionem redimere perpetue cum et mediante quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Cornelius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo repromisit, hoc salvo, quod idem Arnoldus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Cornelio legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 377v-378r
25 mei 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Wij Boert et Erpe, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelicken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir ons gestanden is geweest Jan Balyart Janssoen, seggende hoe dat Helena, weduwe wilneer Hermans van Wachtendonck, ingesetenen, alse leefden, tot Maestricht, hem sculdich is zeker summen van penningen die se hem hadde geloeft jairlix te geven, nae inhoude van der scepenenboeck van Maestricht voirs., welke penningen hy overmits andere occupacien die hy te doen heeft, in zijnen properen persoene nyet ghevuechelic vervolgen en can noch en mach, ende heeft dairomme geconstitueert, gesedt ende geordineert, ende mits desen brieve constitueert, sedt ende ordineert Jan Reymbrants Janssoen den Jongen, gevende ende verlenende den selven Jan Reymbrants den Jongen vrij ende volcomen macht ende sunderlingen bevele, die voirs. penningen op te heffen, te boeren, te ontfangen ende van den ontfange quitancie te geven, ende die, ofs noot weer, met rechte te vervolgen, dair ende alsoe dat van node wesen sall, ende generalic allet dair inne te doene ende voirt te keren, dat die voirs. Jan Balyart, present wesende, selver zoude moigen doene, geloevende die selver Jan Balyart, op verbyntenissen van zijnen gueden, vast ende stedich te houden allet geen des by den voirs. Jan Reymbrants den Jongen hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden, sonder ennich wederseggen.
Datum XXV^{ta} maii, sabbato post Exaudi.

R1272, fol. 378r
25 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Maria, filia quondam Egidii, filii quondam Arnoldi Bouwenszoen Houtzager, ab eodem quondam Egidio et quondam Godestoede, sua uxore, filia quondam Henrici Rutgerssoen, pariter genita, uxorque legitima Petri Eylarts, incola opidi de Leewarden, territorii Frisie, cum tutore, potens ad hoc vigore certarum litterarum sibi ab eodem Petro, suo marito, sub sigillo Fopponis Mathijss., scabini opidi predicti, desuper concessarum, ut apparebat, domum, aream et ortum ac peciam terre pascue sibi coadiacentem cum suis attinenciis, olim Theoderici van den Hoevel, filii quondam Theoderici, sitos infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum Hyntham, inter communes pascuas dictas die Bosch Vliedert ex uno, et inter hereditatem Mathie, filii quondam Theoderici Jacopszoen, ex alio, tendentes ab hereditate dicta sHeilichs Geest camp ad hereditatem Arnoldi Bogart et communem plateam, quos domum, aream, ortum et peciam pascue predictos dictus Egidius erga dictum Theodericum van den Hoevel, filium quondam Theoderici, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie

supportavit Johanni de Herssel, filio quondam Johannis de Herssel, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Petri, sui mariti, necnon ex parte dicti quondam Egidii et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XXV^{ta} maii, sabbato post Exaudi, in profesto Pentecostes.

R1272, fol. 378r
25 mei 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Dicta Maria omnino ut iam supra, cum tutore, peciam terre dictam die Smaelacker, sitam in parochia de Roesmalen, inter hereditatem liberorum quondam Henrici de Zoemeren ex uno, et inter hereditatem Gerardi dicti Geen Noyens ex alio, quam peciam predictam dictus Egidius, filius quondam Arnoldi de Lytt, erga Anthonium, filium quondam Johannis Boyen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni de Herssel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Petri, sui mariti, necnon ex parte dicti quondam Egidii ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 378r
deze akte is onvolledig

Godescalcus, filius legitimus quondam Judoci dicti van Hoelten, hereditarie vendidit Willelmo, filio Willelmi de Broegel Thomaeszoen

R1272, fol. 378r-378v
25 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Godescalcus, filius legitimus quondam Judoci dicti de Hoelten, hereditarie vendidit Willelmo, filio Thome de Broegel Willemszoen, tinctori, hereditariam pactionem decem modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradendam, de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in decima quadam, sita in loco dicto in dEygen, iuxta Roesmalen Hese Sunte Helpricx, ac in suis attinenciis et iuribus, universis ubicumque locorum reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Boert, datum XXV^{ta} maii, sabbato post Exaudi, in profesto Pentecostes.

R1272, fol. 378v
25 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter quemlibet, videlicet modium, cum et mediante trigintaquatuor peters, XVIII (*aldus*) vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferos (*aldus*), novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabancie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philipsgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel

vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum paccione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.[87]

R1272, fol. 378v-379r
28 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes de Os, filius Hermanni, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Katherine, sue uxoris, filie quondam Florencii Heerman, filii quondam Adriani, ab eodem quondam Florencio et domicella Elisabeth, sua uxoris, filia quondam magistri Gerardi Boest, pariter genite, hereditarium censum sex aureorum florenorum overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, quem censum Gerardus de Voerendael, filius quondam Johannis, promiserat ut debitor principalis dicto Florencio Heerman ad opus dicte domicelle Elisabeth, sue uxoris, et ad opus dicte Katherine, filie eorundem Florencii et domicelle Elisabeth, coniugum, quod ipse daret et solveret eidem domicelle Elisabeth quamdiu in humanis vixerit et post eius decessum dicte Katherine, eius filie, si eium supervixerit, anno quolibet hereditarie mediatim Remigii confessoris et mediatim Passche, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Gerardi, sitis in parochia de Rycstel ad locum dictum Aent Eycken, inter communem plateam ex utroque latere, item ex quodam prato eiusdem Gerardi, sito in eadem parochia ad locum dictum Op Hoevel, iuxta communem plateam dictam die Hazeldonckstraet, inter hereditatem domicelli Willelmi de Ghent, domini de Rycstel, ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Henrici de Luyten ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Johanni, presbitero, filio dicti Gerardi de Voerendael, simul cum dictis litteris et iuribus et cum arrestadiis, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetiticionem ex parte sui et dicte domicelle Katherine, sue uxoris, deponere.
Testes Busco et Boert, datum XXVIII^{a} maii, tercia post Pentecostes.

R1272, fol. 379r
28 mei 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus dominus Johannes promisit super omnia et habenda dicto Johanni de Os quatuordecim aureos florenos Renenses vel valorem eorundem in alia pagamento, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini proxime futuoro persolvendos.
Testes Busco et Boert, datum XXVIII^{a} maii, tercia post Pentecostes.

R1272, fol. 379r
30 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

[87] *in de linkermarge is hier een (eerdere?) marginale aantekening geradeerd. Onder deze geradeerde tekst staat in de marge, d.d. 29 januari 1518:* dese penningen zijn verbetert den XXIX^{en} dach in januario anno XVIII, prout in libro meo, alsoe dat men meer moet dan totten loss voirs.

Rycoldus Roelens, commorans in Geffen, promisit super omnia et habenda michi ad opus Willelmi de Achel viginti novem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Boert, datum penultima maii, quinta post Pentecostes.

R1272, fol. 379r
30 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Johannis dicti Strick, domum, aream et ortum ac hereditate sibi adiacente, dimidium iuger terre vel circiter continente, sitos in parochia de Berchen, ad locum dictum Aent Laer, inter hereditatem Margarete dicte Rycken, vidue, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Aleidis, relicte quondam Henrici Borkens, et eius prolis ex alio, tendentes cum utroque ad communes plateas, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit Constantino dicto Stanss., filio quondam Henrici Borkens, ad opus sui et ad opus Aleidis, eius sororis, filie eiusdem quondam Henrici Borkens, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu vicinorum parochie de Os ad unum stoterum ascendente, atque hereditarie pactione dimidii modii siliginis dicto Constantino, et hereditaria pactione unius maldri siliginis cuidam Johanni Lambertss., annuatim exinde e iure solvendis, atque circumspectionibus dictis scouwen, ad premissa e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Kuyst et Boert, datum penultima maii, quinta post Pentecostes.

R1272, fol. 379r-379v
30 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Arnoldi dicti Muykenss., et Alardus, filius quondam Constantini dicti Stanss sHoessen, hereditarie vendiderunt Olivero, filio quondam Udonis de Berchuysen, pistori, hereditarium censuum decem et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Pentecostes, de et ex duabus domibus, areis, ortis ac domibus posterioribus ac suis attinenciis, sibi mutuo lateraliter coadiacentibus, dicti Johannis, sitis in Buscoducis ad locum dictum Buerde, iuxta capellam Sancte Barbare ibidem, inter hereditatem Lamberti de Scijnle, textoris laneorum, ex uno, et inter hereditatem Willelmi dicti Zerijs ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum usque ad aquam dicta die Meer ibidem currentem, item ex quodam campo terre paludialis, quatuor iugera terre vel circiter continente, dicti Alardi, sito in parochia de Macharen in loco dicto Int Oesterling, inter hereditatem domicelle Johanne de Spralant ex uno, et inter hereditatem Willelmi Snavels et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate Yde, relicte quondam Zeberti van den Hoevel, et eius liberorum cum pluribus aliis, ad hereditatem Johannis de Ghent et quorundam aliorum, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque diversis censibus ad novem et dimidiam libras pagamenti ex dictis duabus domibus, areis, ortis et domibus posterioribus dicti Johannis, atque hereditario censu

quatuor florenorum Renensium ex dicto campo dicti Alardi, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum penultima maii, quinta post Pentecostes.

R1272, fol. 379v
30 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante centum et viginti novis aureis florenis archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictis met nyewen philippusgulden, gerecht van gewichte, et cum nulla alia moneta seu pecunia, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc salvo, quod iidem venditores huiusmodi redemptionerm per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 379v-380r
deze akte is onvolledig

Willelmus, filius quondam Johannis Voet, in presentia et de expressis consensus et voluntate Jacobi, filii quondam Willelmi Janssoen, et Theoderici, filii quondam Christiani dicti van den Velde, legitime et hereditarie vendiderunt michi ad opus conventus Beate Marie Virginis ordinis cisterciensis, siti supra Doncka prope opidum de Huesden, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Pentecostes, de et ex domo, area et orto ac domo posteriori, dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Orthensi quasi in oppositum fabrice capelle Beatorum Petri et Pauli apostolorum, inter hereditatem dicti Johannis inter hereditatem Katharine, relicte quondam Christiani Beckers, ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Voet, fratris dicti venditoris, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad aquam ibidem retro fluentem, ut dicebant, ab eodem conventu iure hereditario habendum, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus Willelmus, venditor, dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue, quamlibet videlicet libram cum et mediante septem peters, decem et novem stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philiuppi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.[88]

R1272, fol. 380r
30 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Willelmus, filius quondam Gerardi Cuyperssoen, promisit super omnia et habenda Katherine, filie quondam Nycolai die Gruyter, quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia

[88] *in de marge:* vacat iste contractus

pronunc valuata pro quolibet computando, et unum modium siliginis, mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos, et in Buscoducis tradendos.
Testes Kuyst et Boert, datum penultima maii, quinta post Pentecostes.

R1272, fol. 380r
30 mei 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Heymericus, filius quondam Theoderici Judass. de Alem, promisit super omnia et habenda Arnoldo, filio quondam Johannis Arntss., tredecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia, termino solutionis infrascripto in Buscoducis ad bursam communiter currentem pro quolibet computando, necnon quinque consimiles stuvers Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 380r-380v
30 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Willelmus, filius quondam Johannis dicti Voet, in presentia et de expressis consensu et voluntate Jacobi, filii quondam Willelmi Janszoen, et Theoderici, filii quondam Christiani van den Velde, hereditarie vendidit michi ad opus conventus Beate Marie Virginis ordinis cisterciensis, siti supra Donckam prope opidium de Huesden, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Penthecostes, de et ex domo, area et orto ac domo posteriori sibi retro adiacente, dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Orthensi quasi in oppositum fabrice capelle Beatorum Petri et Pauli apostolorum ibidem, inter hereditatem Katherine, relicte quondam Christiani Beckers, ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Voet, fratris dicti venditoris, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere; quo facto dictus Willelmus, venditor, palam recognovit se recepisse a conventu predicto, ex causa vero venditionis dicti hereditarii census, octo librarum videlicet pro qualibet earundem librarum septem denarios, peters communiter vocatos, decem et novem denarios, stuvers communiter vocatos, pro quolibet huiusmodi peters computando, computando scilicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios secundum eandem valuationem, clamans igitur dictus Willelmus, venditor, dictum conventum et eius bona inde quitum et penitus absolutos, tali annexa conditione, quod idem venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue quamlibet videlicet dictarum librarum cum et mediante consimilibus septem denariis, peters communiter vocatis, in moneta et pecunia iam specificatis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, omnibus dolo et fraude in hiis seclusis, penitus et remotis.
Testes Boert et Roever, datum penultima maii, quinta post Exaudi.

R1272, fol. 380v
30 mei 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Johannis, filii quondam Willelmi Voet, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii confessoris, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, undecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle ad locum dictum In den Borne, item ex pecia terre arabilis, sita ibidem in opposito dictorum domus, aree, orti ac hereditatum, insuper hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem Hubertus, filius quondam Danielis van den Acker, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Lamberto, filio quondam Lamberti de Berze de Scijnle, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis trahituram, ex medietate agri terre, septem lopinatas terre vel circiter continentis, siti in parochia de Scijnle ad locum dictum Aen den Borne, hereditarie supportasset Theoderico, filio quondam Henrici die Hollander alias dicti die Lepper, fabro, et cum deinde Jacobus, filius quondam Willelmi Janss., in absencia dicti Theoderici dictas pactiones unius modii et dimidii modii siliginis per modum redemptionis e iure proximitatis obtinuisset, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Jacobus Willemss. et Theodericus, filius quondam Christiani van den Velde, omnibus melioribus modo iure, via et forma quibus melius scivit et potuit, quoad supportationes pretactas, quos prebuerunt consensus pariter et assensus, ymmo eorum proprias et meras voluntates ad hoc dederunt, promittentes iidem Jacobus et Theodericus sub obligatione omnium suorum bonorum iampremissa ratam servare et eisdem non contravenire per se, alium seu alios quovismodo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 381r
1 juni 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Michael, filius Willelmi dicti van den Boer, ab eodem et quondam Mechtelde, sua uxore, filia quondam Michaelis, filii quondam Petri, filii quondam Theoderici Belenzoen, pariter genitus, hereditariam pactionem quindecim lopinorum siliginis, mensure de Eyndoven, quam pactionem Henricus, filius Theoderici dicti van den Bogart, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Petro, filio quondam Theoderici Belenzoen, anno quolibet hereditarie Purificationis, et supra contrapignera infrascripta, tradendam de et ex sexta parte et tercia parte unius sexte partis ad ipsum spectantibus in tribus mansis, quorum duo in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Meyelsvoirt et ad locum dictum Vlochoven, et tercius in parochia de Tongerle ad locum dictum Cleyn Tongerle, siti sunt, atque ex attinenciis dictarum sexte partis et tercie partis unius sexte partis in dictis tribus mansis pertinentibus, singulis et universis, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo Moens alias dicto Keteler, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Willelmi van den Boer necnon ex parte dicti quondam Petri, filii quondam Theoderici Belenzoen, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Boert, datum prima iunii, sabbato post Pentecostes.

R1272, fol. 381r
1 juni 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Michael ut supra hereditariam pactionem quindecim lopinorum siliginis, mensure de Eyndoven, quam pactionem Rutgerus, filius Theoderici dicti van den Bogart, promiserat ut

debitor principalis se daturum et soluturum dicto Petro, filio quondam Theoderici dicti Belenzoen, eius sororio, anno quolibet hereditarie Purificationis, et supra contrapignora infrascripta, tradendam de et ex sexta parte et tria parte unius sexte partis ad ipsum spectantibus in tribus mansis, quorum duo in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Meyelsvoirt, et ad locum dictum Vlochove, et tertius in parochia de Tongerle ad locum dictum Cleyn Tongerle, atque ex attinenciis dictarum sexte partis et tercie partis unius sexte partis sibi in dictis mansis pertinentibus, singulis et universis, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Gerardo, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens per totum ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 381r
1 juni 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Gerardus promisit super omnia et habenda dicto Michaeli duos et dimidium modios siliginis, mensure de Eyndoven, Purificationis proxime futuro, et duos et dimidium modios siliginis, dicte mensure, necnon septuaginta quinque peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos, et dictam siliginem in Woenssel tradendam.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 381r-381v
1 juni 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Theodericus, filius quondam Johannis dicti die Cock Boyenss., promisit ut debitor principalis mihi ad opus Henrici, filii quondam Godefridi de Donckersvoirt, et ad opus Beatricis, filie Ghiselberti de Hulst, ab eodem et Johanna, sua uxore, filia dicti Henrici, pariter genite, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico quoad eius usufructum, atque dicte Beatrici quoad ius hereditarium, hereditarium censum unius floreni Renensis, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Pentecostes, et in Buscoducis libere tradendum, de et ex uno iugere terre ad ipsum, ut dicebat, spectante, sito in parochia de Empel, in quodam campo ibidem dicto In den Poel, inter hereditatem altaris Domine Nostre, siti in ecclesia de Empel, ex uno, et inter hereditatem fabrice ecclesie de Empel predicte, cum pluribus aliis ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem reliquam dicti promittentis, item de et ex tribus iugeribus terre ad ipsum promittentem, ut dicebat, spectantibus in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, dicto den Koehoevel, sito in parochia de Roesmalen, inter hereditatem Martini de Elmpt ex uno, et inter hereditatem Ottonis Terlinx ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Herberti Hals et domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, ad quendam aqueductum ibidem dictum sHertogen weteringe, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu decem librarum pagamenti ex duobus iugeribus terre dictorum trium iugerum terre, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione, quod dictus Theodericus, promittens, dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo, quod idem Theodericus dictam redemptionem per spacium dimidii anni prefatis Henrico et Beatrici aut eorum alteri legitime preintimabit.

Testes Erp et Monix, datum supra.

R1272, fol. 381v-382v
1 juni 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Laurencius et Johannes, fratres, et Henrica, eorum soror, liberi quondam Nycolai, filii quondam Henrici van den Staeck, et Bartholdus, filius quondam Nycolai dicti Weltten, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai, filii quondam Henrici van den Staeck, palam recognoverunt inter se mutuo quandam divisionem hereditariam fecisse de bonis ipsos per et post mortem suorum parentum advolutis, mediante qua divisione domus, area et ortus ac hereditates sibi adiacentes, cum suis attinenciis et lignicrescentiis, olim primodicti quondam Nycolai, siti in parochia de Orthen, inter hereditatem Sophie, relicte quondam Henrici Geronx, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Wolteri Aelberts et heredum quondam Henrici Geronx ex alio, tendentes a communi platea ad communitatem, simul cum onere exinde solvendi censum fundi atque medietatem unius libre antique pecunie, annuatim exinde e iure solvendum, ut dicebat, supradicto Laurencio, cesserunt in partem prout alii, cum tutore, hoc palam recognoverunt, super quibus alii atque iure ad opus eiusdem Laurencii hereditarie renunciaverunt, effestucando promittentes super omnia et habenda, cum tutore, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechteldis deponere, salvo tamen dicto Bartholdo suo hereditario censu decem denariorum, stuvers communiter vocatorum, ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis ex causa equiparationis portionum presentis divisionis annuatim solvendo, et mediante qua divisione campus terre, quatuor iugera terre vel circiter continens, simul cum quadam aqua dicta eenen wyel adiacente, situs in parochia de Orthen predicta in loco dicto In de Vlyedart, inter hereditatem Gerardi die Potter et Laurencii Geronx ex uno, et inter quendam campulum dictum sPapen Kempken ex alio, tendens ab aqueductu dicto die Weteringe ad hereditatem Reyneri de Haren et quorundam aliorum, simul cum onere conservandi partem aggeris Mose quoad latitudinem campi predicti, atque adhuc aggeres dictos zegedycken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos, et ad eundem campum e iure conservandum spectantes, ut dicebat, supradicto Johanni cesserunt in partem, prout alii hoc palam recognoverunt et super quibus alii atque iure ad opus eiusdem Johannis hereditarie renunciaverunt, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechteldis deponere, salvos tamen dicte Henrice suo hereditario censu trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, ac dicto Bartholdo suo hereditario censu unius floreni Renensis, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, ipsis hodierna die ex dicto campo per Johannem predictum promissis, iuxta continentiam suarum litterarum, occasione equiparationis portionum presentis divisionis, et mediante qua divisione pecia terre paludialis, unum et dimidium iugera terre vel circiter continens, sita in dicta parochia de Orthen ad locum dictum Opte Orthenschedonck, inter hereditatem Henrici Scoenvoet ex uno, et inter hereditatem Johannis de Haren ex alio, tendens ab hereditate Anthonii Boest ad aqueductum dictum sHertoge weteringe, item medietas unius iugeris terre, siti ibidem inter hereditatem Gerardi de Oyen ex uno, et inter hereditatem dicti Johannis de Haren ex alio, tendentis ab hereditate dicti Anthonii Boest ad aqueductum predictum, item adhuc pecia terre, sita in dicta parochia de Orthen in loco dicto In den Broelschen hoff, inter hereditatem Dyonisii, filii quondam Godefridi Heynens., ex uno, et inter hereditatem Anthonie, relicte quondam Theoderici Goyartss., et eius liberorum ex alio, tendens a communi platea ad hereditatem quandam dictam den Broel, simul cum onere conservandi aggeres dictos zegedycken, slusas, fossata et aqueductus infra terram situatos, ad iampremissa e iure conservandum spectantes, ut dicebat,

supradicte Henrice cesserunt in partem, prout alii hoc palam recognoverunt, super quibus alii atque iure ad opus eiusdem Henrice renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechteldis deponere, et mediante qua divisione hereditaria pactio unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem Goeswinus, filius quondam Engberti Brabants, promiserat se daturum et soluturum Nycolao, filio quondam Henrici van den Staeck, anno quolibet hereditarie Purificationis, ex dimidio manso, sito in parochia de Oisterwyck in loco dicto in Udenhout, in loco dicto Hoechout, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, item hereditaria pactio dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradenda, ex pecia terre, sita in parochia de Vucht Sancti Lamberti ad locum dictum Cromvoirt, in loco dicto Broexhoeve, de qua pactione dictus Nycolaus, filius quondam Henrici van den Staeck, novem decimas partes erga erga (*aldus*) Johannem, Henricum, Gerardum et Willelmum, fratres, liberos quondam Henrici van den Staeck, acquisierat iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, item hereditarius census decem librarum monete, quem censum Theodericus et Johannes, fratres, liberi Godefridi, filii quondam Henrici dicti Goyartss., promiserant Marie, relicte quondam Laurencii Janssoen, ad opus sui et ad opus Johannis et Henrici, fratrum, Elisabeth et Laurencie, eorum sororum, liberorum Marie et quondam Laurencii predictorum. quod ipsi darent et solverent dicte Marie quoad eius usufructum, et post eius decessum dictis suis liberis, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, ex pecia terre, sita in parochia de Empel in loco dicto Int Polsbroeck, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, supradicto Bartholdo, tamquam marito et tutori legitimo dicte Mechteldis, sue uxoris, cesserunt in partem, prout alii, cum tutore, hoc palam recognoverunt, super quibus alii et iure ad opus eiusdem Bartholdi hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, talibus annexis conditionibus, quod quivis dictorum condividentium onera in sua portione, ut premittitur narrata, dabit, solvet et conservabit, sic et taliter, quod uni ab altero dampna exinde non eveniant in futuro, et si ex premissis seu ad premissa imposterum inventum fuerit via iuris, plus fore solvendum aut conservandum quam dictum est, vel si alicui eorundem condividencium de premissis, eis in partem ut premittitur cessis, imposterum iuridice aliquid evincetur, aut si contrapignora dictorum pactionum et census pro solutione eorundem inventa fuerint insufficientia et non satissecura, quod ipsi hoc plus huiusmodi dampna et insufficienciam proporcionabiliter portabunt et solvent, ac portare et solvere tenebuntur, videlicet quivis eorundem condividencium pro una quarta parte, conditionibus infrascriptis etiam salvis, in primis vero conditionatum est, quod dictus Laurencius dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur dicto Bartholdo dictum annuum et hereditarium censum decem denariorum, stuvers communiter vocatorum, vel valorem eorundem in alio pagamento, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, de et ex domo, area, orto ac hereditatibus et suis attinenciis et lignicrescenciis predictis, insuper dictus Johannes dabit et solvet dicte Henrice dictum hereditarium censum trium florenorum Renensium, et dicto Bartholdo dictum hereditarium censum unius floreni Renensis, quoad terminos ipsis a dicto Johanne hodierna die promissis, iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum, ut dictum, prout et quemadmodum dicti Laurencius, Johannes, Henrica et Bartholdus, cum tutore, palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Boert et Monix, datum prima iunii, sabbato post Pentecostes.

R1272, fol. 382v-383r
1 juni 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Johannes promisit ut debitor principalis dicte Henrice, sue sorori, quod ipse dabit et solvet eidem Henrice hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, de et ex campo predicto, quatuor iugera terre vel circiter continente, simul ex quadam aqua, dicta enen wyel, sibi adiacente ut supra in divisione, qui vero campus predictus cum suis attinenciis dicto Johanni, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes, hodierna die habita, in parte cesserat, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 383r
1 juni 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Idem Johannes promisit ut debitor principalis dicto Bartholdo, tamquam marito et tutori legitimo dicte Mechteldis, sue uxoris, quod ipse dabit et solvet eidem Bartholdo hereditarium censum unius floreni Renensis, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, de et ex campo predicto, et ulterius ut iam immediate supra; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 383r
1 juni 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Dicta Henrica, cum tutore, peciam terre, sitam in parochia de Orthen in loco dicto In den Broelschenhoff, inter hereditatem Dionisii, filii quondam Godefridi Heynenzoen, ex uno, et inter hereditatem Anthonie, relicte quondam Theoderici Goyartss., et eius liberorum ex alio, tendentem a communi platea ad quandam hereditatem dictam den Broell, que pecia terre iamdicta dicte Henrice, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos in hoc coheredes, hodierna die habita et facta, unacum certis aliis hereditatibus in partem cesserat, prout in littera divisionum, hereditarie supportavit dicto Dyonisio, filio quondam Godefridi Heynensoen, simul cum dictis litteris et iure, occasione promittens, cum tutore, super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 383r-383v
1 juni 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Bartholdus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Mechteldis, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai Henricxs. van den Staeck, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, filia quondam Laurencii Janss. et quondam Marie, sue uxoris, pariter genite, hereditarium censum decem librarum monete, quem censum Theodericus et Johannes, fratres, liberi quondam Godefridi, filii quondam Henrici Goyartss., promiserant ut debitores principales indivisi dicte Marie, relicte dicti quondam Laurencii Janss., ad opus sui et ad opus Johannis et Henrici, fratrum, Elisabeth et Laurencie, sororum, liberorum Marie et quondam Laurencii predictorum, quod ipsi darent et solverent dicte Marie quoad vixerit ipsa et non

ultra, et post eius decessum dictis suis liberis anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, ex pecia terre, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sita in parochia de Empel in loco dicto Int Polsbroeck, inter hereditatem Willelmi de Strathen ex uno, et inter hereditatem magistri Gerardi Hoernken ex alio, insuper hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex pecia terre tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Vucht Sancti Lamberti ad locum dictum Cromvoirt, in loco dicto Broexhoeve, inter hereditatem Bartrami dicti Wouterss. ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti die Ridder ex alio, de qua pactione dictus Nycolaus, filius quondam Henrici van den Staeck, novem decimas partes erga Johannem, Gerardum, Henricum et Willelmum, fratres, liberos quondam Henrici van den Staeck, Henricum, filium quondam Theoderici van der Heyden, Johannem, filium quondam Willelmi Goessens, Goeswinum, filium quondam Engberti Brabants, Hermannum, filium Ghysberti de Buerden, et Arnoldum, filium quondam Willelmi Hermanss., acquisierat, prout in diversis litteris, qui vero census et pactio predicti dicto Bartholdo, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos in hoc coheredes, hodierna die habita ac facta, cum certis aliis bonis in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit domino Nycolao Hoyberchs., presbitero, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dictarum quondam Marie, Johannis et Henrici, fratrum, Elisabeth et Laurencie, eorum sororum, necnon ex parte dicti quondam Nycolai ac suorum heredum et successorum deponere. Cum conditione consueta.
Testes Boert et Monix, datum prima iunii.

R1272, fol. 383v
1 juni 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus Bartholdus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Mechtelde, sue uxoris, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem Goeswinus, filius quondam Engberti Brabants, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Nycolao, filio quondam Henrici van den Staeck, filii quondam Willelmi van den Staeck, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradituram, ex dimidio manso, sito in parochia de Oisterwyck ad locum dictum Udenhout, in loco dicto Hoechout, inter alium medium mansum, dicto manso contradivisum ad Henricum dictum Wieric spectantem, ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, insuper ex pecia terre et pecia pascue sibi adiacentibus, sitis in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Udenhout, pridem datum ad hereditarium pactum dicto Goeswino a Johanne, Gerardo, Henrico, Nycolao et Willelmo, fratribus, liberis dicti quondam Henrici van den Staeck, et suis coheredibus pro dicta pactione et certis aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit dicte Henrice, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mechteldis, sue uxoris, ac dicti quondam Nycolai ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 383v-384r
3 juni 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Nycolaus dictus Henricxsoen, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti de Duer, et ipsa Luytgardis cum eodem Nycolao, suo marito, tamquam cum suo tutore, peciam terre dictam communiter Vrouwen hoff, sitam in parochia de Os in loco dicto In de Bloementroest, inter hereditatem heredum quondam Gerardi Celen ex uno, et inter hereditatem Arnoldi Peterssoen ex alio, simul cum dimidiis fossatis, que pecia terre predicta dicto Henrico de Duer, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et dictum Arnoldum, filium Petri Wonders, dudum habita, unacum certis aliis hereditatibus in partem cesserant, ut videtur in litteris de Os contineri, et que pecia terre predicta Vrouwen hoff vocata, pronunc sita est ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Gerisii die Loyer ex uno, et inter hereditatem eorundem liberorum et quorundam aliorum ex alio, et tendit ab hereditate Johannis, filii quondam Michaelis Zeynssen, ad communem stegam ibidem, prout dicta pecia terre cum dimidiis fossatis ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Marcelio, filio quondam Willelmi die Loyer, simul cum dictis litteris et iure, occasione promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem, exceptis duobus denariis gwillelmusthuyn vocatis conventui Predicatorum in Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, atque circumspectionibus dictis scouwen, ad dictam peciam terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Erpe et Brugman, datum tercia iunii, secunda post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 384r
3 juni 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Dictus Marcelius promisit super omnia et habenda dictis Nycolao et Luytgardi decem et octo peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 384r
3 juni 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Rodolphus et Franco, fratres, Jacoba et Margareta, eorum sorores, liberi quondam Lamberti, filii quondam Rodolphi Janszoen, et Wolterus, filius quondam Wolteri Lu, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Barbare, sue uxoris, filie dicti quondam Lamberti Roelofssoen, duo bonaria prati vel circiter, sita in parochia de Berlijkem in loco dicto Myddelrode, ad locum dictum Nuenvelt, inter hereditatem Johannis Lonijss. ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Gerardi de Achel ex alio, tendentia ab hereditate Hermanni die Snyder ad hereditatem Johannis Maess., dudum vendita dicto Lamberto a Rycardo, filio quondam Rycardi Meeuszoen, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus conventus de Porta Celi, siti prope Buscumducis ad locum dictum die Baseldonck, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Barbare necnon ex parte dicti quondam Lamberti, eorum patris et suorum heredum deponere; promiserunt insuper indivisi, sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex dictis duobus bonariis prati plus fore solvendum quam onera infrascripta, videlicet sex denarii, gwillelmusthuyn vocati, domino de Bucstel, quinque denarii, stuvers communiter vocati, et quarta pars unius huiusmodi stuveri Henrico Daventria, atque una libra pagamenti hereditarii census Beato Anthonio in ecclesia de Berlijckem, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, hoc plus dicti supportantes prefato conventui penitus deponent, hoc tamen salvo et in premissis

proviso, quod idem conventus iamdicta onera eiusverso deinceps terminis ad hoc debitis et consuetis dabit et et (*aldus*) solvet ad[89] dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod dictis supportantibus dampna exinde non eveniant in futuro, absque contradictione, dolo et fraude.
Testes Busco et Kuyst, datum tercia iunii, secundam post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 384v
4 juni 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Elisabeth, filia quondam Willelmi Brant, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, pariter genita, necnon relictaque quondam Nycolai van den Broeck, necnon Sophia et Aleidis, filia eorundem Elisabeth et quondam Nycolai, cum tutore, hereditarie vendiderunt domino Theoderico Kyevit, presbitero, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omnibus oneribus tradendum, de et ex quodam campo terre, partim pascualis, partim mericalis et partim lignicrescentis, dicto tGroet Cruysbroeck, sito in parochia de Bucstel ad locum dictum Lennenshoevel, inter hereditatem Willelmi dicti Brant ex uno et fine uno, et inter hereditatem Katherine, filie quondam Johannis dicti Moelengraefs, vidue, ex alio, tendente cum reliquo fine ad communem plateam, item ex domo, area et orto pomerio ac suis attinenciis, sitis in dicta parochia ad locum dictum Tongeren, ad locum dictum Aen den Calfshoevel, inter communitatem de Zelizel ex uno, et inter hereditatem Johannis Thijszoen ex alio, tendente ab hereditate Bernardi Jacopss. ad communem plateam, item ex quodam agro terre dicto den Veltacker, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem ultra communem plateam, inter hereditatem Elye, filii Johannis Elenss., ex uno, et inter hereditatem cuiusdam dicti Meynart die Raymeker ex alio, tendente a quadam communi via ibidem protensa ad hereditatem Arnoldi die Mombare, quequidem hereditates et bona predicta dictis Elisabeth et suis filiabus per et post mortem secundodicte quondam Elisabeth, matris primodicte Elisabeth, iure successionis hereditarie advolute sunt, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Kuyst et Monix, datum quarta iunii, tercia post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 384v-385r
4 juni 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Et poterunt redimere perpetue integraliter, videlicet quemlibet dictorum florenorum Renensium cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditricibus repromisit, hoc tamen salvo, quod eedem venditrices huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 385r

[89] *een kennelijke verschrijving. Gelet op de gebruikelijke formulering moet hier worden gelezen:* ac.

5 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Hadewigis, filia quondam Wolteri Poynenborchs, cum tutore, peciam terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Haren in agris ibidem dictis die Harensche ackeren, inter hereditatem Laurencii, filii quondam Elye Vannys, ex utroque latere, tendentem ab hereditate Henrici de Deventer ad hereditatem quandam dictam Claes Steenwechs lant, prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Laurencio, filio quondam Elye Vannys, ab eodem emptore iure hereditario habendam, promittens, cum tutore, super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Boert et Brugman, datum quinta iunii, quarta post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 385r
5 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Wolterus, filius quondam Johannis Geritszoen, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, pariter genitus, in absentia Cornelii dicti Koyten, filii quondam Anthonii, prebuit et exhibuit patentes denarios, quos suos proprios esse dicebat verbis ad hoc aptis, ad redimendum e iure proximitatis peciam terre, sitam in parochia de Waelwyck in quodam campo terre pascuali dicto den Oyercamp, inter hereditatem Henrici, filii Petri Druetssoen, ex uno, inter hereditatem Petri Janss. ex alio, tendente a quodam campo dicto den Myddelsten camp, usque ad antiquum Mosam ibidem, quam peciam predictam dictus Cornelius Koyten erga Henricum, Willelmum, Berwinum dictum Berwout, et Wolterum, fratres, Adrianam et Elisabeth, eorum sorores, liberos quondam Marcelii Adriaenss., et suos coheredes coram scabinis in Waelwyck acquisierat, ut dicebat, et optinuit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 385r
5 juni 1504
Willem van den Bosch en Lucas van Erp

Fratres Franciscus de Prato, prior, et Laurencius de Nuenen, cellerarius, conventus de Porta Celi prope Buscumducis, promiserunt sub obligatione omnium bonorum dicti conventus Jacobe, filie quondam Lamberti Roelofssoen de Gerwen, sedecim peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Busco et Erpe, datum supra.

R1272, fol. 385r-385v
7 juni 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Theodericus, filius quondam Godefridi van den Eynde, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Zegers des nastelmekers, particulam terre arabilis, sitam in parochia de Gemonden iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Johannis Everitsoen ex uno, et inter quandam semitam dictam enen voetpatt ex alio, prout iamdicta particula terre ibidem sita est, et ad dictum quondam Henricum Zegers pertinere consueverat, ut dicebat, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Rodolphi die Vrieze, simul cum toto iure ipsi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem

inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Aleidis, sue uxoris, deponere; promisit insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum dicta particula terre dicto Henrico via iuris evinceretur, quod tunc adstatim, huiusmodi evictione facta, dictus Theodericus dicto Henrico refundet et refundere tenebitur summam vero trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in moneta seu pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando; qua refusione facta, dictus Henricus dictam particulam terre prefato Theoderico resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes Kuyst et Roever, datum VII^{a} iunii, sexta post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 385v
7 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Gerardus, filius quondam Gerardi de Scauwen, promisit ut debitor principalis Rodolpho de Doerne, filio quondam Theoderici, quod ipse dabit et solvet eidem Rodolpho hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Pentecostes, et in Buscoducis libere tradet, de et ex domo, area et orto ac suis attinenciis, sitis in parochia de Waelwyck, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Johannis Geritszoen, ex uno, et inter hereditatem cuiusdam dicti coman Ariaen ex uno (*aldus*), tendentibus a communi platea ad quendam agerem ibidem dictum den Wynterdyck, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Roever et Brugman, datum VII^{a} iuii, sexta post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 385v
7 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quindecim florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Rodolphus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 385v-386r
8 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Daniel de Vlierden Danelss. promisit super omnia et habenda Adriano Geritszoen, clerico in Magno Hospitali in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem Adriano ad spacium octo annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quindecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia termino solutionis communiter currente pro quolibet computando, Crispini et Crispiani martirum, et pro primo solutionis termino a Crispini et Crispiani martirum proxime futuro ultra annum, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, occasione locationis quinque iugerum terre dicti Hospitalis, sitorum in parochia de Kessel, tali annexa conditione, quod dictus Daniel dicta quinque iugera terre conservet in suis fossatis tempore debito et congruo, et alia

onera ad premissa conservandum custodiet, de quibus dictus Adrianus refundet eidem omni modo, prout alii de similibus ibidem iacentibus superius et inferius facient, quod vulgariter exponitur dat men den voirs. Danelen voir zijn lasten der graven voirs. refusie doen zall, gelyck men boven ende beneden doet, absque dolo.
Testes Kuyst et Brugman, datum VIII[a] iunii, sabbato post octavas Pentecostes.

R1272, fol. 386r
8 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Henricus, filius quondam Marcelii de Gewanden, promisit super omnia et habenda michi ad opus Mense Sancti Spiritus in Geldrop, quod ipse dabit et solvet eidem Mense ad spacium sex annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum, octo peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dictorum annorum spacio durante, occasione locationis trium iugerum terre dicte Mense, sitorum in parochia de Alem in loco dicto Int Alemsche broeck, tali annexa conditione, quod dictus Henricus omnia onera ad premissa conservandum conservet absque expensis dicte Mense, exceptis oneribus dictis sluysgelt.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 386r
10 juni 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Lambertus, filius Anthonii, filii quondam Egidii Lambrechss., hereditariam pactionem dimidii modii ordei, mensure de Vechel, solvendam hereditarie Purificationis, et in Vechel tradendam, ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Vechel ad locum dictum Tillaer, inter aqueductum dictum den Tillaerschen grave ex uno, et inter communem plateam ex alio, quam pactionem predictam dictus Lambertus erga Theodericum, filium quondam Theoderici de Dyeperbeeck, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto Macharijs, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Roever, datum X[a] iunii.

R1272, fol. 386r
10 juni 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Lambertus et Gerardus, fratres, et Heilwigis, eorum soror, liberi quondam Anthonii, filii quondam Egidii Lambrechss. alias Tymmerman, cum tutore, tres quartas partes totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectantes in pecia terre dicta Sanders huefken, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Vechel ad locum dictum Aent Davelaer, inter hereditatem Johannis Zuermont Zegerss. ex uno, et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Henrici Roefssoen, ex alio et fine uno, quam peciam terre predictam dictus Anthonius, filius quondam Egidii Lambrechss. erga Leonium Zuermont, filium quondam Willelmi Zuermont, filii quondam Aelberti Zuermont, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Johanni Macharijs, tamquam marito et tutori legitimo Ode, sue uxoris, filie dicti quondam Anthonii, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes

indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Anthonii, eorum patris, et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 386v
11 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes Balyart Barthoutszoen mansum suum cum omnibus suis iuribus et attinenciis, situm in parochia de Rode Sancte Ode ad locum dictum Opte Cleyn Koeveringe, necnon quascumque suas bestias et pecora, vulgariter dicente allen zijn ossen, perden ende quick, quocumque locorum reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Willelmo Balyart Janssoen ad opus sui et ad opus Petri, sui fratris, simul cum toto iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Brugman, datum XI[a] iunii.

R1272, fol. 386v
11 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Wij Boert ende Brugman, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken, dat huyden des daigs datum van desen voir ons gestaen zijn geweest in propere persoene Henrick Dircxzoene Cleermaker, geboeren van Bocxtel, ende Henrick, zoen Henricx Henricxs. Spelmakere, ende hebben oepelic bekent ende beleden, als dat zij omme die passie Ons Liefs Heeren Goids ende oick overmits sekeren anderen redenen die hen dair toe porren ende bewegen, hebben vergeven ende quytgescouwen, ende mits desen alhier vergeven ende quytscelden zoe verre in hen is, alsulkenen feyt ende dootslach als omtrent Vastelavont lestleden gedaen ende geperpetreert is geweest in den persoen van Marcelis Dircxzoene, brueder des ierste genoemde Henricx, ende mage des ander genoemde Henricx, in de prochie van Geffen, bij Eghen Maessoene, Adrianen Stevenss. ende Jannen die Jode Jacopszoene van Driele, in den lande van Gelre, in den oploep tot diere tyt by dien van Driel in der voirs. prochie van Geffen, aldaer die voirs. Marcelis alsdoen verslagen waert, ende hebben geloeft die voirs. Henrick ende Henrick op hen ende opte verbyntenissen van allen hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, te wetene die ierste genoemde Henrick Dircxs., voir hem selven ende voir Jannen Wouterszoen, ingesetenen tot Nulant, ende voir allen hoir naecomelingen ende voir alle andere nacomelingen ende maigen des voirs. Marcelis, ende die voirs. Henrick Henricxzoen Spelmaker, voir hem selven ende alleen voir zijn nacomelingen, als dat zij den voirs. Eghenen, Adrianen ende Jannen die Jode, noch horen vrienden, magen, adherenten ende hulperen, dair af tot egenen toecomenden tyden en zullen aenspreken, heysschen, vervolgen noch molestacie dair omme doene noch gedoegen gedaen te werdene, by hen selven oft yemanden anders van hore wegen, in geenre manieren, sonder fraude oft argelist. In kennessen der wairheid, soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven XI[a] iunii.

R1272, fol. 387r
11 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Bernardus, filius quondam Willelmi dicti die Brouwer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Rutgeri, filii Henrici Peterss. alias dicti Zibben, hereditarie vendidit Waltgero, filio quondam Gerardi Meliszoen alias dicto In den Wildeman, hereditarium censum decem librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, de[90] ex domo et area dicti Bernardi, sita in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis iuxta pontem dictum die Zwengelbrugge, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Yde, relicte quondam Thome Leersmekers, ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Delyane, filie dicti quondam Rutgeri, begine maioris curie beginarum in Buscoducis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus stuferis capitulo in Buscoducis, hereditario censu quinque librarum monete ad opus celebrationis cuiusdam misse, uno sextario pisorum ex dicta domo et area, atque hereditario censu septem florenorum Renensium Johanni de Herssel Dircxs. ex dicta domo et area, et certis aliis hereditatibus, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 387r
11 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 387r
12 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Guedelt, wedue wilneer Jans Symonssoen van der Graft, anders geheten van Lyt, des spelmakers, heeft hair afgeseegt der spelmakeren ambacht bynnen deser stadt ende zij en will van deser tyt voirtane dair mede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Kuyst et Brugman, datum XII^{a} iunii.

R1272, fol. 387r
12 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Dirck van Gulpen Janszoene heeft geloeft super omnia et habenda Peteren Rover Peterszoene sess paer bezegelde Bossche recklakenen, tusschen dit ende van sondaige naestcomende over drie weken te leveren ende te betalen.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 387r

[90] *hier ontbreekt het in het formulier gebruikelijke woord* et.

12 juni 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Willelmus de Achel dedit Woltero van der Rullen et michi, Petro de Os, ad opus eorum et ad opus Gerardi de Heessel, Johannis de Balen et Zwederi de Gerwen, ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 387r-387v
12 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Henrica, relicta quondam Nycolai Steenwech, filii quondam Arnoldi Steenwech, filii quondam Goeswini, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in septima parte cuiusdam mansi dicti die hoeve ten Scoetvenne, siti in parochia de Beeck prope Aerle ad locum dictum Opte Donck, atque in iuribus et attinenciis eiusdem septime partis mansi predicti, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, item adhuc in septima parte cuiusdam agri terre, maldratam terre vel circiter continentis, siti ibidem inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem ad dictum mansum spectantem ex alio et fine uno, tendentis cum fine reliquo ad hereditatem Henrici, filii Godefridi Maeszoen, in illa scilicet septima parte premissorum, que Henrico, filio Henrice et quondam Nycolai predictorum, per et post mortem eiusdem Nycolai, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est, et que eidem Henrico per et post mortem dicte Henrice, sue matris, adhuc advolvenda est, ut dicebat, legitime supportavit eidem Henrico, suo filio, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XII[a] iunii.

R1272, fol. 387v
12 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Ghiselbertus dictus van der Asdonck, filius quondam Anselmi, filii quondam Petri Wanthems, relictus legitimus quondam Ermgardis, sue uxoris, filie quondam Henrici van den Eynde, usufructum sibi competentem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, modiatam terre, cum lignicrescentiis sibi adiacentibus, pariter continentibus, sitis in parochia de Aerle, inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Johannis de Gael, et Delyane, sue filie, ac quorundam aliorum ex uno, et inter hereditatem Ade die Lu ac communem plateam alias adiacentibus, item in uno bonario prati vel circiter, sito in dicta parochia de Aerle in loco dicto In de Langhbeemden, inter hereditatem fabrice ecclesie de Aerle ex uno, et inter hereditatem olim Godefridi Moyen ex alio, tendente ab hereditate Johannis Moyen ad hereditatem heredum quondam Gerardi de Berkel, atque adhuc in quibuscumque aliis bonis in quibus dicta quondam Ermgardis decessit et dictus Ghiselbertus suum ad presens adhuc habet et possidet usufructum, quocumque locorum consistentibus ac reperiendis, ut dicebat, legitime supportavit Anselmo, filio dictorum Ghiselberti et quondam Ermgardis, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 387v-388r
12 juni 1504

Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Willelmus et Gerardus, fratres, liberi quondam Udonis de Gerwen, promisissent ut debitores principales indivisi super omnia et habenda Nycolao Steenwech, filio quondam Arnoldi Steenwech, filii quondam Goeswini, et Ghiselberto dicto van der Asdonck, filio quondam Anselmi, filii quondam Petri Wanthems, ducentos florenos Renenses, tales cum quibus hereditarius census quatuordecim florenorum Renensium, quem Rutgerus de Arkel ad opus Arnoldi Berwout erga Willelmum de Ghent, Arnoldum Steenwech et Anselmum, filium quondam Petri Wanthems, emendo acquisierat, et quem censum domicella Elsbena, relicta quondam Rutgeri Berwout, et sui liberi habent solvendum, ut dicebat, redimi vel solvi poterit ad certum terminum persolvendum, prout in litteris, cumque dicti Nycolaus et Ghysbertus palam recognovissent et super omnia et habenda dicto Willelmo et Gerardo, fratribus, repromisissent, quod tam cito dicti Nycolaus et Ghysbertus, vel sui heredes et succesores, a dictis fratribus vel suis heredibus et successoribus dictos ducentos florenos receperint, quod extunc iidem Nycolaus et Ghiselbertus suique heredes et successores dictum censum extunc deinceps perpetue darent, redimerent et acquitarent necnon dare redimere et acquitare tenerentur, sic et taliter, quod dicto Willelmo de Gent, Willelmo et Gerardo, fratribus predictis, suisque heredibus et successoribus ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout in aliis litteris, ende (*aldus*) cum deinde dicta Henrica, relicta quondam Nycolai Steenwech, usufructum sibi competentem in septima parte cuiusdam mansi dicti die hoeve ten Scoetvenne, et sic ulterius ut supra in contractu .A. signato, atque dictus Ghiselbertus van der Asdonck, relictus Ermgardis, sue uxoris, usufructum sibi competentem in domo, area, orto, et sic ulterius ut in contractu .B. signato, et fiat relatio ex eisdem in forma consueta, prout in diversis aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicta Henrica et Ghiselbertus van der Asdonck palam recognoverunt se recepisse a Willelmo et Gerardo, fratribus predictis, dictos ducentos florenos Renenses atque certam quitanciam in se continentem quecumque arrestadia dicti hereditarii census quatuordecim florenorum Renensium, necnon quoscumque terminos de eodem hereditario censu cessos fore et esse solutos, clamantes iidem Henrica et Ghiselbertus eosdem Willelmum et Gerardum, fratres, et eorum bona de premissis ac quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes quitos; quo facto constituti insuper dicti Henricus, filius quondam Nycolai Steenwech, et Anselmus, filius dicti quondam Ghiselberti van der Asdonck, atque dicta Henrica et Ghiselbertus iamdictus promiserunt, videlicet dictus Henricus sub obligatione dicte septime partis mansi predicti die hoeve ten Scoetvenne vocati, ac iurium et attinenciarum eiusdem septime partis, necnon sub obligatione septime partis dicti agri terre unius maldrate vel circiter, et dictus Anselmus sub obligatione dictorum domus, aree et orti ac hereditatis sibi coadiacentis, sitorum in parochia de Aerle, item sub obligatione dicti unius bonarii prati, siti in dicta parochia de Aerle in dicto loco In de Langhbeemde vocato, necnon adhuc sub obligatione dictorum bonorum in quibus dicta quondam Ermgardis, eius mater, decessit et dictus Ghiselbertus, eius pater, suum possidet usufructum, quocumque locorum reperiendorum, atque adhuc iidem Henricus et Anselmus ac dicta Henrica et Ghiselbertus ut debitores principales indivisi super omnia et habenda dictis Willelmo et Gerardo, fratribus, quod ipsi Henricus, Anselmus, Henrica et Ghiselbertus dictum censum quatuordecim florenorum Renensium exnunc deinceps dabunt et solvent necnon rediment et acquitabunt dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebuntur, sic et taliter, quod dictis Willelmo et Gerardo, fratribus, suisque heredibus et successoribus ad et supra se et bona sua ac supra bona olim ad dictum quondam Willelmum de Ghent spectantia dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 388r-388v
12 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Willelmus de Ghent, Arnoldus dictus Steenwech, filius quondam Goeswini, Anselmus, filius quondam Petri Wanthems, et Arnoldus dictus die Decker hereditarie vendidissent Rutgero de Arkel ad opus Arnoldi Berwout hereditarium censum quatuordecim aureorum florenorum overlens Rijnsgulden vocatorum, solvendum hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, de et ex manso dicti Willelmi dicto Ten Cuylen, sito in parochia de Rycxtel, et ex attinenciis et iuribus dicti mansi, singulis et universis, item ex manso dicti Arnoldi Steenwech, sito in parochia de Roesmalen ad locum dictum Heze, et ex attinenciis et iuribus dicti mansi, singulis et universis, item ex parte et iure dicto Anselmo spectante in domo, area et orto, sitis in parochia de Aerle ad locum dictum Strijpe, inter hereditatem domus de Lyeshout ex uno, et inter communem plateam ex alio, item ex domo, area et orto dicti Arnoldi die Decker, sitis in dicta parochia de Aerle, inter hereditatem predicti Willelmi ex uno, et inter communem plateam ibidem ex alio, insuper ex omnibus et singulis bonis dictorum venditorum, ab eis ad presens habitis ac imposterum ab eis habendis et acquirendis, ubicumque locorum consistentibus, sitis, solvendis et reperiendis, promisissentque dicti venditores indivisi super omnia et habenda dicto Arnoldo Berwout de predicto censu warandiam et satisfacere, et cum deinde dictus Willelmus de Ghent promisisset super omnia et habenda dictis Arnoldo Steenwech, Anselmo et Arnoldo die Decker, quod ipse eosdem a promissionibus predictis atque ab omnibus dampnis eisdem Arnoldo, Anselmo et Arnoldo occasione dictarum promissionum quovismodo eventuris quitaret, relevaret et omnino indempnes observaret, atque quod idem Willelmus de Ghent dictum censum infra spacium quatuor annorum a data presencium proxime subsequente hereditarie redimeret ac redimere teneretur, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis domicella Henrica, relicta dicti quondam Nycolai Steenwech, et Henricus, eius filius, necnon Ghiselbertus dictus van der Asdonck, filius dicti quondam Anselmi, filii quondam Petri Wanthems, et Anselmus, eius filius, iamdictos promissiones hereditarie supportaverunt Willelmo et Gerardo, fratribus, liberis quondam Udonis de Gerwen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum Nycolai et quondam Anselmi et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XII[a] iunii.

R1272, fol. 388v
12 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in contractu precedente et fiat relatio ex eodem, a principio usque ibi promisissentque dicti venditores, et tunc sit: constituti igitur coram scabinis infrascriptis domicella Henrica, relicta dicti quondam Nycolai Steenwechs., et Henricus eorundem domicelle Henrice et quondam Nycolai ex una, atque Ghiselbertus dictus van der Asdonck, filius dicti quondam Anselmi, filii quondam Petri Wanthems, et Anselmus, eius filius, ex altera partibus, palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt videlicet quod ipsi domicella Henrica et Henricus, eius filius, unam medietatem, ac ipsi Ghiselbertus et Anselmus, eius filius, reliquam medietatem dicti census exnunc deinceps dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur, sic et taliter, quod uni ab alio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 389r
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Andree de Hees, et Gerardus, filius quondam magistri Stephani Gerits, tamquam magistri et rectores pro tempore Mense Sancti Spiritus et Hospitalis Magni in Huesden, potentes ad infrascripta, ut dicebant, hereditarium censum duorum florenorum Renensium de hereditario censu decem florenorum Renensium, quem censum iamdictum Godefridus de Eyck, filius quondam Gerardi de Eyck, promiserat se daturum et soluturum magistro Adolpho, filio quondam Godefridi de Eyck, anno quolibet hereditarie Purificationis, ex quodam manso eiusdem magistri Godefridi, sito in parochia de Hees atque ex agris, pratis, pascuis ceterisque attinenciis

R1272, fol. 389r
13 juni 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Andree de Hees, et Gerardus, filius quondam magistri Stephani Geritss., tamquam magistri et rectores pro tempore Mense Sanctum Spiritus et Hospitalis Magni in Huesden, potentes ad infrascripta, ut dicebant, hereditarium censum duorum florenorum Renensium de hereditario censu decem florenorum Renensium, quem censum iamdictum Godefridus de Eyck, filius quondam Gerardi de Eyck, promiserat se daturum et soluturum magistro Adolpho, filio quondam Godefridi de Eyck, anno quolibet hereditarie Purificationis, ex quodam manso eiusdem magistri Godefridi, sito in parochia de Blaerthem, insuper ex quodam alio manso dicti magistri Godefridi, sito in parochia de Hees, atque ex agris, pratis, pascuis ceterisque attinenciis dictorum mansorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, insuper ex medietate, ad dictum magistrum Godefridum spectante, in quodam campo, quinque iugera vel circiter continente, sito in parochia de Empel ad locum dictum Int Palsbroeck, inter hereditatem liberorum quondam Willelmi de Strathen ex uno, et inter hereditatem Bartholdi Back et plurium aliorum ex alio, quem censum duorum florenorum predictum magister Henricus Pelgrom ad opus Mense et Hospitalis predictorum erga dictum magistrum Adolphum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci, domus Sancte Elisabeth, site in Buscoducis retro locum dictum After die Tolbrugge, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione simul cum arrestadiis trium annorum, promittentes sub obligatione omnium bonorum dictorum Mense et Magni Hospitalis, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum Mense et Magni Hospitalis deponere.
Testes Busco et Brugman, datum XIII^{a} iunii.

R1272, fol. 389r
13 juni 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Rutgerus, filius quondam Petri Rutten, et Johannes, filius quondam Henrici Borkens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, filie dicti quondam Petri Rutten, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni, filio quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghybens., sex florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Kuyst et Roever, datum supra.

R1272, fol. 389r-389v
13 juni 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghybens., super quibuscumque bonis, mobilibus et immolibus, hereditariis atque paratis, que quondam Petrus, filius quondam Petri Rutten, et Jutta, eius uxor legitima, filia dicti quondam Arnoldi, filii Henrici Ghibens., constante eorum matrimonio pariter acquisierant, quovismodo quocumque locorum reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure dicto Johanni quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus Rutgeri, filii dicti quondam Petri Rutten, et Johannis, filii quondam Henrici Borkens, tamquam mariti et tutoris legitimi Beatricis, sue uxoris, filie eiusdem quondam Petri Rutten, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda huiusmodi renunciationem ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Kuyst et Roever, datum XIII[a] iunii.

R1272, fol. 389v
13 juni 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Petri Rutgerss., et Marcelius Gerit Scoemekerszoen promiserant Johanni Willem Keelbrekerss. quatuor sextaria siliginis, mensure de Os, annuatim et hereditarie solvenda Purificationis, et in Os tradenda et persolvenda, ex domo et domistadio terre dicti Petri, sitis ad locum dictum Op Scadewyck, inter hereditatem Rutgeri Heyn Ghybens. ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os ex alio, item adhuc ex pecia terre dicti Marcelii, sita in parochia de Berchen, cumque dictus Johannes Willem Keelbrekerss. palam recognovisset et repromisisset super omnia et habenda dictis Marcelio et Petro, quod ipsi dicta quatuor sextaria siliginis semper redimere possent cum quindecim aureis peters, XIX stuvers pro quolibet computando, in denariis dictis den enckelen gulden pro viginti tribus stuferis, et florenis Hoernensibus pro duodecim stuferis, cum arrestadiis et pactione anni redemptionis, ut videtur in litteris de Os contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Rutgerus, filius quondam Petri Rutten, et Johannes, filius quondam Henrici Borkens, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni, filio quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghybens., quod ipsi Rutgerus et Johannes Borkens medietatem dictorum quatuor sextariorum siliginis infra hinc et a Purificationis proxime futuro ultra annum rediment et acquitabunt ac redimere et acquitare tenebuntur, absque dolo et contradictione.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 389v
13 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Ghisbertus die Hoesch Steynss., et Godefridus, filius quondam Henrici Collarts, promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos Goeswino de Brecht ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quatuordecim florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dictis annis durantibus, occasione locationis septem iugerum terre,

olim ad Marcelium de Uden spectantium, sitorum in parochia de Berchen in loco dicto In de Tusschen Rytt, tali annexa conditione, quod dicti Ghisbertus et Godefridus dicta septem iugera terre in tribus ultimis annis non seminabunt, sed ad pascuam dimittent, vulgariter dicente dat se die voirs. seven mergen in de drie leste jaren nyet en zullen beseyen, mar laten liggen te weyen, atque quod ipsi omnes circumspectiones dictas scouwen ad premissa interim conservandum, eorum propriis expensis conservabunt absque dolo.
Testes Roever et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 390r
13 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Rutgerus, filius quondam Gerardi, filii quondam Henrici Ghybensoen, domum, aream et ortum cum suis attinenciis, sitos in parochia de Os ad locum dictum Op Osser Scadewyck, inter hereditatem Beatricis, relicte quondam Rutgeri, filii quondam Henrici Ghybenzoen, et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os et plurium aliorum ex alio, quos domum, aream et ortum cum suis attinenciis predictis dictus Rutgerus in absentia Arnoldi, filii quondam Jacobi Sanderss., per modum redemptionis e iure proximitatis obtinuerat, prout in litteris, hereditarie supportavit Mechteldi, eius matri, relicte dicti quondam Gerardi, filii quondam Henrici Ghibens., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 390r
13 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghibensoen, et Gerardus, filius quondam Gerardi Muyls, domum, aream et ortum cum suis attinenciis, sitos in parochia de Os ad locum dictum Op Osser Scadewyck, inter hereditatem Beatricis, relicte quondam Rutgeri, filii quondam Henrici Ghibens., et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os et plurium aliorum ex alio, hereditarie vendidissent Arnoldo, filio quondam Jacobi Sanders, promisissentque iidem venditores indivisi super omnia et habenda warandiam, ac omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, domino Gerisio dicto heer Gerijs die Loyer, presbitero, ac certis aliis oneribus, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Mechteldis, relicta quondam Gerardi, filii quondam Henrici Ghybens., tamquam proprietaria pro tempore domus, aree et orti predictorum, cum tutore, palam recognovit et sub obligatione eorundem domus, aree et orti dicto Johanni, filio quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghybens., promisit quod ipsa dictam pactionem dimidi modii siliginis de cetero dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur dicto domino Gerisio, sic et taliter, quod dicto Johanni ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 390r
13 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, et fiat relacio ex eodem contractu, a principio usque ibi exceptis, et tunc sic: exceptis hereditaria pactione dimidii modii siliginis domino Gerisio dicto heer Gerijs die Loyer, presbitero, hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis pauperibus domesticis de Berchen, hereditario censu unius libre monete investito ecclesie de Os, prius ex premissis e iure solvendis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Ghybens., palam recognovit et super omnia et habenda Mechteldi, relicte quondam Gerardi, filii quondam Henrici Ghybens., promisit in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex domo, area et orto predictis cum suis attinenciis plus fore solvendum, quam dicte pactiones dimidii modii siliginis, duorum sextariorum siliginis, et dictus census unius libre, atque alia onera in dictis litteris contenta, quod ipse Johannes hoc plus prefate Mechteldi penitus deponet et deponere tenebitur suis propriis expensis, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 390v
19 juni 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Gerardus, filius naturalis Ysbrandi van den Camp, sex vasatas terre vel circiter, sitas in parochia de Berchen in loco dicto Int Oistart, inter hereditatem Reymboldi dicti Bollen Reinbouts ex uno, et inter hereditatem Johannis Bonart cum pluribus heredibus ex alio, quas sex vasatas terre predictas Gerardus Reinboutss., Danel, filius naturalis Danielis Gerijs, Hilla, filia Reymboldi Steynskens, et Heilwigis, eius filia, supradicto Gerardo supportaverant, ut videtur in litteris de Berchen contineri, hereditarie supportavit Marcelio, filio quondam Johannis Colenss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Brugman, datum XIX[a] iunii.[91]

R1272, fol. 390v
18 juni 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Zegerus, filius quondam Mathei dicti Boems, et Christanus, filius quondam Johannis dicti Yewaens, hereditarie vendiderunt Theoderico, filio quondam Gerardi dicti Roefs, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni precaria ceterisque oneribus tradendam, de et[92] pecia terre, dicti Zegeri, septem virgatas terre vel circiter pariter in latitudine continente, sita in parochia de Druenen, inter hereditatem Adriani, filii Petri Boems, ex uno, et inter hereditatem Thome, filii quondam Adriani, filii quondam Ghibonis Scuts, ex alio, tendente a communi platea ad hereditates dictas Ten Waude toe, item de et ex domistadio terre ac edificiis desuper stantibus, dicti Christiani, sitis in banno de Druenen, inter hereditatem Bartholdi, filii Christiani Boems, ex uno, et inter hereditatem dicti Thome, filii quondam Adriani Ghys Scutts, ex alio, tendente a communi platea ad quoddam fossatum dictum den Nyewen Dwerchgrave, item adhuc adhuc (*aldus*) ex pecia terre, sex virgatas terre vel circiter in latitudine continente, eiusdem Christiani, sita in banno predicto ad locum dictum Op die Braeck, inter hereditatem Adriani Janness. van Loen ex uno, et inter

[91] *in de witregel onder deze akte staat:* Iste contractus altera die lectus.
[92] *in afwijking van het gebruikelijke formulier ontbreekt hier het woord* ex.

hereditatem Bartholdi, filii Christiani Boems, ex alio, tendente a communi platea ad locum dictum Ten Scheeten toe, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac duobus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis ex dicta pecia terre, dicti Zegeri, atque censibus fundi ad quindecim stuferos unius oirtkino ascendentibus, necnon duobus modiis et sex vasis siliginis hereditarie pactionis, ex dictis hereditatibus dicti Christiani, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Brugman, datum XVIII[a] iunii.[93]

R1272, fol. 390v-391r
20 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Bartholomeus van den Dyck, filius quondam Henrici van den Dyck, hereditarie vendidisset Henrico van den Parre, filio quondam Henrici van den Parre, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis, mensure de Eyndoven, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, et infra opidum de Eyndoven tradendam, ex quodam manso, eiusdem venditoris, videlicet domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, partim arabilibus, partim paludialibus, et partim mericalibus, sitis in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Acht, inter hereditatem Elye Corstiaenszoen ex uno, et inter hereditatem Henrici Corstiaenszoen ex alio, item de et ex quodam prato, sito in parochia de Oirscot ad locum dictum die Vloet, inter hereditatem Andree van den Laeck ex uno, et inter hereditatem Henrici Michiels ex alio, item ex quodam prato, sito in parochia de Bucstel ad locum dictum Lyemde, inter hereditatem Aleidis Martens et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem Henrici Hermanssoen ex alio, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus van den Parre palam recognovit et super omnia et habenda michi ad opus Hillegondis, relicte dicti quondam Bartholomei van den Dyck, et ad opus liberorum eiusdem quondam Bartholomei promisit quod ipsi dictam pactionem redimere et acquitare poterunt perpetue cum triginta novem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum decem et dimidio consimilibus stuferis, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo, quod huiusmodi redimens dictam redemptionem per spacium unius anni prefato Henrico legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes Roever et Brugman, datum XX[a] iunii.

R1272, fol. 391r
20 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Henricus Snoeck, filius quondam Arnoldi, maritus et tutor legitimus Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Parre, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Eyndoven, solvendam hereditarie Purificationis, et in Eyndoven tradendam, ex quodam manso cum suis iuribus et attinenciis, sitis in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Acht, videlicet domibus, areis

[93] *in de linkermarge staat bij deze akte, d.d. 28 mei 1631:* Pieter Pietersen, in der naeme van Adriaen Sijmonsz., sijner schoonvader, heeft bekent dat Jan Pauwelsz., proprietaris van sommighen der onderpanden, aen handen der voirs. Adriaenen heeft gelost d'een helft van den pacht van een mud roggen jaerlicx in deser bijstaenden contract begrepen. Actum den XXVIII[en] maii anno XVI[C] XXXI. Me teste, V. [?] van Kessel.

ac aliis edificiis et hereditatibus sibi adiacentibus, cum uno latere ad hereditates Elye, filii quondam Christiani van den Hoevel, item ex quodam prato, sito in parochia de Oirscot ad locum dictum In die Vloet, cum uno latere ad hereditatem Aelberti Goetscalcx, item ex quodam alio prato, sito in parochia de Bucstel ad locum dictum Lyemde, cum utroque latere ad hereditatem Aleidis Martens, hereditarie supportasset Henrico van den Parre, filio quondam Henrici, filii quondam Willelmi van den Parre, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus van den Parre palam recognovit et super omnia et habenda michi ad opus Hillegondis, relicte quondam Bartholomei van den Dyck, filii quondam Henrici van den Dyck, et ad opus liberorum eiusdem quondam Bartholomei, promisit quod ipsi dictam pactionem redimere et acquitare poterunt perpetue cum viginti sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, ac septem consimilibus stuferis, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo, quod huiusmodi redimens per spacium unius anni prefato Henrico legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 391r-391v
21 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Henricus, filius quondam Danielis Symonszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Weyndelmoedis, sue uxoris, filie quondam Theoderici van den Papendonck, et Philippus, filius Marcelii dicti van Borlair, hereditarie vendiderunt Hermanno Collart, filio quondam Petri, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Natitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum, de et ex domo, area, horreo et orto ac suis attinenciis, dicti Henrici, sitis in parochia de Asten, in loco dicto In de Stegen, inter hereditatem ad quendam mansum, dictum die hoeve te Boeschot, spectantem ex uno, et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis dicti des Wagemekers ad communitatem de Asten ibidem, item adhuc pecia pascue dicta Eeussel, unum et dimidium bonarium vel circiter continente, dicti Henrici, sita ibidem inter hereditatem Johannis Willemss. van den Eynde ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Wagemekers ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad plateam predictam, item ex pecia terre, unam maldratam terre vel circiter continente, dicti Philippi, sita in parochia predicta ad locum dictum Op Looverbosch, inter hereditatem heredum quondam Johannis Peterss. ex uno, et inter communem viam alias adiacente, item adhuc ex quatuor lopinatis terre vel circiter, eiusdem Philippi, sitis in dicta parochia, inter hereditatem fabrice ecclesie de Asten ex uno, et inter communem viam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Danielis de Herssel et quorundam aliorum, item adhuc ex pecia pascue, unum bonarium terre vel circiter continente, eiusdem Philippi, sita ibidem inter hereditatem Henrici die Haen ex uno, et inter hereditatem eiusdem Henrici die Haen et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate Henrici Kersmekers et quorundam aliorum ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ex bonis predictis dicti Henrici, atque censu fundi necnon tribus maldris siliginis ex dictis bonis dicti Philippi, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Roever et Brugman, datum XXI^{a} iunii.

R1272, fol. 391v

21 juni 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante septuaginta florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc salvo, quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 391v-392r
4 juli 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Gerardi van den Wyel, maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Heeswyck, hereditarie vendidisset Zegero, filio quondam Johannis Elyaeszoen, pannicide, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo, area, orto ac domo posteriori sibi adiacente, sitis in Buscoducis in vico dicto die Corte Putstraet, insuper ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Oisterwyck in vico dicto die Kercstraet ibidem, insuper ex domo, area et orto ac domo posteriori sibi adiacente, sitis infra dictam libertatem de Oisterwyck ad locum dictum den Steenwech, insuper ex duabus terciis partibus ad dictum venditorem spectantibus in quadam pecia terre dicta een weye, sita infra libertatem de Oisterwyck ad locum dictum die Nedervondersche wyntmoelen, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset, quod idem venditor huiusmodi censum octo florenorum Renensium redimere posset perpetue, simul et semel et non vicissim, cum et mediante centum et viginti octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Zegerus, emptor, palam recognovit se recepisse a Lamberto Wouterszoen, tamquam proprietario pro tempore domus, aree, orti ac domus posterioris primodictorum, dictos centum et viginti octo florenos Renenses, unacum censu anni redemptionis, et hoc in acquitationem et redemptionem supradicti hereditarii census octo florenorum Renensium, clamans igitur dictus Zegerus dictum Lambertum ac domum, aream, ortum et domum posteriorem primodictos, necnon omnia contrapignora reliqua census predicti ac omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Boert et Monix, datum quarta iulii.

R1272, fol. 392r-392v
25 juni 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Lambertus dictus Naet, filius quondam Johannis Naet, hereditarie vendidit Geertrudi, relicte quondam Petri dicti Cort Wouterssoen, pistoris, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus Gerardi, Florencii, Johannis et Petri, trium liberorum Geertrudis et quondam Petri predictorum, quoad eorum ius hereditarium, hereditarium censum quatuor florenorum

Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, archiducis moderni Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, de et ex domo, area et orto ac domo posteriori, dicti venditoris, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, in oppositum hospicii dicti In den Valck, inter hereditatem Johannis de Gemart, pistoris, ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti die Becker, pellificis, ex alio, tendentibus a dicto (*aldus*) retrorsum usque ad Dyesam ibidem fluentem, item adhuc ex quatuor cameris sibi mutuo coadiacentibus, eiusdem venditoris, sitis in Buscoducis in platea dicta die Dyepstraet, inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Willelmi Clockgieters ex uno, et inter hereditatem Johannis Marten Paeuweterss. ex alio, tendentibus a iamdicta platea ad hereditatem Herberti, filii quondam Arnoldi Herbertss., textoris lineorum, item adhuc ex quatuor cameris sibi invicem adiacentibus, eiusdem venditoris, sitis in dicto opido iuxta domum, aream et ortum predictos, inter quendam parvulum viculum ibidem protensum, dictum Koyts gasthuys straetken, ex uno, et inter dictam domum posteriorem dicti venditoris ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis de Gemart predicti ad dictam Dyesam ibidem fluentem, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu septem librarum monete, ex dictis domo, area et orto, septem libris hereditarii census ex dictis quatuor cameris in de Dyepstraet vocatis, atque duabus libris hereditarium census ex dictis reliquis quatuor cameris iuxta dictam domum situatis, diversis personis prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum XXV^{ta} iunii.

R1272, fol. 392v
25 juni 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum sexaginta quatuor consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Geertrudis et Gerardus, eius filius, pro se ipsis et dictis reliquis liberis dicte Geertrudis hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Lamberto, venditori, repromiserunt, hoc salvo, quod iidem (*aldus*) venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefatis Geertrudi et eius liberis legitime preintimabit aut eorum alteri preintimabit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 392v
25 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Rutgerus, filius quondam Jacobi Willemszoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter quatuor vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Berlijckem ad locum dictum Op die Loeffoirt, inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi de Vessem ex uno, et inter hereditatem Willelmi Olofszoen et plurium aliorum ex alio, insuper ex tribus lopinatis terre vel circiter, sitis in parochia de Roesmalen ad locum dictum die Loeffoirtsche hoeve, inter hereditatem heredum quondam Godescalci Buck ex uno, et inter hereditatem Willelmi die Cuyper ex alio, quam

pactionem predictam dictus Rutgerus erga Hermannum, filium quondam Hermanni Pingen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Everardo Hoze, filio quondam Henrici Hoze, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens sub obligatione unius bonarii terre cum sua lignicrescentia, sitis in parochia de Berlijkem predicta ad locum dictum Aen den Veedyck, inter hereditatem reliquam dicti Rutgeri ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii Henrici dicti Smeets, alias adiacentibus, et ulterius super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 392v
25 juni 1504
Jan Monix zoon van Jan en Lucas van Erp

Dictus Everardus dictam pactionem hereditarie supportavit Judoco, filio quondam Rodolphi Joesten, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Monic (*aldus*) et Erpe, datum XXV[ta] iunii.[94]

R1272, fol. 393r
25 juni 1504
Jan Monix zoon van Jan en Lucas van Erp

Johannes, filius quondam Arnoldi Geritss., promisit ut debitor principalis Engele, filie quondam Arnoldi Martenszoen, quod ipse dabit et solvet eidem Engele annuam et vitalem pensionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam dicte Engele et non ultra, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis libere tradet, de et ex domo, area et orto ac quatuor lopinatis terre vel circiter sibi adiacentibus, dicti promittentis, sitis in parochia de Berlijkem ad locum dictum Aent Beeckvelt, inter hereditatem Nycolai dicti Coel Zeben ex uno, et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem abbatis de Berna, item de et ex pecia terre, decem lopinatas terre, ac quadam pascua, quatuor pastus vel circiter, necnon ex campo terre, duo iugera terre vel circiter continentibus, sibi mutuo adiacentibus, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Luce de Erpe ex uno, et inter hereditatem dicti abbatis ex alio, et quorundam aliorum ex alio, tendentibus a communi platea ad aquam ibidem fluentem die Aa vocatam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno modio siliginis hereditarie pactionis, tribus maldris siliginis hereditarie pactionis, atque hereditario censu tredecim librarum monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 393r-394r
26 juni 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Willelmus, filius quondam Bartholomei dicti Quattels, Hermannus, filius quondam Johannis Wonder, Henricus, filius quondam Willelmi dicti Keysers, Johannes, filius quondam Johannis Willem Danelszoen, Johannes, filius quondam Ambrosii Everitszoen, Johanes, filius

[94] *deze akte is geschreven in de ondermarge van fol. 392v.*

quondam Johannis, filii quondam Willelmi Janssoen, Andreas, filius Henrici Voet, Michael, filius quondam Rutgeri Janss., Rodolphus dictus Roel, filius quondam Rutgeri Herberts, Petrus, filius eiusdem quondam Rutgeri Herberts, Johannes, filius quondam Theoderici dicti Hey, Johannes, filius quondam Wellini Jan Wautgerssoen, Arnoldus, filius quondam Arnoldi Meyskens, Cornelius, filius quondam Rodolphi Broeszoen, Herbertus, filius quondam Herberti Herbertss., hereditarie vendiderunt michi ad opus conventus Beatarum Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in Buscoducis, parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, hereditarium censum quadraginta quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecunias nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, de et ex uno et dimidio iugeribus terre paludialis vel circiter, dicti Willelmi Quattels, sitis in parochia de Roesmalen ad locum dictum Heze, inter hereditatem Henrici, filii Rodolphi Hagens, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Kessel ex alio, tendentibus ab hereditate reliqua dicti Willelmi ad communem plateam, item ex duobus iugeribus terre dicti Hermanni, sitis in dicta parochia in loco dicto In Luedinx Campen, inter hereditatem domini Johannis dicti de Berlijckem, presbiteri, ex uno, et inter hereditatem heredum seu liberorum quondam Johannis Weygergancx ex alio, tendentibus ab hereditate magistri Godefridi de Eyck ad hereditatem capituli in Buscoducis, item ex duobus et dimidio iugeribus terre vel circiter, dicti Henrici Keysers, sitis in dicta parochia in loco dicto In Luedinx Campen, inter hereditatem dicti conventus ex uno, et inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis et conventus Predicatorum ibidem ex alio, tendentibus ab hereditate Theoderici de Hedel ad hereditatem Petri Goyens, item ex duobus iugeribus terre vel circiter, primodicti Johannis, filii quondam Johannis, filii Willelmi Danelss., sitis in dicta parochia ad locum dictum dat Garstlant, inter hereditatem heredum quondam Herberti Hals ex uno, inter hereditatem Henrici de Doerne et suorum coheredum ex alio, tendentibus ab hereditate Willelmi van der Hellen ad hereditatem eidem Willelmi et Arnoldi Marssen, item adhuc ex quatuor hont terre vel circiter, dicti Johannis Broes Everitss., sitis in dicta parochia de Roesmalen ad locum dictum Heze, inter hereditatem Wolteri van den Hoevel alias dicti In den Baers ex uno, et inter hereditatem Gerardi dicti Rutten et suorum coheredum ex alio, tendentibus a quodam aqueductu dicto die Weteringe ad hereditatem Gobellini, filii quondam Johannis Meeuss., item de et ex omnibus bonis dicti Johannis, filii quondam Johannis, filii quondam Willelmi Janssoen, habitis et habituris, quocumque locorum reperiendis, item de et ex omnibus bonis dicti Andree, ab eo ad presens habitis ac imposterum habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, item ex dimidio iugere vel circiter, dicti Michaelis, sito in parochia de Nulant in loco dicto In de Ettinghe, inter hereditatem Ade, filii quondam Arnoldi Everitss., ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Wyntkens ex alio, tendente a dicto aqueductu ad hereditatem Willelmi dicti Janssoen, item adhuc de et ex omnibus bonis dictorum Rodolphi dicti Roell et Petri, fratrum, ab eis ad presens habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus sive reperiendis, item adhuc ex tribus lopinatis terre vel circiter, dicti Johannis, filii Theoderici Hey, sitis in parochia de Roesmalen predicta, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Elisabeth Ruelens ex uno, et inter hereditatem Nycolai Hey ex alio, tendentibus a communi platea ad locum dictum Aen de Vliedart, item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continentibus, dicti Johannis, filii quondam Wellini, sitis in dicta parochia ad locum dictum Aent Eyndhyndens, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Henrice, sororis iamdicti Johannis, filii quondam Wellini, ex alio,

tendentibus ab hereditate Yewani Kuyst ad hereditatem dicti Hermanni Wonder, item adhuc ex medietate ad dictum Arnoldum, filium Arnoldi Meyskens, ut dicebat, spectante, in domo, area et orto ac lopinata terre sibi adiacentibus, sitis in parochia et loco iamdictis, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Jacobi Knoeden, ex alio et fine uno, tendentibus ad hereditatem Heilwigis dicte Geronx et eius liberorum, cum fine reliquo, item ex tribus iugeribus terre vel circiter dicti Cornelii, sitis in parochia de Roesmalen predicta ad locum dictum Opten Roemput, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno, et inter hereditatem Petri Pryker ex alio, tendentibus ab hereditate Mechteldis, filie quondam Herberti Brants, ad communem aqueductum ibidem, item ex uno iugere terre vel circiter, dicti Herberti, sito in parochia de Roesmalen ad locum predictum Heze vocatum, in quodam campo dicto Colpers Camp, inter hereditatem Henrici Voet ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Willemss., Willelmi, sui fratris, ex alio, tendente ab hereditate dicti Henrici Voet ad aqueductum predictum, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu quatuor librarum monete ex dictis duobus et dimidio iugeribus terre, dicti Henrici Keysers, item hereditario censu sex florenorum Renensium ex dictis domo, area, orto ac hereditatibus dicti Johannis, filii quondam Willelmi, item uno vase siliginis hereditarie pactionis ex dictis integris domo, area, orto et lopinata dicti Arnoldi, item quatuor et dimidio peters hereditarii census ex dictis tribus iugeribus terre dicti Cornelii, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis conditionibus, quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetuis temporibus, integraliter aut vicissim, scilicet mediatim et mediatim, prout ipsis placuerit, videlicet quemlibet dictorum florenorum Renensium, cum et mediante decem et octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout frater Johannes Janss. de Traiecto, frater conversus dicti conventus nomine eiusdem conventus hoc palam recognovit et consentiit, hoc salvo, quod dicti venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni priori aut procuratoribus pro tempore conventus predicti semper ab ante legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo; etiam conditionatum est, quod dictus census stabit ad iura patrie et vicinorum, quod exponitur staen sall te schoet, te loet ende te lantrechte, similiter aliis bonis secularibus.
Testes Busco et Roever, datum XXVI^{ta} iunii.

R1272, fol. 394r
26 juni 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Henricus, filius Henrici dicti Ceelen, Laurencius, filius quondam Marcelii dicti Stoock, et Marcelius, filius quondam Marcelii Erits, promiserunt indivisi super omnia et habenda Jaspari de Esch ad opus abbatis et conventus Epternacensis, diocesis Treverensis, quadraginta unum et dimidium modios siliginis, mensure de Helmont, Purificationis proxime futuro persolvendos, et in Bakel tradendos.
Testes Busco et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 394r-394v
27 juni 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Nycolaus dictus Geritssoen, zoutcoeper, relictus quondam Delyane, sue uxoris, relicte quondam Henrici van den Colck, ab eodem et quondam Christina, sua uxoris, filie quondam Reynoldi dicti Reynoutszoen, pariter genite, nomine et ex parte Johannis, sui filii, frater

Henricus, ordis minorum, et Ghysbertus, fratres, liberi dictorum Nycolai et quondam Delyane, atque Hermannus, filius quondam Henrici van der Spranghe, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie Nycolai et quondam Delyane predictorum, super quibuscumque bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis et paratis, ipsis per et post mortem quondam Luytgardis, filie dicti quondam Reynoldi dicti Reynoutss., sororis dum vixerat dicte Christine, matartareque supradicte Delyane, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advolutis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure ad opus liberorum legitimorum Reynoldi, filii dicti quondam Reynoldi Reynoutss., ab eodem et Willelma, sua uxore, filia quondam Lamberti Willemss., pariter genitorum, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum; promiserunt insuper sub obligatione premissa, quod ipsi omnes obligationem et impetitionem, videlicet dicti Nycolaus, frater Henricus et Ghysbertus, ex parte dicti Johannis et suorum heredum, atque dictus Hermannus ex parte dicte Elisabeth, sue uxoris, et suorum heredum in premissis existentes ac imposterum eventuras prefatis liberis penitus deponet.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXVII[a] iunii.

R1272, fol. 394v
14 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Theodericus Strick, colonus mansi Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, siti in parochia de Berchen ad locum dictum Duer, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Ghysberto, filio Lamberti Claess. de Goederheyl, ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quinquaginta sex stuferos vel valorem eorundem in alia pagamento Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps dicto annorum spacio durante, occasione locationis septem hont terre vel circiter, dicti Ghiselberti, sitorum in parochia de Herpen in palude dicta dat Langensche broeck, in quodam campo dicto Gerits kijnder camp, in diversis peciis ibidem, tali annexa conditione, quod dictus Theodericus premissa interim conservabunt (*aldus*) et conservare tenebuntur (*aldus*) ab omnibus operibus et circumspectionibus ad premissa e iure conservandum spectantibus, hoc salvo, quod dictus promittens dicta septem hont terre interim conservabit cum falcibus et ranconibus, vulgariter dicens met zichten ende zeyssen, et si interim ex causa novorum operum aliquid conservandum aut operandum fuerit, quod extunc idem promittens id fieri procurabit, sic et taliter, quod dicto locanti dampna exinde non eveniant in futuro, et quidquid ex causa huiusmodi novorum operum exposuerit, quod dictus locans dicto promittenti id realiter defalcabit.
Testes Boert et Brugman, datum XIIII[ta] augusti.

R1272, fol. 394v-395r
22 juni 1504
Willem van den Bosch, Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Wij Busco, Roever ende Brugman, scepenen in sHertogenbosch, doen cond enenyegelijcken dat opten dach van huyden datum des briefs, voir ons scepenen voirs., onse medepoirteren hier nae gescreven, mits horen eeden bij Maniss. des onderscouts deser stad aenden heiligen getuygt ende geswoeren hebben als hier nae volgt, dats te wetene, Jan, zoen wilneer Goyart Smolners, onse medepoirter, als dat hij dair by ende aen is geweest, des omtrent voir den hoichtijde van Pinxten lestleden een jair was, daer een geheiten Joest, zoen wilneer Herman Jacopszoen, gecoft heeft tegen Goyarden, zoen wilneer Peter Otten, een huys met enen hove,

gelegen in der prochien van Gestel by Herlaer, tsamen met enen stucxken lants daer aen liggende, bij den kerchove aldaer, ende dat dair af die comanscap belyep seven ponden erflic, die de voirs. Joest den voirs. Goyarden dair voir geloefden te betalen, tot versceyden termijnen die dair genoempt worden, ende dat huyden des daigs den voirs. Goyarden noch resteren onbetaelt vyff ponden erflic van den voirs. seven ponden, item Jan Coelborneer, oick onse medepoirter, als dat waer ende hem cundich is, dat die voirs. comanscap van der voirs. huyse, hove metten stuck lants, gelyc voirs. is, gesciet is, ende dat den voirs. Goyarden huyden des daigs noch resteren ende onbetaelt staen ter cause van den selven coep vyf ponden erflic, ende want dit aldus voir ons gerichtelic passeert is, soe hebben wij des torconden onse zegelen hier aen doen hangen.
Datum XXII[a] iunii

R1272, fol. 395r
22 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Connegondis, relicta quondam Judoci, filii quondam Hermanni Jacopss., promisit super omnia et habenda dicto Godefrido, filio quondam Petri Ottens., quinque libras monete et septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro, item quatuor libras dicte monete et septem consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Boert et Brugmam, datum supra.

R1272, fol. 395r
22 juni 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Dicta Connegondis promisit super omnia et habenda dicto Godefrido tres libras dicte monete et septem consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra duos annos, item duas libras dicte monete et septem consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra tres annos atque adhuc unam libram eiusdem monete et septem consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes, datum supra.[95]

R1272, fol. 395r
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Wellinus, filius quondam Arnoldi dicti Last, domistadium terre, dictum communiter den Garsthoff, quinque lopinatas terre vel circiter continens, situm in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Acht, inter communitatem de Woenssel ex uno et fine uno, et inter hereditatem Johannis, filii quondam Reyneri Broeckmans, ex alio, tendens cum reliquo ad quandam hereditatem quam Petrus, filius quondam Arnoldi Oerlemans, erga dictum Wellinum hodierna die acquisierat, ut dicebat, dedit ad hereditarium pactum dicto Johanni, filio quondam Reyneri Broeckmans, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum, pro duobus grossis antiquis census fundi domino de Craendonck, ac tribus blanccis census

[95] *deze en de voorgaande akte zijn met een kleinere letter geschreven in de nogal ruime witregel tussen de daaraan voorafgaande en de navolgende akte en steken enigszins uit buiten de kantlijnen.*

vicinorum in Woenssel, necnon pro huiusmodi iuribus que officians ecclesie de Woenssel, matricularius eiusdem ecclesie et forestarius ibidem ex premissis levare habent, dandis et solvendis ab alio termino et locis annuatim ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditarie pactione unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, danda et solvenda sibi ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni precaria ac ceteris incommodis libere tradenda, de et ex domistadio terre predicto, promittens super omnia et habenda pro premissis oneribus warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere; quo facto, alter repromisit se daturum et soluturum dicto Wellino dictam pactionem unius modii siliginis anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis, de ex (*aldus*) predicto domistadio terre; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere, atque quod ipse dicta antiqua onera exnunc deinceps terminis ad hoc consuetis dabit et dare tenebitur, sic et taliter, quod aliis hereditatibus ibidem situatis et a premissis divisis dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Boert et Roever, datum prima iulii.

R1272, fol. 395r
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere cum triginta tribus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Wellinus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 395v
deze akte is onvolledig

Dictus Wellinus quatuor pecias terre

R1272, fol. 395v
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Wellinus predictus peciam terre partim pascualis et partim mericalis, necnon adhuc tres pecias terre mericalis sibi mutuo contigue coadiacentibus, sitas in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Acht, inter communitatem de Woenssel ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii quondam Reyneri Broeckmans, ex alio, tendentes ab hereditate eiusdem Johannis, dicta den Garsthoff, quam idem Johannes erga dictum Wellinum hodierna die acquisierat, ad hereditatem quam Theodericus, filius quondam Arnoldi Geritss., pistor, hodierna die eciam erga eundem Wellinum acquisierat, ut dicebat, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Arnoldi Oerlemans, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis domino de Craendonck, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Boert et Roever, datum prima iulii.

R1272, fol. 395v
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto Wellino quadraginta duos florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 395v
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Wellinus quendam campum terre mericalis dictum communiter Jacops Camp, situm in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Acht, inter communitatem de Woenssel ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii quondam Reyneri Broeckmans, ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem quam Petrus, filius quondam Arnoldi Oerlemans, erga Wellinum predictum hodierna die emendo acquisierat, ut dicebat, hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Arnoldi Geritss., pistori, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis census fundi domino de Craendonck, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 395v
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Theodericus promisit super omnia et habenda dicto Wellino quadraginta duos et dimidium consimiles florenos Renenses, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 395v-396r
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dictus Wellinus peciam terre arabilis, unam modiatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Acht, inter hereditatem Johannis, filii quondam Reyneri Broeckmans, ex utroque latere, tendentem ab hereditate Petri, filii quondam Arnoldi Oerlemans, ad hereditatem eiusdem Petri, quam idem Petrus hodierna die erga dictum Wellinum emendo acquisierat, ut dicebat, dedit ad hereditarium pactum Henrico, filio quondam Johannis Beeckmans, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum, pro duobus grossis antiquis census fundi domino Craendonck (*aldus*), prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio annuatim termino solutionis ad hoc debito et consueto, atque pro hereditaria pactione unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, danda et solvenda sibi ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, de et ex pecia terre arabilis predicta, promittens super omnia et habenda pro premissis oneribus warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere; quo facto, alter repromisit se daturum et soluturum dicto Wellino dictam pactionem unius modii siliginis, dicte mensure, anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto, et in Buscoducis absque omibus precariis et exactionibus libere tradituram, de et ex pecia terre arabilis predicta; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 396r
1 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum viginta (*aldus*) tribus florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuatam est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Wellinus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 396r
1 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Willelmus, filius quondam Rodolphi dicti Reynerss., et Henricus, filius quondam Nycolai dicti Henricxs. alias dicti Oemen, hereditarie vendiderunt Theoderico, filio quondam Godefridi de Vechel, hereditarium censum viginti quatuor florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferos (*aldus*), novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, et in Buscoducis absque omnibus precariis ceterisque exactionibus et incommodis libere tradendum, de et ex tribus et dimidio iugeribus terre vel circiter, dictorum venditorum, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis ultra sluysam dictam die Pompe extra turrim dictam den Boom[96], in quodam campo dicto den Anderen Camp, inter hereditatem conventus Sancte Clare in Buscoducis ex uno, et inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Ghysberti de Hees, et Thome Maeszoen ex alio, tendente a Dyesa dicta Dyeze ad quandam communem stegam ibidem, item adhuc ex tribus iugeribus terre vel circiter, dicti Henrici, sitis infra libertatem predictam iuxta sluysam predictam die Pompe vocatam, in loco dicto die Leemscuylen, inter hereditatem Johannis Heym ex uno, et inter quendam campum, olim ad Gerardum Nollekens spectantem, dictum Nollekens Camp, ex alio, tendente a Dyesa predicto ad quendam campum dictum den Gallichberch, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Busco et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 396v
1 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum quadringentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc salvo, quod iidem

[96] *de woorden* extra turrim dictam den Boom *zijn hier in de marge geschreven met een verwijsteken dat niet in het tekstblok is terug te vinden.*

venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Busco et Brugman, datum prima iulii.

R1272, fol. 396v
1 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Henricus van den Ham, filius quondam Godefridi, opidanus dum viveret opidi de Buscoducis, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta legasset et iure testamenti reliquisset suis veris et proximioribus heredibus ex parte suorum patris et matris hereditarium censum novem librarum communis pagamenti, quas solvendas habet, ut asserebat, annuatim et hereditarie ex certis hereditatibus in Lyt situatis, quondam ad Johannem Priem pertinentibus, ac unum iuger terre, situm in parochia de Roesmalen in loco dicto die Havercamp, adstatim post ipsius testatoris et Elisabeth, sue uxoris, obitum, per dictos heredes apprehendendos, tenendos et hereditario iure possidendos, ac pariter et equaliter inter ipsos capitatim habendos, dividendos et participandos, ut videtur in quodam instrumento publico desuper confecto plenius contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Theoderici de Heeswijck, tamquam proximior heres supradicti quondam Henrici, ex parte vero matris eiusdem quondam Henrici, totam partem et omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditario censu et uno iugere terre predictis, hereditarie supportavit Theoderico dicto Colen Beverss., simul cum dicto instrumento atque cum litteris quibuscumque mentionem inde facientibus, et cum toto iure, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 396v-397r
1 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Johannes, filius Johannis dicti Coppelmans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Johannis Snoeck de Aerlebeeck, heeft oepenbairlic bekent ende beleden ontfangen te hebbene van Laureynsen Tyelmanssoen, als weduwer wylen Margrieten geheiten Stercken, naegelaten weduwe des voirs. Jans Snoeck, ende moeder alse leefde der voirs. Geertruden, dats te wetene een bedde, een screynen ende twe coeperen potten, die gebleven waren ende gecomen van Margrieten voirs., ende schaut dair af quyt den voirs. Laureysen, zijn erfgenamen, hoir gueden, ende alle andere dair af quitancie behoevenden, mede gelovende die voirs. Jan Coppelmans Janss. super omnia et habenda den voirs. Laureynsen, als dat hij den selven Laureynsen, zijn erfgenamen ende hoir gueden van den voirs. porcelen van huysraet, ende van allen scaide dien hen ten ocsuyn van dien ennich toecomen mucht, sal quyteren, releveren ende geheelic scadeloos ontheffen.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 397r
1 juli 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Domicella Elisabeth de Ryswyck dedit Geerlaco die Roever potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.

Testes Busco et Roever, datum prima iulii.

R1272, fol. 397r
4 juli 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Wolterus van den Pals et Henricus, filius quondam Andree Henricxs., promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Henrico Heym, canonico in Buscoducis, viginti quatuor et dimidium denarios, cronen communiter vocatos, XXIIII^{or} stuvers vel valorem pro quolibet computando, dimidiam mensuram angwillarum, duas vymas recti straminis et quatuor quartas seminis sinapis, Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione, quod dicti promittentes solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium ordei, mensure de Vechel, in festo Beati Andree apostoli, proxime futuro, sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Boert et Monix, datum IIII^{ta} iulii.

R1272, fol. 397r
4 juli 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Gerardus, filius quondam Arnoldi Deliss., et Anthonius, filius quondam Danielis de Kilsdonck, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto magistro Henrico quatuordecim consimiles cronen, dimidiam mensuram angwillarum, duas vymas recti straminis et quatuor quartas seminis synapis, Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa condicione, quod dicti promittentes solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium ordei, mensure de Vechel, in festo Andree apostoli, sic et taliter, quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 397r
4 juli 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius quondam Goeswini Knoeden, et Johannes, filius quondam Willelmi Goyartss., promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto magistro Henrico viginti quinque consimiles coronas, dimidiam mensuram angwillarum, duas vymas recti straminis, et quatuor quartas seminis synapis, Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa condicione, quod dicti promittentes solvent et dabunt investito de Vechel unum modium siliginis, dicte mensure, in festo Beati Andree apostoli, sic et taliter, quod dicto magistro Henrico dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 397r
4 juli 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Theodericus die Smyt et Johannes, filius quondam Willelmi Goyartss., promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto magistro Henrico decem et dimidiam consimiles coronas, dimidiam mensuram angwillarum, duas vymas recti strominis, et quatuor quartas seminis synapis, Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione, quod dicti

promittentes solvent et solvere tenebuntur dicto magistro Henrico unum modium havene, dicte mensure, Andree apostoli proxime futuro, sic et taliter, quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 397v
4 juli 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Wy, Kuyst ende Boert, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden datum van desen, voir ons gestanden is geweest Jan Balyart Janszoene, onse inwoenende medepoirter, seggende dat hij sekere sculden tachter is aen enen geheiten Gielis van Hennensdel, die, als hij leefden, pleech te woenen in der stadt van Tongeren, welke sculde die voirs. Gielis hem voir scepenen van Tongeren bekent hadde, nae inhoude der scepenen boeck aldair, ende welke sculde die voirs. Jan, overmits anderen occupacien die hij heeft te doen in zijnen properen persoene, nyet gevuechelic vervolgen en can noch en mach, ende heeft daeromme geconstitueert, gesedt ende geordineert, ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert heren Mathijss. Motmans, priester, zoen wilneer Jans Motman, zijnen procureur, gevende ende verlenende den zelven vrij ende volcomen macht ende zunderlinge auctoriteyt, in zijnen name ende van zijnre wegen die voirs. sculden opte erfgenamen des voirs. Gielis ende zijn naegelaten gueden te manen, te heysschen ende te ontfangene, van den ontfange quitancie te gevene, ende die, ofs noot weer, metten recht te vervolgene voir allen heren ende richteren, geestelic ende weerlick, ende generalic allet dair inne te doene, te procureren ende voirt te keren allet geen, ende zoe wes, by den voirs. Jannen dair inne gedaen zoude werden oft hij present ende jegenwoirdich weer, gelovende die voirs. Jan opte verbyntenisse van allen zijnen gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, vast ende stedich te houden ende in zijnen name onverbrekelic te doen houden allet geen, ende zoe wes, by den voirs. heren Mathyssen hier inne gedaen, voirtgekeert ende geprocureert sal werden, sonder ennich wederseggen. In kennesse der wairheyt soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten vierden dach der maent van julio int jaere Ons Heeren duysent vijfhondert ende vier.

R1272, fol. 397v-398r
5 juli 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Henrica, filia quondam Henrici dicti Stockelmans, cum tutore, terciam partem cuiusdam mansi, olim dicti quondam Henrici Stockelmans, sui patris, dicti communiter die hoeve te Kelre, siti in parochia de Myerle ad locum dictum Opt Hout, atque terciam partem quorumcumque iurium et attinenciarum eiusdem mansi, singularum et universarum, quocumque locorum consistentium, sitorum ac reperiendorum, salva tamen Ghiselberto van der Asdonck et sibi reservata sua decima sexta parte in integro manso predicto, ut dicebat, dedit ad hereditarium pactum Willelmo, filio quondam Johannis Tymmermans, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro censibus fundi atque pro undecim lopinis siliginis hereditarie pactionis ex dicto integro manso, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio termino solutionis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione quatuor et dimidii modiorum siliginis, mensure de Myerle, danda et solvenda sibi Henrice ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in dicta parochia de Myerle

supra contrapignus predictum, tradenda de et ex tercia parte premissorum mansi et suorum iurium et attinenciarum, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Henrici Stockelmans, sui patris, deponere; quo facto, alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Henrice dictam pactionem quatuor et dimidii modiorum siliginis anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis, de et ex dicta tercia parte dictorum mansi et suarum attinenciarum, ac ex reliquis duabus terciis eorundem mansi et suarum attinenciarum.
Testes Kuyst et Boert, datum quinta iulii.

R1272, fol. 398r
5 juli 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, et non minus quam unum modium simul et semel, quemlibet videlicet modium cum triginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Henrica, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 398r
5 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Willelmus de Zittart Marceliss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Straten, ab eodem et quondam Lucia, sua uxore, filia quondam Willelmi dicti Loyer, filii naturalis quondam magistri Jacobi Groy, pariter genite, quatuor lopinos siliginis hereditarie pactionis, quos Reynerus dictus Bitszoen promiserat se daturum et soluturum Hesselloni dicto Molneer, filio quondam Hermanni dicti Molneers, anno quolibet hereditarie Purificationis, ex domo et orto cum suis fundo et attinenciis, sitis infra libertatem de Oisterwijc, inter hereditatem Andree, filio Willelmi dicti Nellen, ex uno, et inter hereditatem Delyane Koremans et liberorum eius ex alio, quem censum dictus Willelmus Loyer erga dictum Hessellonem Molneer acquisierat, insuper dimidium modium siliginis hereditarie pactionis solvendum hereditarie Purificationis, ex quadam domo et orto cum suis fundo et attinenciis, sitis infra libertatem de Oisterwijck, inter hereditatem Nycolai dicti Eckermans ex uno, et inter hereditatem Henrici, filii Bartholomei dicti van den Nuwenhuys, ex alio, simul ex una via dicta enen borywech, ad dictos domum et ortum spectante, viandi retrorsum, quod exponitur after uuyt te wegen, usque ad finalem ortum dictum Aftersten hoeve, ibidem situm, quem dimidium modium siliginis hereditarie pactionis predictum dictus Willelmus Loyer erga Petrum, filium quondam Engberti de Ryel, acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit michi ad opus conventus Beate Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in parochia de Roesmalen ad locum dictum Caudewater, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, ac cum arrestadiis sibi de dictis pactionibus restantibus et insolutis, ut dicebat, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Willelmi Loyer ac suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum quinta iulii.

R1272, fol. 398r-398v
5 juli 1504

Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Wij Kuyst et Brugman, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir ons gestanden is geweest Barbara, natuerlycke dochter wilneer Peters van Zittart, seggende hoe dat zij opte stadt van Loeven jairlix tot haren lyve vergeldende heeft een renthe van sestien Rynsgulden, welke renthe hair van sekeren iaeren tachter ende onbetaelt staet, dair af zij egeen betalinge en can gecrigen, ende die in haeren properen persoone, overmits andere occupacien die ze te doen heeft, nyet gevuechelic vervolgen en can noch oic en mach, ende heeft dair omme die voirs. Barbara geconstitueert, gesedt ende geordineert, ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert brueder Willem Hoeyens ende Jannessen Koch Janssoen, woenene tot Loeven voirs. opte Halfstraet, hair procureurs ende facteurs, gevende ende verlenende den selven ende elcken bysundere vrij ende volcomen macht ende sunderlinge auctoriteyt in haren name ende van hare wegen die voirs. achterstellen van der renthen voirs. opte voirs. stad van Loeven ende ingesetene der selver te manene, te heysschene, te ontfangene ende van den ontfangen quitancie te gevene, metgaders oick die selve achterstellen ofs noot weer met recht te volgene, voir allen heren ende richteren, geestelic ende weerlic, ende generalic allet dair inne te doen dat die voirs. Barbara, present wesende, selver zoude moigen doen ende procureren, gelovende die voirs. Barbara opte verbyntenisse van haren gueden vast ende stedich te houden ende in haren name onverbrekelic te doen houden allet geen ende zoe wes by den voirs. bruederen Willemen ende Jannessen hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden, dese voirs. procuracie ende machte nae den wederroepen der voirs. Barbaren nochtans nyet langer duerende. In kennesse der wairheyt, soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten vyfsten dach iulii.

R1272, fol. 398v-400r
5 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Frater Hubertus de Loen, prior pro tempore fratrum Carthusiensium, domus Sancte Sophie ad Constantinopolim, site in parochia de Vucht prope opidum de Buscoducis, nomine et ex parte dicte domus et fratrum eiusdem, presencium et futurorum, satisfacientes amicabilibus conventionibus inter ipsum, nomine sui et dicte domus ac fratrum eiusdem ex una, necnon dominos decanum et capitulum ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in opido predicto, ex altera, partibus quoad permutationes infrascriptorum censuum, iuxta modum et formam infrascriptos facientibus initas et factas, ut dicebat, hereditarium censum viginti solidorum monete, solvendum hereditarie Purificationis, ex quodam hereditate, sita in Buscoducis ad locum dictum Zijle, inter hereditatem Gerardi dicti Voss, filii Arnoldi dicti Voss de Uden, ex uno, et inter hereditatem Johannis van den Doeren Henricxsoen ex alio, quem censum predictum Lambertus de Doernen, filius Christiani, ad opus domini Ludovici van den Water, canonici in Buscoducis, erga Rutgerum de Arkel acquisierat, prout in litteris, et quem censum predictum idem dominus Ludovicus in suo testamento prefatis fratribus Carthusiensibus legaverat, ut dicebat, item hereditarium censum decem librarum dicte monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, de et ex quadam hereditate, sita in Buscoducis prope pontem bladi extra antiquum murum opidi de Buscoducis, iuxta hereditatem Johannis Clofhamer, in latere versus ecclesiam fratrum minorum, viginti pedatas in latitudine continentem, mensurante a dicta hereditate dicti Johannis Clofhamer versus ecclesiam fratrum minorum, in qua quidem hereditate predicta pronunc quedam domus cum quadam camera edificata est, et sita est in Buscoducis in vico quo itur a conventu fratrum minorum ad pontem bladi, inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi de Hezewyck ex

uno, et inter hereditatem Pontheveri Kepken ex alio, atque ex edificiis in eadem hereditate consistentibus, quem censum iamdictum dominus Ludolphus van den Water, presbiter, erga Johannem, filium Wolteri Boonen, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum iamdictum idem dominus Ludolphus in suo testamento prefatis fratribus eciam legaverat, ut dicebat, insuper hereditarium censum duodecim librarum monete predicte, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, ex domo, area et eius fundo, sitis in Buscoducis in vico dicto dat Ridderstraetken, inter hereditatem Arnoldi dicti Pasteybecker ex uno, et inter hereditatem Wolteri de Esch, pannicide ex alio, item ex quodam manso, olim magistri Johannis die Zasse, cirurgici, sito in parochia de Tilborch ad locum dictum communiter Westilborch, inter hereditatem investiture de Tilborch ex uno, et inter hereditatem Morenborch communiter vocatam ex alio, atque ex terris pascuis, pratis, mericalibus, lignicrescentibus, ceterisque iuribus et attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, quem censum iamdictum dominus Godefridus Vestarts, presbiter, filius quondam Arnoldi, capellanus beneficiatus in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, erga Ydam, filiam dicti quondam magistri Johannis die Zasse, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum idem dominus Godefridus in suo testamento prefatis fratribus legaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, insuper hereditarium censum quinque librarum monete predicte, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, ex domo et area, sita in Buscoducis in dicto vico die Ridderstraet vocato, atque ex dicto manso in Tilborch situato, quem censum iamdictum dominus Willelmus Hals, presbiter, erga dictam Ydam, filiam quondam magistri Johannis Zasse, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum iamdictum idem dominus Willelmus Halss in suo testamento prefatis fratribus Carthusiensibus legaverat et reliquerat, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus supradicti capituli dicte ecclesie Sancti Johannis in Buscoducis, simul cum dictis litteris, instrumentis et quibuscumque aliis litteris et instrumentis, mentionem inde facientibus et iure occasione premissorum censuum quovismodo competentibus, et effestucando resignavit modo in talibus consueto, et hoc via permutationis et loco censuum infrascriptorum ad opus dictorum fratrum Carthusiensium, ut infrascribitur, resupportatorum, promittens dictus frater Hubertus, prior, sub obligatione omnium bonorum eorendem fratrum Carthusiensium ac domus predicte, ab eisdem ad presens habitorum ac imposterum ab eis habendorum et acquirendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dictorum fratrum domus predicte, presentium et futurorum, atque ex parte dictorum domini Ludolphi van den Water, magistri Godefridi Vestarts et domini Willelmi Hals ac suorum heredum deponere; promisit insuper dictus frater Hubertus, prior, sub obligatione premissa, in casu quo imposterum supradicti census in toto vel in parte prefato capitulo via iuris evincerentur, aut contrapignora eorundem insufficiencia iuridice inventa fuerint, quod extunc adstatim huiusmodi evictione facta, aut dampnis quoad insufficienciam dictorum censuum perpessis, dicti fratres Carthusienses domus pretacte pro illo censu sic evicto seu adiudicato, assignabunt et assignare tenebuntur dicto capitulo consimilem bonum censum, solvendum ad et supra bona et bene valentia contrapignora, infra opidum de Buscoducis aut eius villicationem consistentia, unacum refusione arrestadiorum evicti census, si que fuerint, et si idem census sic assignandus eidem capitulo adhuc imposterum iuridice evinceretur, quod tunc fratres supradicti semper equalem assignationem, que eidem capitulo rata erit, ut premittitur, facere tenebuntur, seu fieri procurabunt absque dolo; quo facto, magister Alardus Balyart, decanus Boxtellensis, dominus Gerardus de Eyck, cantor, et magister Petrus de Busco, canonici et capictulares supradicti capituli ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, nomine eorum, ymmo eciam nomine et pro parte eiusdem capituli, tamquam ad hoc deputati, viceversa vero satisfacientes supradictis amicabilibus conventionibus, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quondam Wellini dicti Roevers, sitis infra

libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum Dungen, inter hereditatem olim Nycolai dicti Ghenens. ex uno, tendentibus ab aggere dicto den Yevelairschen dyck ad communem vicum, quem censum iamdictum Ghiselbertus Roesmont ad opus magistri Martini de Zoemeren erga Johannem et Udonem, fratres, liberos Bernardi, filii naturalis quondam Rodolphi dicti van Tefelen, acquisierat, item adhuc hereditarium censum sex librarum dicte monete, solvendum hereditarie Purificationis, ex domo, area et orto cum suis attinenciis, singulis et universis, quondam Wellini dicti Roever, sitis supra locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Poeldonck, quem censum iamdictum dictus magister Martinus de Zoemeren erga Franconem Knoep, filium quondam Henrici Knoep, acquisierat, prout in diversis litteris, et quos census sex et sex librarum iamdictos idem magister Martinus de Zoemeren in suo testamento supradictis dominos decano et capitulo ecclesie Sancti Johannis dudum legaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, item hereditarium censum quatuor librarum monete predicte, solvendum hereditarie Purificationis, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter quindecim iugera terre vel circiter continentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum die Dungen, inter hereditatem Johannis dicti Coppens. et Willelmi Donck ex uno, quem censum iamdictum Lambertus de Doernen, filius Chistiani, ad opus decani et capituli Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis erga Theodericum, filium quondam Wellini Roevers, emendo acquisierat, prout in litteris, item hereditarium censum duarum librarum monete predicte, solvendum hereditarie Pasche, ex quatuor lopinatis terre vel circiter, sitis in parochia de Bucstel in iurisdictione de Lyemde, ad locum dictum Casteren, in loco dicto Int Broeck, inter hereditatem Johannis de Mulsel, filii quondam Gerardi, et Herberti Hals, filii quondam Rodolphi, ex uno, quem censum iamdictum dictus Ludolphus van den Water, presbiter, erga Johannem van den Dael, filium quondam Johannis dicti Thijssoen, emendo acquisierat, prout in litteris, et quem censum iamdictum idem dictus Ludolphus in suo testamento prefato capitulo legaverat, ut dicebant, item duas libras hereditarii census de tercia parte novem librarum hereditarii census, quem censum novem librarum Marcelius die Groot, filius quondam Johannis, promiserat se daturum et soluturum Henrico de Werthuysen pro una tercia parte, Arnoldo dicto Haeck pro alia tercia parte, et domino Bartholomeo Buck, presbitero, Jutte, eius sorori, Henrico dicto Buck et Johanni dicto Gheck pro alia tercia parte, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, ex tribus hereditatibus, sumptis de triginta sex hereditatibus, sitis infra murum opidi de Buscoducis ad finem Orthensem, ultra forum piscium retro locum in quo morantur sportifices, contigue iuxta murum predictum, quam terciam partem novem librarum predictam magister Arnoldus de Weilhusen ad opus Marcelii de Zittart, filii quondam Henrici de Zittart, erga dictum Henricum de Werthusen acquisierat, prout in litteris, et de qua tercia parte novem librarum predictam dictus Marcelius dictas duas libras hereditarii census in suo testamento prefato dominis decano et capituli legaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, item hereditarium censum triginta novem solidorum, dandum anno quolibet hereditarie Purificationis, de manso terre, sito in Vucht, dicto communiter Everaest hoeve, quem censum iamdictum Arnoldus dictus Poeldonck erga Agnetem Andree, matrem quondam domini Bartholomei, presbiteri, burgensis in Buscoducis, emendo acquisierat, prout in litteris, insuper quadraginta quatuor solidos hereditarii census de quinque libris pagamenti hereditarii census, solvendos annuatim supradicto capitulo ex septem bonariis terre, videlicet ex quinque bonariis olim Johannis Monix, sitis in parochia de Bucstel ad locum dictum Lyemde, in loco dicto In de Weehage, atque ex quodam prato duorum bonariorum terre, sito in loco dicto Lennenshoeve, item hereditarium censum quatuor denariorum veterum, quem dictum capitulum annuatim solvendum habet ex quadam pascua dictorum fratrum Carthusiensium in Vucht, iuxta eorundem fratrum conventum ibidem situata, atque adhuc hereditarium censum triginta trium pullorum censualium, solvendum annuatim dicto capitulo ex diversis hereditatibus eiusdem conventus fratrum predictorum,

quos census sex et sex librarum, quatuor librarum, duarum librarum et duo adhuc duas libras hereditarii census, triginta novem solidorum, quadraginta quatuor solidos hereditarii census, censum quatuor denariorum veterum atque triginta trium pullorum censualium supradictos predicti fratres Carthusienses dictis dominis decano et capitulo in Buscoducis solvere consueverant et tenebantur de et ex dictis contrapigneribus, quequidem contrapignora predicta pronunc ad dictos fratres Carthusienses spectare dinoscuntur, ut dicebant, insuper adhuc tres pullos censuales hereditarii census, quos dictum capitulum annuatim et hereditarie in festo beati Lamberti episcopi solvendos habet, de et ex quadam domo, area et orto, ad quendam Adrianum dictum Marck spectantibus, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, iuxta dictum conventum fratrum Carthusiensium, inter hereditatem eorundem fratrum ex utroque latere et fine posteriori tendentibus, cum fine anteriori ad communem plateam, ut dicebant, in libris censualibus dicti capituli contineri, hereditarie supportaverunt dicto fratri Huberto, priori pro tempore dictorum fratrum Carthusiensium, dicte domus Sancte Sophie, ad opus eorundem fratrum seu domus, simul cum dictis litteris et instrumentis et quibuscumque aliis litteris et instrumentis atque documentis mentionem inde facientibus, atque cum toto iure ipsis et dicto capitulo in dictis litteris, instrumentis et documentis et contentis in eisdem occasione premissorum quovismodo competentis, et effestuctando resignaverunt modo in talibus consueto, et hoc via permutationis ac loco censuum suprascriptorum, ad opus supradicti capituli ecclesie Sancti Johannis, ut suprascribitur, supportatorum, promittentes dicti magister Alardus, dominus Gerardus de Eyck et magister Petrus de Busco, canonici, et capitulares dicti capituli, sub obligatione omnium bonorum eiusdem capituli, ab eodem capitulo ad presens habitorum ac imposterum habendorum atque acquirendorum, ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti capituli et quorumcumque capitularium eiusdem, presencium et futurorum, in dictis censibus ad opus dictorum fratrum ut premittitur supportatis, existentibus ac eventuras eisdem fratribus penitus deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum quinta iulii.

R1272, fol. 400r-400v
5 juli 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Wy, Busco et Kuyst, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegeliicken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir ons compareert is geweest Mathijs, zoen Dircx van Dynther, anders geheiten Barbiers, als man ende mombare Bartholomeeussen, zijnre huysvrouwen, dochter wylen Hermans die Mombare, onse inwonenden medepoirter, seggende hoe dat hij in der prochien van Oyen liggende heeft een kempken lants van drie mergen oft dair omtrent, aen deen zijde bij dat Raepkempken, ende aen dander zijde Gerit van Kouwen, op welke kempken voirs., zoe tot zijnre kennessen comen is, hem gescepen weer commer te comen ende te vallen van dycken oft anderssins in dien des in goeder tyt nyet en worde gescutt, voircomen ende verantwoirt als van gelijcken gewoentlic is, ende den voirs. Mathyssen, mits zijnren grooter crancheit dair inne hij jegenwoirdelic is, des in zijnen properen persoene nu nyet moigelic en weer te doen, ende heeft dair omme geconstitueert, gesedt ende geordineert, ende mits desen brieve constitueert, sedt ende ordineert Heilwigen, zijn moeder, wittige huysvrou des voirs. Dircx,, Jannen van Heesbeen, scouthet in Maeslant, ende Corneliss. Janss. zijne procureurs, gevende ende verlenende den selven, ende elcken van hen besundere, vrij ende volcomen macht ende zunderlinge bevele, in zijnre name ende van zijnren wegen tot Oyen voir den drossaet, scepenen ende scepenen (*aldus*) aldaer oft anderen aldaer, dair voir dat behoirt te compareren, ende het voirs. zijn kempken aldair voir allen commeren die dair op met recht gescepen weeren te comen, te verantwoirdene, te

bescuddene, alle ongerieve dat daer inne vallen mucht, te voircomene, ende den commer dair op gelopen af te doene ende te betalene, ende generalic allet dair inne te doen, dat die voirs. Mathijs, present wesende, selver zoude moigen doen, medegeloevende die selver Mathijs, op verbyntenisse van zijnen gueden, vast ende stedich te houden allet geen, ende zoe wes by den voirs. zijnen procureurs oft den enen van hen hier inne van zijnren wegen gedaen ende voirtgekeert sal werden, sonder ennich wederseggen. In kennessen der wairheit, soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven quinta iulii.

R1272, fol. 400v
6 juli 1504
Hendrik Kuyst en Gerlach de Rover

Romboldus, filius quondam Johannis Engbrechszoen, peciam terre partim arabilis et partim terre mericalis, sitam in parochia de Gestel prope Herlaer, in loco dicto Op die Hogestraet, inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Johannis de Mughoevel, et suorum liberorum ex uno, et inter hereditatem Nycolai et Willelmi, fratrum, filiorum quondam Rutgeri de Griensvenne, ex alio, quam peciam terre predictam dictus Romboldus erga Henricum Houbraken, filium quondam Theoderici, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Rodolphi dicti Emontss., et Johanne, eius uxori, filie Ade die Lu, ad opus eorum quoad eorum usufructum, et ad opus liberorum ab eisdem Gerardo et Johanna pariter genitorum et generandorum, quoad ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Roever, datum sexta iulii.

R1272, fol. 401r
8 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Reynerus, filius quondam Arnoldi Back, quinque libras monete necnon triginta quinque peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc currente pro quolibet computando, promissos dicto Reynero ab Egidio, filio quondam Danielis dicti Weykens, ad certum terminum persolvendos, prout in litteris, legitime supportavit Johanni et Reynero, fratribus, liberis quondam Reyneri Pottey, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Kuyst et Brugman, datum VIII[a] iulii.

R1272, fol. 401r
deze akte is onvolledig

Willelmus dictus Cottens Janss. medietatem hereditarii census octo librarum monete, solvendi hereditarie Martini hyemalis, ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem, inter hereditatem Elisabeth dicte van den Hecke ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Gerardi dicti die Haest ex alio, tendentibus a communi platea ad aquam ibidem fluentem, et quem integrum censum predictum Rodolphus dictus de Breda, frunitor, erga Henricum, filium quondam Jacobi, filii quondam Pauli dicti Roever testhmekerssoen de Vladeracken, emendo acquisierat, prout in litteris, qui vero census predictus dicto Willelmo per et post mortem e iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Henrici

R1272, fol. 401r
8 juli 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Willelmus dictus Cottens, filius quondam Johannis dicti Cottens, medietatem hereditarii census octo librarum monete, solvendi anno quolibet hereditarie Martini hyemalis, ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem, inter hereditatem Elisabeth dicte van den Hecke ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Gerardi die Haest ex alio, tendentibus a communi platea ad aquam ibidem fluentem, qui vero domus, area et ortus cum suis attinenciis siti sunt ibidem, per prius vero inter hereditatem Petri van den Ecker, nunc vero Geertrudis, relicte quondam Godefridi Kethelers, ex uno, et inter hereditatem dudum Florencii dicti Coelborneer, nunc vero sororum de Orten in Buscoducis ex alio, quem integrum censum predictum Rodolphus dictus de Breda, frunitor, erga Henricum, filium quondam Jacobi, filii quondam Petri dicti Roever testhmekerszoen de Vladeracken, emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census predictus dicto Willelmo Cottens iure successionis hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportavit Reynero, filio quondam Henrici Cottens, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum necnon ex parte dicti quondam Rodolphi de Breda et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum supra.

R1272, fol. 401r
9 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Zegeri de Brede, Lambertus, filius quondam Giselberti Lambertss., Johannes, filius quondam Johannis Petri Janss., Roverus, filius quondam Henrici Roeverszoene, Johannes, filius Christiani Stevens, et Rodolphus, filius quondam Theoderici van der Braken, promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico de Uden ad opus sui pro una medietate, et ad opus magistri Everardi de Doerne pro reliqua medietate, triginta et dimidium modios siliginis, mensure de Buscoducis, mediatim Andree apostoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos, et in Buscoducis tradendos, occasione locationis antique decime de Hees, ut dicebat.
Testes Busco et Boert, datum IX[a] iulii.[97]

R1272, fol. 401r
9 juli 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Magister Nycolaus Kuyst dedit Johanni de Balen potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Kuyst et Boert, datum X[a] iulii anno quarto.

R1272, fol. 401v
11 juli 1504

[97] *in de witregel onder deze akte staat:* Sic apportatum per eisdem scabinis eadem die cum quadam cedulla de manu Henrici de Uden**.**

Willem van den Bosch en Lucas van Erp

Petrus et Willelmus, fratres, liberi quondam Johannis Balyart Janss., atque Johannes Balyart Barthoutss. promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Francisco Toelinc novaginta aureos florenos Renenses, XX^{ti} octo stuvers vel valorem pro quolibet computando, Severini episcopi proxime futuro persolvendos.
Testes Busco et Erpe, datum XI^{a} iulii.

R1272, fol. 401v
11 juli 1504
Willem van den Bosch en Lucas van Erp

Dictus Johannes Balyart Barthoutss. promisit super omnia et habenda dictos Petrum et Willelmum, fratres, de premissis atque dampnis indempnes servare.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 401v
11 juli 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Libertus dictus Janssoen, relictus legitimus quondam Aleidis, sue uxoris, legitime filie quondam Henrici Heermans, pannicida, opidanus et inhabitator opidi de Buscoducis, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta, iuxta potestatem sibi a predicta quondam Aleide, uxore sua legitima tradita, tam pro missa ab eadem Aleide pro salute anime sue in ecclesia conventus fratrum Cruciferorum in Buscoducis ordinata et septimanatim a conventualibus eiusdem perpetuis futuris temporibus celebranda, quam eciam adhuc pro missa alia pro salute anime ipsius testatoris septimanatim inibi celebranda, videlicet pro duabus missis huiusmodi, modo prescripto septimanatim celebrandis idem testator legasset et iure testamenti reliquisset predicto conventui fratrum Cruciferorum in Buscoducis hereditarium censum viginti librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino in festo Nativitatis Baptiste obitum dictorum quondam Aleidis et Liberti, coniugum, amborum proxime sequente, ex domo, area et orto inhabitationis sue cum similibus suis iuribus et attinenciis, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, in opposito platei de Postula, et hiis mediante assignacio decem librarum de missa Aleidis, sue uxoris, erit sufficienter conventui Cruciferorum prescripto satisfacta, atque adhuc depost antedictus testator legasset et iure testamenti reliquisset predicto conventui fratrum Cruciferorum ad opus seu in augmentum duarum missarum prescriptarum pro salute animarum quondam Aleidis, sue uxoris, et ipsius testatoris in ecclesia dicti conventus perpetuis futuris temporibus septimanatim modo prescripto celebrandarum et eciam pro memoriis et anniversariis Aleidis et Liberti prescriptorum in conventu prescripto more suo consueto faciendo atque pro sepulturis suis inibi habendis hereditarium censum octo librarum monete prescripte, solvendum hereditarie termino solutionis prescripto, ex domo, area et orto prescriptis, ut videtur in quibusdam instrumentis publicis desuper confectis, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Johannes Bem, prior, et Ghiselbertus Toelinc, procurator, supradicti conventus fratrum Cruciferorum, nomine et ex parte eiusdem conventus ac quorumcumque conventualium conventus predicti, presentium et futurorum, palam recognoverunt et publice confessi sunt supradictos hereditarios census viginti librarum et octo librarum ad manus suas nomine sui conventus per Adrianam, relictam quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Egenss. alias dicti Scoercops, tamquam proprietariam pro tempore domus, aree et orti predictorum,

acquitatos et redemptos esse, atque ea occasione seu ex causa redemptionis censuum predictorum ab eadem Adriana recepisse, videlicet pro qualibet librarum dictarum librarum (*aldus*) summam vero septem denariorum, peters communiter vocatorum, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et clamaverunt iidem fratres Johannes, tamquam prior, et Ghiselbertus, tamquam procurator, nomine dicti conventus dictam Adrianam ac domum, aream et ortum cum suis attinenciis predictos atque quoscumque alios huiusmodi quitancium indigentes quitos, promittentes iidem fratres Johannes et Ghiselbertus, tamquam prior et procurator conventus predicti, sub obligatione cuiusdam mansi eiusdem conventus, siti in parochia de Vechel ad locum dictum Aent Dorhout, ac sub obligatione iurium et attinenciarum eiusdem mansi, singularum et universarum, quocumque locorum reperiendarum, atque ulterius sub obligatione omnium aliorum bonorum eiusdem conventus, habitorum et habendorum, michi ad opus dicte Adriane, quod ipsi eandem Adrianam et eius bona ac domum, aream et ortum pretactos de dictis hereditariis censibus viginti et octo librarum et ab ulteriori solutione eorundem necnon ab omnibus dampnis eisdem eorundem occasione, quovismodo imposterum eventuris, quitabunt, relevabunt et penitus indempnes observabunt, omnibus dolo et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes Kuyst et Boert, datum supra.

R1272, fol. 402r
8 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Magister Johannes Alardi de Helmont, presbiter, dedit Petro, filio Jacobi Henricx, pellifici, ad opus sui et ad opus Arnoldi et Willelmi Keymp, fratrum, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Busco et Boert, datum VIII[a] iulii.[98]

R1272, fol. 402r-402v
13 juli 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Petrus et Willelmus Balyart, filius quondam Johannis Balyarts Janss., necnon Johannes Balyart Barthoutszoen, hereditarie vendiderunt domino Henrico die Bruyn, presbitero, ad opus magistri Ghiselberti die Bye, decani pro tempore capituli ecclesie collegiate Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, hereditarium censum septem novorum aureorum florenorum archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictorum nyewe philippusgulden, aut viginti quinque denarios, stuvers communiter vocatos, nove monete eiusdem archiducis Philippi, vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Marie Magdalene, et pro primo solutionis termino a Magdalene proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum, de et ex quodam manso, dudum dicti Johannis Balyarts Barthoutssoen, nunc vero dictorum Petri et Willelmi, fratrum, sito in parochia de Rode Sancte Ode ad locum dictum Everschot by de Cleyn Koeveringe, atque ex attinenciis et iuribus eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, item ex quodam agro terre arabilis, unam modiatam terre vel circiter continente, dicti Johannis Balyarts Barthoutssoen, sito in dicta parochia ad locum iamdictum, inter communem plateam ibidem ex uno et fine

[98] *achter het slot van deze regel staat met andere inkt geschreven:* Prius actum en postea prothocollatum.

uno, et inter hereditatem Willelmi dicti sGoyen ex alio, tendente cum fine reliquo ad quandam peciam terre mericalis Willelmi dicti Rutten et quorundam aliorum, item adhuc ex pecia terre, unam maldratam terre vel circiter continente, ultimodicti Johannis Balyarts, sita ibidem inter hereditatem Henrici Arntszoen ex uno, et inter quandam hereditatem ad dictum mansum spectantem ex alio, tendente cum fine utroque ad hereditatem dicti Henrici Arntssoen, item adhuc ex duobus iugeribus terre eiusdem Johannis, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Willelmi Cathers ex uno, et inter hereditatem ad decanatum ecclesie Sancte Ode Rodensis spectantem ex alio, tendente ab hereditate Bonifantinorum in Buscoducis ad hereditatem ad dictum mansum spectantem, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci, quatuor et dimidio modiis siliginis, mensure de Rode, hereditarie pactionis, diversis personis, ex dicto manso ac suis attinenciis, item uno maldro siliginis, mensure de Buscoducis, ex dicto agro terre et pecia terre predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis condicionibus, quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue, cum et mediante centum consimilibus novis aureis florenis vel valorem eorundem superius specificatis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo, quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato magistro Ghiselberto legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, cum conditione consueta.
Testes Busco et Roever, datum XIII[a] iulii.

R1272, fol. 402v
13 juli 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Dictus Johannes Balyart Barthoutssoen promisit super omnia et habenda dictis Petro et Willelmo, fratribus, quod ipse dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit, dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur, sic et taliter, quod eisdem Petro et Willelmo, fratribus, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 402v-403r
26 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Gerardus Toelinc, filius quondam Ghiselberti Toelinc, hereditarie vendidit Aleidi, relicte quondam Henrici de Aerle, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus Henrice, filie Aleidis et quondam Henrici de Aerle predictorum, quoad ius hereditarium, annuum et hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro viginti octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Geertrudis virginis, de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi ultra pontem dictum die Moelenbrugge, iuxta portam Sancte Crucis ibidem, inter murum opidi de Buscoducis ex uno, et inter hereditatem Petri dicti die Cuyper ex alio, tendentibus a communi vico predicto retrorsum usque ad hereditatem conventus fratrum

Cruciferorum ibidem, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu quatuor librarum monete, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Monix et Brugman, datum XXVI[ta] iulii.

R1272, fol. 403r
26 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Aleidis pro se et dicta Henrica, sua filia, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime prefate Aleidi et eius filie aut earum alteri preintimabit.
Testes, datum supra.[99]

R1272, fol. 403r
15 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Symon, filius quondam Hermanni Rutten, filii quondam Rutgeri de Boert, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sex et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentibus, olim dicti quondam Rutgeri de Boert, sitis in parochia de Nysterle ad locum dictum Aen den Spiker, inter hereditatem Johannis dicti de Beeck ex uno, et inter hereditatem Lamberti dicti Rommen et Petri dicti Wellens ex alio, tendentibus cum fine utroque ad communes plateas, item in pecia terre arabilis, tres vasatas terre vel circiter continente, olim dicti quondam Rutgeri, sita in dicta parochia in loco dicto Int Nedervelt, inter hereditatem Petri Wellens ex uno, et inter communem viam dictam den Gruenenwech ex alio, tendente ab hereditate dicti Petri et Henrici dicti Erenbertss. ad hereditatem heredum quondam Rodolphi Gerit Thijss., item adhuc in pecia terre arabilis, tres vasatas terre vel circiter continente, olim eiusdem quondam Rutgeri, sita in dicta parochia ad locum dictum Op die Steechgrave, inter hereditatem Henrici dicti van der Wyst ex uno, et inter hereditatem Theoderici, filii quondam Arnoldi de Lyebergen, ex alio, tendente a communi via ad hereditatem Johannis Aben iunioris, item adhuc in pecia terre arabilis, quatuor et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, eiusdem quondam Rutgeri, sita in eadem parochia inter hereditatem Rodolphi Henricxs. ex uno, et Henrici van de Wyst ex alio, tendente a communi via ad hereditatem Johannis Aben predicti, ut dicebat, hereditarie supportavit Luperto, filio dicti quondam Rutgeri de Boert, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Hermanni, sui patris, ac suorum heredum et successorum deponere; promisit insuper dictus Symon sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis integris bonis plus fore solvendum quam duodecim placce Busciducensium, census vicinorum atque undecim et dimidius lopini siliginis hereditariarum pactionum, prius diversis personis annuatim exinde e iure solvendis,

[99] *in de witregel tussen deze akte en de navolgende staat rechts:* Isti contractus fuerunt prius protocollati et postmodum passati.

ut dicebat, quod ipse Symon hoc plus unacum expensis litterarum ea occasione perpessis, portabit et portare tenebitur, videlicet pro una medietate.
Testes Busco et Brugman, datum XV^{ta} iulii.

R1272, fol. 403v
15 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Henrica et Elisabeth, sorores, filie quondam Jacobi Goyartss. van der Heze, dederunt Johanni, filio quondam Aelberti, filii quondam Hermanni de Werdenborch, pistori, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma, hoc salvo, quod idem Johannes de suis perceptis et levatis iustum computum, rationem legalem ac satisfactionem realem prefatis Henrice et Elisabeth ad earum requestam semper prestabunt (*aldus*) et prestare tenebuntur (*aldus*) absque dolo.
Testes Busco et Brugman, datum XV^{ta} iulii.

R1272, fol. 403v
15 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Gerardus, filius Huberti de Creyen, promisit super omnia et habenda Henrico, filio Lamberti Robbensoen, sexaginta florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 403v
15 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Idem Gerardus promisit adhuc eidem Henrico sexaginta consimiles florenos Renenses, Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 403v
15 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Idem Gerardus promisit super omnia et habenda eidem Henrico sexaginta unum consimiles florenos Renenses, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 403v
16 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Eva, relicta quondam Herberti Hals, cum tutore, usufructum sibi competentem in tercia parte quorumcumque bonorum, mobilium et immobilium, hereditariorum et paratorum, tam feodalium quam censualium, in quibus vero bonis dictus quondam Herbertus decessit et dicta Eva suum ad presens habet et possidet usufructum, in illa scilicet tercia parte eorundem

bonorum, que Elisabeth, filie Eve et quondam Herberti Hals predictorum, per et post mortem eiusdem quondam Herberti, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est et que eidem Elisabeth per et post mortem dicte Eve, sue matris, adhuc advolvenda est, quocumque locorum consistente, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, legitime supportavit dicte Elisabeth, sue filie, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Kuyst et Brugman, datum XVI[ta] iulii.[100]

R1272, fol. 403v-404r
16 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth, cum tutore, dictam terciam partem premissorum bonorum hereditarie supportavit Geerlaco die Roever, tamquam marito et tutori legitimo domicelle Geertrudis, sue uxoris, et magistro Godefrido de Eyck, marito et tutori legitimo domicelle Mechteldis, sue uxoris, filiarum Eve et quondam Herberti Hals predictorum, simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus et iure, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salvis tamen dicte Elisabeth et sibi reservatis suis vitalibus pensionibus, simul a Geerlaco et magistro Godefrido predictis hodierna die promissis, iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes, datum supra.[101]

R1272, fol. 404r
16 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Geerlacus die Roever predictus promisit ut debitor principalis dicte Elisabeth, filie Herberti Hals, quod ipse dabit et solvet eidem Elisabeth, quamdiu in humanis vixerit, annuam et vitalem pensionem quadraginta florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Elisabeth et non ultra, mediatim Purificationis et mediatim Jacobi apostoli, et pro primo solutionis termino in festo Purificationis Beate Marie Viginis obitum supradicte Eve, relicte quondam Herberti Hals, immediate proxime subsequente, de et ex omnibus suis bonis ab eodem Geerlaco ad presens habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, quocumque locorum reperiendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 404r
16 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Magister Godefridus de Eyck promisit ut debitor principalis dicte Elisabeth quod ipse dabit et solvet eidem Elisabeth, quamdiu in humanis vixerit, annuam et vitalem pensionem quadraginta consimilium florenorum Renensium, anno quolibet ad vitam eiusdem Elisabeth et non ultra, mediatim Purificationis et mediatim Jacobi apostoli, et pro primo solutionis

[100] *in de linkermarge staat bij deze akte:* A.
[101] *in de linkermarge van folio 403v staat bij deze akte:* B.

termino in festo Purificatitis obitum dicte Eve proxime subsequente, de et ex omnibus suis bonis, ab eo ad presens habitis ac imposterum habendis et acquirendis, quocumque locorum reperiendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 404r
16 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus A et B signatis, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Geerlacus et magister Godefridus de Eyck palam recognoverunt et super omnia et habenda dicte Elisabeth repromiserunt, ymmo eciam consentierunt, quod ipsi Elisabeth predictam, quamdiu in humanis vivet, manutenere et possidere permittet iure usufructuario, post mortem vero supradicte Eve, quandam domum et aream cum suis attinenciis, sitas in Buscoducis retro domum maiorem dicti quondam Herberti Hals, in quadam platea qua itur versus locum dictum den Trierentey retro domum domini Johannis de Gouda, presbiteri, supportatione pretacta non obstante.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 404r
16 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus A et B signatis, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Geerlacus et magister Godefridus de Eyck palam recognoverunt et super omnia et habenda dicte Eve repromiserunt quod ipsi eandem Evam quamdiu in humanis vivet pacifice et quiete possidere permittent bona pretacta omnino eo iure quo ipsa premissa possedit, et manutenunt ante diem hodiernam secundum ius opidi de Buscoducis, supportatione usufructus pretacta non obstante, omni dolo secluso.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 404v
deze akte is onvolledig

Maria, relicta quondam Christiani, filii quondam Ricoldi Mertenszoen des leydeckers, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Christiani, sui dum vixit mariti, ut dicebat

R1272, fol. 404v
deze akte is onvolledig

Agnes, filia quondam Johannis van den Berghe, cum tutore, hereditarie vendidit Johanni Beck hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et dicto Johanni, emptori, libere absque exactionibus et incommodis tradendum, de et ex quodam manso dicte venditricis, sito in parochia de Stiphout, dicto communiter die hoeve ten velde, videlicet de et ex domibus, domistadiis, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, inter communitatem de Stiphout et hereditatem spectantem ad liberos quondam

Iudoci Zwerts ex uno, et inter hereditatem spectantem ad investitum de Stiphout, cum pluribus aliis ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Johannis van den Schoet

R1272, fol. 404v-405r
17 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Aelbertus, filius quondam Nycolai dicti Coel Gheenenzoene, peciam hereditatis site in parochia de Berlijckem ad locum dictum die Boest, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti Arnts et domini Johannis, filii Nycolai dicti Coel de Berlijckem, ex alio, tendentis ab hereditate dicti Henrici Arnts ad hereditatem domini Johannis die Lodder, presbiteri, et Johannis dicti Everits, erga Marcelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquivisset, prout in litteris, cumque per prius dicta pecia hereditatis, que continet integraliter viginti tres lopinatas terre vel circiter, ex eius transverso per quoddam fossatum ibidem situatum divisa esset et pronunc sita est ibidem inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem supradicti Aelberti, filii quondam Nycolai dicti Coel Gheenens., ex alio, tendentis ab hereditate Henrici Everits ad hereditatem Gerardi, filii dicti quondam Nycolai dicti Coell Gheenens., fratris dicti Aelberti, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Aelbertus medietatem dicte pecie hereditatis, quequidem medietas tendit et sita est contigue ad et iuxta dictam hereditatem dicti Henrici Everitssoen, hereditarie supportavit Arnoldo, suo fratri, filio dicti quondam Nycolai dicti Coel Gheenens., simul cum dictis litteris et iure, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, talibus annexis condicionibus, videlicet quod dictus Arnoldus exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus de et ex dicta medietate dicte pecie hereditatis, sibi ut premittitur supportata, huiusmodi duos modios siliginis, quos quidam Johannes, filius quondam Egidii Geritssoen, de et ex dicta integra pecia hereditatis, atque unum sextarium siliginis hereditarie pactionis, quod quatuor ordines mendicantium ex eadem pecia hereditatis annuatim solvendum habent, sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod dicto Aelberto, suo fratri, ad et supra reliquam medietatem dicte pecie hereditatis dampna exinde non eveniant in futuro, atque idem Aelbertus de et ex dicta reliqua medietate dicte pecie hereditatis huiusmodi duos et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis, quos conventus Sancte Clare in Buscoducis ex dicta integra pecia hereditatis annuatim solvendos habet, exnunc deinceps perpetue, sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, quod dicto Arnoldo, fratri, ad et supra dictam medietatem dicte pecie hereditatis, sibi ut dicebat est supportatam, dampna exinde non eveniant in futuro, prout dicti Arnoldus et Aelbertus hoc palam recognoverunt et videlicet dictus Arnoldus super omnia et habenda et dictus Aelbertus sub obligatione premissa sibi mutuo promiserunt.
Testes Monix et Roever, datum XVII[a] iulii.

R1272, fol. 405r
17 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Arnoldus, filius quondam Nycolai dicti Coel Gheenens., promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Egidii Geritszoen, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis tradet, de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi

coadiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter continentes, olim dicti quondam Nycolai, nunc vero dicti promittentis, sitos in parochia de Berlijckem in loco dicto In de Hasselt, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Willelmi Voet ex alio, tendentes ab hereditate investiture de ecclesie de Berlijckem ad hereditatem Ghiselberti dicti van Hulst, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quarta vini dicte ecclesie, hereditaria pactione unius modii siliginis conventui Cruciferorum in Buscoducis, item duobus sextariis siliginis Arnoldo Heys, et duobus sextariis siliginis Maiori Hospitali in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 405r
17 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldi, promittenti, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 405r-405v
17 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Maria, relicta quondam Christiani, filii quondam Ricoldi Martenszoen des leydeckers, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Christiani, sui dum vixit mariti, ut dicebat, cum tutore, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis in vico Orthensi, inter hereditatem Johannis Voet ex uno, et inter hereditatem Johannis de Hezewyck ex alio, simul cum onere conservandi partem sepis seu intercepti, consistentis inter hereditatem dicti Johannis de Hezewijc iuxta viam ibidem, dictam den Bogarts wech, quos domum, aream et ortum, simul cum onere conservandi partem sepis seu intercepti predicti, dictus Christianus erga Margaretam, Katherinam et Barbaram, sorores, filias naturales Yde, filie quondam Wautgeri Peterss., ab ipsa Yda et Johanne, filio quondam Johannis Goyartss., pariter genitas, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Danieli, filio quondam Gerongii Henricxs., sartori, simul cum dictis aliis et iuribus, promittens, cum tutore, et cum ea Petrus et Eustacius, fratres, eius liberi, ab ipsa Maria et quondam Lamberto die Potter pariter geniti, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dicti Christiani ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis condicionibus et ordinationibus pridem de muris dicte domus et hereditatum adiacentium, inter Johannem Lambrechs. van den Parre et dictum Christianum factis illisque illes permansuris, ut dicebat.
Testes Monix et Roever, datum XVII[a] iulii.

R1272, fol. 405v
17 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Dictus Eustacius promisit super omnia et habenda dicte Marie, eorum matri, decem et septem ac dimidium peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, ac sex et dimidiam

libras monete, Nativitatis Baptiste proxime, item quatuor libras dicte monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, item decem et septem ac dimidium consimiles peters et quatuor libras dicte monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos, item duas et dimidiam libras et quartam partem unius huiusmodi libre a Baptiste proxime futuro ultra tres annos, item decem et novem consimiles peters ac quartam partem huiusmodi huiusmodi (*aldus*) peter atque unam libram et quartam partem unius huiusmodi libre ac medietatem unius quarte partis a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 405v
17 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Gerlach de Rover

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicte Marie, sue matri, sex et dimidiam libras monete Nativitatis Baptiste proxime futuro, item decem et septem ac dimidium consimiles peters ac sex et dimidiam libras dicte monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, item quatuor libras eiusdem monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos, item decem et novem consimiles peters et quartam partem unius huiusmodi peter ac duas et dimidiam libras et quartam parte (*aldus*) unius huiusmodi libre a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos, item unam libras (*aldus*) et quartam partem unius libre ac medietatem unius quarte partis huiusmodi librarum a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra quatuor annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 405v
17 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Gerardus, filius Theoderici van der Amervoirt, Johannes, filius Henrici sWitten, Anthonius, filius Godefridi Rozen, et Mathias, eius frater, filius eiusdem Godefridi Rozen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Willelmo de Os quadraginta septem et dimidium modios siliginis, mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos, et in Buscoducis tradendos.
Testes Kuyst et Brugman, datum XVII^{a} iulii.

R1272, fol. 405v-406r
18 juli 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Nycolaus dictus Post, filius quondam Nycolai dicti Post, hereditarie vendidit Arnoldo Paeuweter hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro, de et ex domo, area, orto ac domo posteriori, dicti venditoris, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem infra ambas portas ibidem, inter conventus Beate Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in parochia de Roesmalen ad locum dictum Caudewater ex uno, et inter hereditatem Laurencii Everits Keyserszoen ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum ad aquam ibidem fluentem, ut dicebat, ab eodem,

promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque diversis censibus ad decem et septem libras Busciducenses ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Kuyst, datum XVIII[a] iulii.

R1272, fol. 406r
18 juli 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta quatuor consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 406r
18 juli 1504
Willem van den Bosch en Hendrik Kuyst

Judocus Henricxs., commorans opt Assmijt, promisit super omnia et habenda Leoni dicto Leeuw de Ratingen quatuordecim peters, XIX stuvers pel[102] valorem pro quolibet computando, et quartam partem unius huiusmodi peter, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 406r
18 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Wolterus, filius quondam Anthonii dicti Wreyssenzoen, quoddam pratum dictum communiter Dynrelaer, situm in parochia de Zonderwyck, inter hereditatem Willelmi Rutten, Petri van der Hestart, ende (*aldus*) Johannis dicti Arntszoen ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti die Cuyper ex alio, tendens a communi platea ad aquam ibidem currentem die Aa vocatam, ut dicebat, hereditarie vendidit Gerardo Kuyst, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, quam Lucya, relicta quondam Henrici Gast, ex dicto prato annuatim e iure solvenda, ut dicebat.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 406r
18 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Godefridus dictus van der Poirten Henricxsoen hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Jacobi dicti sBeeren, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis, mensure de Gestel prope Oisterwyck, solvendam hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a

[102] *een kennelijke schrijffout; bedoeld is* vel.

Purificationis proxime futuro ultra annum, et in parochia de Gestel prope Oisterwyck predicta tradendam, de et ex quodam prato dicto den Boschbeempt, dicti venditoris, sito in dicta parochia retro ecclesiam de Gestel ibidem, inter hereditatem reliquam dicti venditoris ex uno et fine uno, et inter aquam ibidem currentem die Aa vocatam ex alio, tendente ad quoddam pratum dictum den Doncxbempt Godefridi die Becker, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum XVIII[a] iulii.

R1272, fol. 406r
30 januari 1505
Gerard Kuyst en Maarten van Campen

Dictus Johannes dictam pactionem hereditarie supportavit domino Woltero de Halen, ordinis Premonstratensis, moderno investito ecclesie parochialis de Gestel prope Oisterwyck, ad opus sui et ad opus Yde, filie naturalis eidem domini Wolteri, ab ipso dicto Woltero et quadam Elisabeth Deckers suscitate, et ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci, domus Sancte Elisabeth, site in Bucstel, ab eodem domino Woltero quam diu in humanis vixerit et post eius decessum a dicta Yda, etiam quamdiu in humanis vixerit, post vero eorundem dictorum Wolteri et Yde amborum decessus a dictis sororibus iure hereditario habendam et possidendam, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto Godefrido et sibi reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, hoc etiam salvo cum contigerit dictam pactionem redemi et acquitari, quod tunc ipse Johannes in huiusmodi redemptione superaddet et persolvet dicto domino Woltero aut proprietario eotunc eiusdem pactionis adhuc undecim florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia tam valuata pro quolibet computando ac quatuordecim consimiles stuvers, prout idem Johannis adhuc sub obligatione premissa promisit.
Testes Kuyst et Campen, datum penultima ianuarii.[103]

R1272, fol. 406v
18 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue, integraliter aut vicissim, videlicet simul et semel cum uno modio et non minus, quemlibet modium siliginis cum et mediante triginta sex peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes Boert et Roever, datum XVIII[a] iulii.

R1272, fol. 406v
18 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

[103] *deze akte is later geschreven in de ondermarge van fol 406r*.

Henricus Rycoutss., Arnoldus, filius Johannis Michielss., Arnoldus, filius iamdicti Arnoldi, Johannes, filius quondam Petri Jan Peterss., promiserunt indivisi super omnia et habenda mihi ad opus Luce de Erpe pro duabus terciis partibus, et ad opus Godefridi Strick pro tercia tercia parte, viginti quinque modios et duo sextaria siliginis, necnon unum et dimidium modios bladi dicti boecweyts, mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos, et in Buscoducis tradendos.
Testes Boert et Roever, datum XVIII iulii.

R1272, fol. 406v
18 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Geerlacus die Roever, Henricus Weygerganck Geritss. et Wolterus, filius quondam Johannis Geritss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico Boyens quadraginta octo florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 406v
18 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Gibonis Engbrechs van der Yenclaer, promisit super omnia et habenda michi ad opus Goeswini van den Sloet decem et septem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et quindecim consimiles stuvers Nativitate Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 406v
18 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Lamberti Henricx, promisit super omnia et habenda Leoni dicto Leeuw de Ratingen quatuordecim peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Andree apostoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 406v-407r
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum dominus Johannes Borchmans, presbiter, filius quondam Johannis Borchmans, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta legasset omnia sua bona parata et hereditaria Elisabeth, sue ancille, ad eius vitam in pura elemosina et propter Deum, ex causa beneficiorum sibi fideliter prestitorum, atque post eiusdem Elisabeth mortem eadem bona legasset Johanni et Katerine, suis prolibus naturalibus, in pura elemosina et propter (*aldus*) equaliter dividenda, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth, cum tutore, usufructum ac totum ius sue vitalis possessionis sibi competentes in

R1272, fol. 407r
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Elisabeth, filia quondam Wytmanni dicti Wyt van den Dael, cum tutore, usufructum ac totum ius sue vitalis possessionis sibi vigore testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Johannis Borthmans, presbiteri, filii quondam Johannis, ut apparebat, competentes in pecia prati, sita in parochia de Haren ad locum dictum Belver, inter communem aggerem ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Heeren ex alio, tendente de communi aqua dicta die Aa ad communitatem, quam peciam prati predictam dictus dominus Johannes Borchmans, presbiter, erga Wolterum, filium quondam Wolteri van den Hezeacker acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Johanni, filio naturali eiusdem quondam domini Johannis, ab ipso domino Johanne et dicta Elisabeth pariter genito, ad opus sui et ad opus Katherine, filie eorundem quondam domini Johannis et Elisabeth, simul cum dictis litteris, instrumentis et iure, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare.
Testes Roever et Brugman, datum XIX[a] iulii.

R1272, fol. 407r
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes naturalis, pro se ipso et pro Thoma de Onstaide, tamquam marito et tutore legitimo dicte Katherine, sue uxoris, dictam peciam prati hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Johannis Stevenss., simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, occasione promittens, et cum eo dicta Elisabeth, eius mater, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 407r
2 januari 1505
Jan van Erp en Frank van Langel

Dictus Willelmus dictam peciam prati hereditarie supportavit Johanni, suo filio, cum litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Erpe et Langel, datum 2[a] januarii.[104]

R1272, fol. 407r
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dicto Johanni duodecim peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, ac quatuordecim et dimidium consimiles stuvers, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 407r

[104] *deze akte is geschreven in de witregel tussen voorgaande en navolgende akte.*

19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Henricus, filius Martini die Wilde, atque maritus et tutor legitimus Servacie, sue uxoris, filie Engberti de Uden, promisit ut debitor principalis Judoco, filio Lamberti, filii quondam Jacobi Wijnricxs. des spelmekers, quod ipse dabit et solvet eidem Judoco, quamdiu in humanis vixerit, annuam et vitalem pactionem duorum modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam eiusdem Judoci et non ultra, mediatim Purificationis et mediatim Jacobi apostoli, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet, de et ex domo, area et orto ac domo posteriori, olim dicti Engberti de Uden, nunc vero dicti promittentis, sitis in Buscoducis in vico ecclesie, inter hereditatem olim liberorum Jacobi de Driel, nunc vero eiusdem Engberti, ex uno, et inter hereditatem Johannis Colen, pannicide, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad hereditatem heredum quondam Alardi die Smyt et quorundam aliorum, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 407v
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Et poterit dictus Henricus unum modium siliginis vitalis pactionis de dicta vitali pactione duorum modiorum siliginis redimere semper dum sibi placuit, cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes Roever et Brugman, datum XIX^{a} iulii.

R1272, fol. 407v
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Elisabeth, filia quondam Wytmanni dicti Wyt van den Dael, cum tutore, usufructum ac totum ius sue vitalis possessionis sibi vigore testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Johannis Borchmans, presbiteri, filii quondam Johannis, ut apparebat, competentem in domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quatuor lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Haren ad locum dictum Den Ghever, inter communitatem ibidem ex uno, et inter hereditatem Nycolai van den Eynde ex alio, insuper annuam et hereditariam pactionem trium sextariorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, ex premissis, quos domum, area (*aldus*), ortum ac hereditates sibi adiacentes, necnon pactionem predictam dictus dominus Johannes Borchmans erga Arnoldum, filium quondam Wolteri Groys, dudum acquisierat, prout in litteris, item adhuc in domo, area et orto cum suis fundo et attinenciis, quatuor lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Haren, inter hereditatem Arnoldi de Laerhoven ex uno, et inter hereditatem Arnoldi Groeys ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Laurencii, filii Erardi Toyt Vannyssoen, pridem supportatis dicto domino Johanni Borchman a domino Henrico van den Breckel, presbitero, ut videtur in litteris de Oisterwyck contineri, legitime supportavit Johanni, filio naturali dicti quondam domini Johannis Borchmans, ab ipso domino Johanne et dicta Elisabeth pariter genito, ad opus sui et ad opus Katherine, filie naturalis eiusdem

quondam domini Johannis et Elisabeth predicte, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum supra.[105]

R1272, fol. 407v-408r
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes pro se ipso et Thoma de Onstaden, marito et tutori (*aldus*) legitimo dicte Katherine, sue uxoris, premissa hereditarie supportavit Petro, filio quondam Petri de Spaendonck, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure, occasione promittens, et cum eo dicta Elisabeth, eius mater, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum Thome et Katherine, sue uxoris, ac ex parte dicti quondam domini Johannis ac quorumcumque suorum heredum et successorum in premissis existentium, deponere, exceptis una quarta olei fabrice capelle Domine Nostre in Oisterwyck iuxta tileam ibidem, quatuor denariis gwillelmusthuyn vocatis hereditarii census presbiteris officiantibus in ecclesia de Oisterwyck, et duobus modiis siliginis hereditarie pactionis mediatim Johanni Boyens in Udenhout et mediatim liberis Wolteri sMans in Oisterwyck commorantibus, prius annuatim ex premissis e iure solvendis, atque supradicta pactione trium sextariorum siliginis supradicto Petro, ut premittitur supra, necnon onere conservandi unam virgatam aggeris in aggere dicto in den Oisterwyckschen dyck, ad premissa e iure conservandam, ut dicebat; promiserunt insuper dicti Johannes et Elisabeth, eius mater, indivisi sub obligatione premissa, in casu quo imposterium inventum fuerit via iuris, de et ex premissis plus fore solvendum quam dictum est, hoc plus iidem Johannes et Elisabeth prefato Petro penitus deponent.
Testes, datum supra.[106, 107]

R1272, fol. 408r
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto Johanni triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 408r
19 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

---

[105] *in de linkermarge staat bij deze akte:* A.
[106] *in de linkermarge van folio 407v staat bij deze akte:* B.
[107] *in de ondermarge van fol. 407v, d.d. 31 december 1505, Christiaan Coenen en Jan Keimp:* Fiat unus de istis duabus litteris, signatis A B, et tradantur littere Aleydi, relicte quondam Petri, filii quondam Petri de Spaendonck, ad opus sui et ad opus Elisabeth, filie impuberis Aleydis et Petri spectantes, que promisit super omnia et habenda cum iuribus tradere Andree, filio quondam Petri de Spaendonck, (in se pro …. ?)., ut in forma.
Testes Coenen et Keimp, datum ultima decembris.
Na deze tekst volgt: Item tenetur Andreas septem stuvers, augusto octodecimo (?).

Dictus Johannes, filius naturalis quondam domini Johannis Borchmans, presbiteri, dedit Lamberto Wouterszoen potestatem monendi usque ad revocationem ut supra.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 408r-408v
20 juli 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes iunior, filius quondam Aelberti Hermanssoen de Weerdenborch, hereditarium censum septem librarum monete, quem censum iamdictum Johannes senior, filius dicti quondam Aelberti Hermanszoen de Weerdenborch, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Johanni iuniori, anno quolibet hereditarie Purificationis, de et ex integris domo et area, sita in Buscoducis iuxta forum piscium, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Willelmi Huysman, et Adriani, eius filii, ex uno, et inter reliquam domum et aream, olim Petri Reeuwe, dehinc eius heredum, atque ex muris et guttariis ad dictam domum et aream spectantibus, pridem datis ad hereditarium censum dicto Johanni seniori videlicet ad septem nonas partes, ab Hermanno et dicto Johanne iuniore, fratribus, Margareta et Aleide, eorum sororibus, liberis dicti quondam Aelberti Hermanss. de Werdenborch, Jacobo, filio Theoderici Buck, marito et tutore legitimo Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Aelberti, necnon Johanne, filio naturali quondam Everardi sMolnerszoen, relicto quondam Elisabeth, sue uxoris, filie eiusdem quondam Aelberti, pro dicto hereditario censu septem librarum et quibusdam aliis oneribus inibi comprehensis, necnon ex quadam integra hereditate, longitudinis viginti duarum pedatarum et latitudinis viginti unius pedatarum, sita in Buscoducis in quodam parvo viculo quo itur a ponte piscium versus communem cloacam ibidem, in muro opidi de Buscoducis consistente inter dictum viculum ex uno, et inter hereditatem Johannis de Gunterslaer ex alio, tendente ab hereditate Adriani de Loemel ad hereditatem Arnoldi die Raet, et ex domibus et edificiis in eadem hereditate postmodum edificatis et constructis, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Johanni de Os, presbitero, Henricxsoen, ad opus sui et ad opus Mechteldis, filie Arnoldi van den Haeswinckel, sue petrine, ab eodem domino Johanne quamdiu in humanis vixerit, et post eiusdem domini Johannis decessum et non prius a dicta Mechtelde habendum et possidendum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione, in casu quo dicta Mechteldis obierit absque prole legitima seu prolibus legitimis post se superviva aut supervivis remanentibus, quod tunc dictus census statim post eius mortem et non prius cedet et cedere debet proximioribus heredibus eiusdem domini Johannis de Os, et alias non, omnibus contradictione, dolo et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes Boert et Brugman, datum XX[a] iulii.

R1272, fol. 408v
20 juli 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Lucas dictus Janssoene, colonus pro tempore mansi Danielis de Vlierden Danelss., siti in Roesmalen, quascumque suas bestias et pecora sua quecumque, necnon omnia et singula sua bona, mobilia et parata, haeflike gueden communiter vocata, quocumque locorum reperienda, ut dicebat, legitime supportavit michi ad opus domini Danielis de Vlyerden, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 408v
23 juli 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Henricus, filius naturalis quondam domini Egidi Doncker, presbiteri, promisit ut debitor pricipalis Theoderice, filie quondam Godefridi dicti die Vett Janssoene, quod ipse dabit et solvet eidem Theoderice annuam et vitalem pensionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam eiusdem Theoderice et non ultra, mediatim Jacobi apostoli, et mediatim Purificationis, et pro primo solutionis termino Jacobi apostoli proxime futuro notanter, et in Buscoducis libere tradet et deliberabit, de et ex pecia terre dicta die Schyve, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti Henrici, sita in parochia de Erpe iuxta molendinum venti ibidem, inter hereditatem Johannis Joirdens ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Geerlaci van der Donck ex alio, tendente ab hereditate Henrici Hoernkens ad communem viam, item ex quodam prato dicto communiter den Brugbeempt, sito in dicta parochia de Erpe iuxta pontem ibidem dictum die Erpsche brugge, inter hereditatem Johannis Coelbornere ex uno, et inter hereditatem domini Andree Persoens, presbiteri, ex alio, tendente ab aqua dicta die Aa ad communem viam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ex dicto pecia terre, et hereditario censu sex librarum et dicto prato annuatim prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Erpe et Monix, datum XXIII[a] iulii.

R1272, fol. 409r
23 juli 1504
Lucas van Erp en Jan Monix zoon van Jan

Henricus die Roever, filius quondam Johannis dicti die Roever, hereditarie vendidit magistro Henrico Eyckman hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Jacobi apostoli, et pro primo solutionis termino a Jacobi apostoli proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie, exactionum ac ceteris oneribus libere tradendam, de et ex domo, area, orto ac quadam pascua dicta een koeweyde, sibi retro adiacente, ac quadam alia domo, area et ortulo sibi etiam coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Bucstel infra pontes ibidem, inter hereditatem Petri die Bastart, Wolteri die Cremer, Heilwigis de Meyensvoirt cum pluribus aliis ibidem ex uno, et inter hereditatem Lamberti Nouts et Johannis, sui fratris, ex alio, tendentibus a quodam agro dicto den Borchacker, ad Dommellam ibidem fluentem, prout iampremissa ibidem sita sunt et ad dictum venditorem spectare dinoscuntur, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex libris cere, duobus pullis censualibus, atque hereditario censu quatuor librarum monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Erpe et Monix, datum supra.

R1272, fol. 409r
23 juli 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Wolterus Willemss. et Theodericus Thyssen, incole de Kessel, promiserunt indivisi super omnia et habenda domino Hermano de Eertwech, presbitero, ad opus investiti pro tempore

ecclesie de Kessel, viginti octo scuta antiqua, XXX^{ta} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Pentecostes proxime futuro, libere absque oneribus dicente vulgariter van hervarden, oirloge oft hagelslach persolvenda, occasione impactionis decime de Kessel ad dictum investitum ibidem saltem pro hoc anno spectante.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 409r
24 juli 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Andreas, filius quondam Andree, filii quondam Andree Thys, quendam campum terre, duo iugera terre vel circiter continentem, situm infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum die Dungen iuxta stegam dictam die Keersche stege, inter hereditatem conventus Sancte Clare in Buscoducis ex uno, et inter hereditatem Jacobi de Bladel ex alio, tendentem ab hereditate Rutgeri, filii quondam Rutgeri van der Koeveringen, ad dictam stegam die Keersche stege vocatam, ut dicebat, locavit recto locationis modo Woltero de Hall, ab eodem Woltero, ad spacium viginti annorum, festum Beati Remigii confessoris proxime futurum sine medio sequentium, habendum et possidendum pro annuo censu duodecim librarum monete, dando et solvendo dicto Andree a Woltero predicto, anno quolibet dicto spacio annorum durante Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dictis annis durantibus, promittens super omnia et habenda huiusmodi locationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem deponere.
Testes Monix et Brugman, datum XXIIII^{ta} iulii.

R1272, fol. 409r-409v
26 juli 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Wij Boert et Brugman, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden is geweest Goyart, zoen wilneer Arnts Spierinx, ende heeft geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert Wynricken Goyartssoen den droechscheerder, zijnen wittigen procureur ende factuer, gevende ende verlenende den selven Wynricken vrij ende volcomen macht ende sunderlinge bevele in zijnen name ende van zijnen wegen alsulkene gueden, erffelic ende gereet, beruerlic ende onberuerlic, als hem van Aleyten, zijnren suster, dochter wylen Arnts Spierincx voirs., naegelaten weduwe wilneer Jans van Mameren Arnts zoene, ende naederhant wittige huysvrouwe, alse leefden, Henricx Houbraken, gebleven ende aengecomen zijn, het zij mits testamente oft bij successien, die selve gueden aen te veerdene, dairaf deylinge te makene ende aen te gaene, metten genen die dair toe oic gerecht moigen wesen, ende ofs noot weer, die met recht te vervolgen, metgaders oick die ende zijn gedeelt hem, Goyarden, dair af comende ende toebehoerende, te moigen vercopene, verchieren, veste ende vorwarde dair af te doen, dair ende alsoe dat sal behoeren, ende oick mede in der vesten der selver gueden, des voirs. Goyarts gueden verbynden, ende voirts generalic allet dair inne te doene ende voirt te keeren, dat die voirs. Goyart, present wesende, selver zoude moigen doen, geloevende voirts die selver Goyart opte verbyntenisse van allen zijnen gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, den voirs. Wijnricken tot behoeff tot behoef (*aldus*) zijns ende anderen dair toe interest hebbende in toecomenden tyden, als dat hy vast ende stedich sal houden ende in zijnen name onverbrekelic doen houden allet geen ende zoe wes in zijnen name ende van zijnren wegen by den voirs. Wynricken dair inne gedaen ende

voirtgekeert sal werden, sonder ennich wederseggen oft dair tegens te comen oft te doen in enniger manieren. In kennessen der wairheit soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hieraen doen hangen.
Gegeven XXVI iulii.

R1272, fol. 409v-410r
27 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Elisabeth, filia quondam Johannis Berijs, incola ville Bekensis, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans in cetera inibi contenta legasset et reliquisset Dympne, eius sorori, legitime filie quondam Johannis Beris, tres modios vitalis pensionis, et Luytgardi, uxori legitime Johannis de Helmont, legitime filie Henrici Judoci de Nulant, duos modios siliginis etiam vitalis pensionis, capiendos et levandos singulis annis Purificationis, percipiendis ex quodam hoeva (*aldus*), sita in loco nuncupato den Appel, ad ipsam testatricem spectante, cum certis hereditatibus ad ipsam hoevam spectantibus, videlicet terris arabilibus, pascuis, pratis et terris mericalibus, sitis in diversis parochiis, Oisterwyck, Loen et Tilborch, quamdiu vixerint et vita fruerentur humana, tali conditione adserta, quod ipsa Dympna vel eius maritus non valerent neque possent seu alter eorum valeret et posset predictos tres modios siliginis vitalis pensionis vendere, mutare vel gravare aliquo modo, sed voluit et desideravit ipsa Elisabeth, testatrix, quod huiusmodi tres modii siliginis vitalis pensionis post obitum dicte Dympne devolverentur ad dictam Luytgardem, uxorem legitimam predicti Johannis de Helmont, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, et cum deinde dicta Dympna viam universe carnis esset ingressa atque sic iidem tres modii siliginis ad dictam Luytgardem devoluti essent, ut dicebant, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Helmont, tamquam maritus legitimus dicte Luytgardis, sue uxoris, et ipsa Luytgardis cum eodem Johanne, suo marito, tamquam cum suo tutore, supradictos tres et duos modios siliginis vitalis pensionis legitime supportavit Henrico die Greve, filio quondam Martini die Greve, simul cum toto instrumento atque cum toto iure, occasione promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXVII[a] iulii.

R1272, fol. 410r
29 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Gerardus, filius quondam Willelmi Wynricx sPapenzoen, pro se ipso ac pro suis fratribus et sororibus, duos modios siliginis, mensure de Zoerendonck, quos Johannes de Hochten recognoverat debere solvendos Willelmo Hoefmans ac suis heredibus annuatim Purificationis, de et ex pecia hereditatis dicta den Heynenacker, et adhuc ex agro dicto den Hageacker, sibi mutuo adiacentibus, sitis cum uno latere ad hereditatem Petri Cremers, et cum alio latere ad hereditatem liberorum Johannis Prekels , et quos duos modios siliginis predictos Henricus, filius dicti Willelmi Hoefmans, prefato Willelmo Wynricx sPapensoen, iure hereditarie supportaverat, ut videtur in litteris de Zuerendonck et Maerheze contineri, hereditarie supportavit Elisabeth, filie quondam Henrici Wouters, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum fratrum et sororum, necnon ex parte dicti quondam Willelmi Wijnricx sPapensoen ac suorum heredum deponere.
Testes Roever et Brugman, datum XXIX[a] iulii.

R1272, fol. 410r
29 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth, cum tutore, palam recognovit et publice confessa est huiusmodi quinque maldra siliginis, mensure Pelandie, que dictus Willelmus Wijnricx sPapensoen sibi annuatim solvere consueverat et tenebatur in festo Purificationis, de et ex certis suis hereditatibus in parochia de Zoerendonck situatis, fore redempta et acquitata mediante dicta supportatione duorum modiorum siliginis predictorum, promittens dicta Elisabeth, et cum ea Henricus, eius filius, indivisi super omnia et habenda dictum Gerardum, suos fratres et sorores, ac eorum bona de dictis quinque maldris siliginis, et ab ulteriori solutione eorundem, quitos, liberos et penitus absolutos, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 410v
29 juli 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Johannes, filius Johannis de Broechoven, et Yda, filia quondam Arnoldi, filii quondam Lamberti dicti die Laet, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, insimul quatuor lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer ad locum dictum die Haenwyck, inter hereditatem Mathei de Haenwyck ex uno, et inter hereditatem Johannis et Arnoldi, fratrum, liberorum quondam Johannis, filii quondam Wolteri dicti Goerlemans, ex alio, item ex agro terre, maldratam vel circiter continente, sito in dicta parochia ad locum dictum In die Rummelsche hoeve, inter hereditatem liberorum quondam Petri dicti Brocks ex uno, et inter hereditatem Henrici Berwout, hereditatem ecclesie de Gestel et quorundam aliorum ex alio, insuper hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex quodam agro terre, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Gemonden, in iurisdictione de Herlaer, ad locum dictum Op Slybeeck, inter hereditatem domicelle Margarete**,** relicte quondam Johannis dicti de Myngen, ex uno, et inter hereditatem Huberti dicti de Gerwen et quorundam aliorum hominum ibidem ex alio, hereditarie supportassent Johanni, filio quondam Hugonis Storyman, pistori, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes, filius quondam Johannis de Broechoven, et Arnoldus, filius dicti Johannis, ab ipso Johanne et supradicta Yda, sua dum vixit uxore, pariter genitus, super dictis pactionibus unius et unius modiorum siliginis, atque super toto iure ipsis in dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus quovismodo competente et competituro, et super conventione matrimoniali inter dictum Johannem et Ydam, suam uxorem, dudum facta, ad opus dicti Johannis, filii quondam Hugonis Storymans, pistoris, adhuc hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, atque quod ipsi premissis non contravenient per se, alium seu alios in iudicio, spirituali vel seculari, seu alias quocumque sito, tolore vel ingenio, omnibus dolo et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes Boert et Roever, datum XXIX[a] iulii.

R1272, fol. 410v-411r
30 juli 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Johannis dicti Floren Ghysbrechtszoen, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Petri Steenwech, pellifici, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Jacobi apostoli, et in Buscoducis libere tradendam ab omnibus precariis et exactionibus, de et ex domo, area, orto ac domo posteriori necnon ex molendino quo teritur oleum, ac hereditatibus sibi mutuo coadiacentibus, novem lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem conventus Predicatorum in Buscoducis ex uno et fine uno, et inter communem plateam alias undique adiacentibus, et qui domus, area, ortus, domus posterior, molendinum et hereditates predicti dicto venditori in sede sue viduitatis per et post mortem suorum parentum videlicet patris et matris iure successionis hereditarie advoluti sunt, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XXX[a] iulii.[108]

R1272, fol. 411r
31 juli 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Arnoldus, filius quondam Arnoldi van Vorstenbosch, dedit Marcelio de Kryeckenbeeck ad opus sui et ad opus Thome Janss. van der Donck ac alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Boert et Brugman, datum ultima iulii.

R1272, fol. 411r
31 juli 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod Geertrudis et Katherina, liberi quondam Marcelii, filii quondam Johannis Groten, pro se ipsis et pro Cornelio, eorum fratre, promisissent ut debitores principales se daturas et soluturas Heilwigi, uxori legitime Laurencii, filii Erardi Laureyns Toyt Vannyss., filie Theoderici van der Stegen, ad opus sui et ad opus suorum liberorum unum et dimidium modios siliginis annue et hereditarie pactionis, annuatim et hereditarie Purificationis, de et ex domo et orto cum suis fundo et attinenciis ac hereditatibus sibi adiacentibus, modiatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Enschot, inter hereditatem Arnoldi de Beeck ex uno, et inter hereditatem Wytmanni sGrooten ex alio, sub conditione adiuncta, quod postquam supradicti unus et dimidius modius hereditarie pactionis tribus annis fuerant persoluti, quod tunc dicti Geertrudis, Katherina, Cornelius aut eorum

[108] *in de eerste witregel van fol. 411r staat:* Dictus Petrus pretactam pactionem hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Johannis dicti Floren Ghijsbrechss., cum litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. *Daarnaast staat in de linker marge:* XIII[a] novembris anno nono, in presentia magistri Nicolai Kuyst et mei, confessus est Petrus Steenwech se desuper recipisse denarios". *Deze teksten zijn vervolgens doorgestreept, en in de linker marge is boven de tweede tekst geschreven:* Cassata est et nulla ista supportatio.

successores semper depost dum eis placuerit redimere possent, quemlibet modium cum triginta duobus peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, ut videtur in litteris de Oisterwyck contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Anthonius, filius quondam Wolteri Denys, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Geertrudis, sue uxoris, Wolterus Bacx Janss., tamquam maritus et tutor legitimus dicte Katherine, sue uxoris, et dictus Cornelius necnon Gerardus van den Staeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Cecilie**,** sue uxoris, filie dicti quondam Marcelii, super dicta potestate redimendi et acquitandi pactionem predictam, atque super toto iure ipsis in dictis litteris quovismodo competente, ad opus dicti Laurencii, filii quondam Erardi, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suarum uxorum predictarum necnon ex parte suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 411r-411v
31 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Domini Henricus de Zoemeren et Theodericus Spyse, presbiteri, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Jacobi Voegel de Amsterdammis, quindecim florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, dudum promissos dicto Jacobo a Willelmo, filio quondam Henrici de Beke, prout in litteris, legitime supportaverunt Johanni de Berkel tamquam magistro et rectori pro tempore Maioris Hospitalis in Buscoducis, ad opus pauperum eiusdem Hospitalis, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Roever et Brugman, datum ultima iulii.[109]

R1272, fol. 411v-412r
31 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Rutgerus, filius quondam Johannis de Meyelsvoirt, pro se ipso et pro Petra et Henrica, suis sororibus, filiabus dicti quondam Johannis de Meyelsvoirt, necnon adhuc idem Rutgerus atque dominus Johannes de Uden, procurator pro tempore, et soror Margareta Goyens, procuratrix pro tempore, sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, nomine et ex parte sororis Hillegondis, filie quondam Henrici Pouwels, sororis inhabitantis dicte domus, pro se ipsis et pro Woltero Vuchs, filio quondam Wolteri, Willelmus, filius quondam Arnoldi Eelkens, et Elisabeth, filia quondam Arnoldi van den Steen, pro se ipsis et pro Paulo, filio quondam Lamberti Pouwelszoen, Bessela, filia quondam Lamberti dicti Pouwelss., pro se ipsa et pro Paula et Hillegonde, liberis dicti quondam Lamberti Pouwelszoene, Lambertus, filius quondam Arnoldi Pouwelssoen, pro se ipso et pro Arnoldo, Barbara, Elsbena, Christina et Elisabeth, liberis dicti quondam Arnoldi Pouwelszoen, Johannes, filius quondam Johannis Andrieszoen alias de Zoemeren, Adrianus dictus Aben, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Petri Lambrechtssoen, Leonardus et Dyonisius, filii quondam Godefridi Henricxzoen, pro se ipsis et pro Willelmo et Margareta, liberis dicti quondam Godefridi

[109] *in de witregel tussen deze en navolgende akte staat:* Sic apportatum eadem die per eosdem scabinos.

Henricxs., Johannes et Katherina, liberi quondam Johannis de Zoemeren, et Gerardus, filius quondam Rutgeri Jacopszoen, pro se ipso et pro Willelmo Mughoevel, Godefridus dictus de Boeghen, filius quondam Wolteri, et supradicta Elisabeth, filia quondam Arnoldi van den Steen, pro se ipsis et pro liberis puberibus et impuberibus Cornelie, filie Willelmi Oels, et pro Willelmo Pauwelszoen, necnon Gerardus, Rutgerus et Elisabeth, liberi Rutgeri, filii quondam Jacobi Keelbrekers, pro se ipsis et pro Henrico, filio Pauli, filii quondam Petri Ghybens., Arnoldus, filius quondam Johannis Heren, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, et Willelmus, filius quondam Willelmi dicti die Haen, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filiarum dicti Rutgeri senioris, cum tutore, tamquam heredes et successores quondam Johannis Hals iunioris, filii quondam Johannis, et hoc iuxta tenorem testamenti eiusdem quondam Johannis Hals iunioris, unum iuger terre, olim ad dictum quondam Johannem Hals iuniorem, nunc vero ad ipsos, ut dicebant, spectans, in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum Hyntham, in loco dicto Int Legebroeck, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, et inter hereditatem Arnoldi dicti Stempels et quorundam aliorum vicinorum ibidem ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Bogart ex alio, pridem venditum Henrico dicto van den Arennest, ab Henrico et Johanne, fratribus, liberis quondam Johannis, filii quondam Henrici dicti Lemmenszoen, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Henrico Glavyman, filio quondam Willelmi Glavyman, simul cum dictis litteris et instrumentis et iure, promittentes dicti Rutgerus, Willelmus Eelkens, Elisabeth van den Steen, Bessella, Lambertus, Johannes de Zoemeren, Adrianus, Leonardus, Dyonisius, Johannes et Katherina, eius soror, Gerardus, Godefridus necnon Gerardus et Rutgerus, fratres, et Elisabeth, eorum soror, Arnoldus, Henricus et Willelmus die Haen, ut debitores principales, super omnia et habenda, et dicti dominus Johannes et soror Margareta sub obligatione omnium bonorum dicte domus sororum de Orthen, habitorum et habendorum, divisi, videlicet supradictus Rutgerus pro se et dictis Petra et Henrica, suis sororibus, pro una octava parte, atque dicti dominus Johannes et soror Margareta pro dicta sorore Hillegonde, et cum eis adhuc idem Rutgerus pro Woltero Vuchs predicto, indivisi pro secunda octava parte, dicti Willelmus Eelkens et Elisabeth van den Steen pro se ipsis et pro dicto Paulo Lambert Pouwelss.. indivisi pro tercia octava parte, dicta Bessella pro se ipsa et pro dictis Paula et Hillegonde, et dictus Lambertus pro dictis Arnoldo, Barbara, Elsbena, Christina et Elisabeth, indivisi pro quarta octava parte, dicti Johannes, filius Johannis Andriess. de Zoemeren, Adrianus Aben, Leonardus et Dyonisius pro se ipsis et pro Willelmo et Margareta, liberis Godefridi Henricxs., indivisi pro quinta octava parte, dicti Johannes et Katherina, eius soror, et Gerardus Rutger Jacopssoen pro se ipso et dicto Willelmo Mughoevel, indivisi pro sexta octava parte, dictus Godefridus de Boegen et dicta Elisabeth van den Steen adhuc pro se ipsis et dictis liberis puberibus et impuberibus dicte Cornelie, et pro Willelmo Pouwelss., indivisi pro septima octava parte, necnon supradicti Gerardus et Rutgerus, fratres, et Elisabeth, eorum soror, pro se ipsis et pro Henrico Pouwels, Peter Gybens., Arnoldus Heren, et Willelmus die Haen, indivisi pro ultima octava parte, ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte illorum pro quibus se fortes, ut premittitur, fecerant, et suorum heredum et successorum, necnon ex parte dicti quondam Henrici van den Arennest ac dicti quondam Johannis Hals iunioris ac quorumcumque aliorum suorum heredum et successorum deponere.
Testes Roever et Brugman, datum ultima iulii.

R1272, fol. 412r
31 juli 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Dicti omnes de quibus iam supra nominibus, dimidium iuger terre, olim ad dictum Johannem Hals iuniorem, nunc vero ad ipsos tamquam ad suos heredes, ut dicebant, spectans in quodam campo terre, unum iuger terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen in loco dicto die Hoighe Vliedart, inter hereditatem fabrice capelle Sancti Anthonii in Hyntham et hereditatem Henrici Glavyman Willemss. ex uno, et inter hereditatem fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis ex alio, tendente ab hereditate Herberte, relicte quondam Egidii van der Poirten, ad quandam stegam dictam die Vliedartsche stege, ut dicebant, hereditarie vendiderunt dicto Henrico Glavyman, ab eodem, promittentes per totum ut supra, notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus ad dictum dimidium iuger terre e iure spectantibus, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 412r
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Petri, filii quondam Alardi, filii quondam Petri van den Borne, quatuor et dimidium hont terre, sita in parochia de Maren

R1272, fol. 412v
2 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Alardus, filius quondam Petri van den Borne, quatuor et dimidium hont terre vel circiter, sita in parochia de Maren in loco dicto die Nederste deelen, inter hereditatem Elisabeth, filie quondam Johannis Broeszoen, ex uno, et inter hereditatem Nycolai Willemssoen ex alio, hereditarie vendidisset Arnoldo, filio quondam Reyneri Colve, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dicta quatuor et dimidium hont terre redimere et acquitare posset perpetuis temporibus cum decem et octo aureis peters, decem et novem stuvers vel valorem in alio pagamento monete nunc currente pro quolibet computando, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Petri, filii dicti quondam Alardi venditoris, necnon Arnoldus, filius quondam Theoderici Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Petre, filie dicti Petri, filii dicti quondam Alardi, dictam potestatem redimendi quatuor et dimidium hont terre predicta, hereditarie supportavit dicto Arnoldo, emptori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Alardi, venditoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Boert et Brugman, datum secunda augusti.

R1272, fol. 412v
2 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Henricus, filius quondam Rodolphi Spornyers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Anthonie, sue uxoris, filie quondam Engberti, filii quondam Petri Ghenensoen, unum iuger terre, situm iuxta conventum de Porta Celi prope Buscumducis, inter hereditatem Ghibonis dicti Keymp ex uno, et inter hereditatem olim Elisabeth dicte van der Mazen ex alio, pridem supportatum dicto Engberto, filio quondam Petri Ghenenzoen, a domina Geertrude de Nuwelant, electa abbatissa, domicellabus Heilwige Oedevaer, priorissa, Oda de Gheel, et Oda van der Meer, conventualibus conventus Sanctarum Marie Virginis et Brigitte

vidue, siti in parochia de Roesmalen ad locum dictum ten Caudenwater, prout in litteris, et quod unum iuger terre predictum pronunc situm est ibidem, inter hereditatem Christine, relicte quondam Coenrardi Keymp, ex uno, et inter hereditatem presbiterorum et clericorum domus Sancti Gregorii, siti in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, ex alio, tendens ab hereditate heredum quondam Franconis de Langel ad aquam ibidem currentem die Aa vocatam, ut dicebat, hereditarie supportavit Herberto, filio quondam Christiani Hozen, ad opus sui et ad opus Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Engberti, filii quondam Petri Gheenens., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Anthonie, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Engberti et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 413r
2 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Herbertus promisit super omnia et habenda dicto Henrico sex libras monete Purificationis proxime futuro, necnon sex consimiles libras dicte monete ac quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 413r
2 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Johannis Voet, promisit super omnia et habenda Johanni Poynenborch Henricxzoen quatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis, item quatuor consimiles florenos Pentecostes proxime futuro, et quatuor consimiles florenos Renenses a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 413r
2 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johanna, uxor legitima Anthonii, filii quondam Marcelii die Snyer, et Henricus, filius quondam Johannis van den Neep, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie dictorum Johanne et Anthonii, cum tutore, super pecia terre, sextariatam terre continente, sitam in parochia de Woenssel ad locum dictum Op Meyelsvoert, inter hereditatem Gerardi Moens alias dicti Ketheler ex uno et fine uno, et inter hereditatem Ghysberti van den Spiker ex alio, tendentem cum fine reliquo ad communem plateam ibidem, ut dicebant, atque super toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes super omnia et habenda, cum tutore, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Johanne, dicti Henrici deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 413r

20 september 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Domini Johannes de Bruxella, tamquam pater seu rector, et Marcus de Balen, tamquam procurator domus presbiterorum et clericorum Sancti Gregorii, site in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis ultra pontem Geerlaci ibidem, potentes ad infrascripta nomine et ex parte dicte domus ac domus pauperum fratrum in Buscoducis, ut dicebant, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Zoemeren, solvendam hereditarie Purificationis, et in Zoemeren tradendam, de et ex quodam manso dicto Verscher, sito in parochia de Zoemeren, inter hereditatem Gerardi de Rode ex uno, et inter communem plateam ex alio, quam pactionem Petrus, filius quondam magistri Johannis Goyartss. de Asten, erga Theodericum, suum fratrem, filium dicti quondam magistri Johannis, acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem predictam dictus Petrus dictus de Millheze, filius dicti quondam magistri Johannis Goyarts de Asten, predicto domui pauperum in Buscoducis in suo testamento legaverat, ut videtur in quodam instrumento publico videtur (*aldus*) contineri, hereditarie supportaverunt michi ad opus Jacobi de Fine, simul cum dictis[110] et instrumento aliis et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum supradicte domus presbiterorum et clericorum, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum domus presbiterorum et clericorum ac domus pauperum fratrum, presentium et futurorum, necnon ex parte dicti quondam Petri de Millheze ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Monix et Brugman, datum XX[a] septembris.

R1272, fol. 413r-413v
20 september 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Supradicti domini pater et procurator de quibus supra nominibus ut supra (*aldus*) hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Zoemeren, solvendam hereditarie Purificationis, ex manso dicto Tot Verscher, prout et quemadmodum dictus mansus ibidem situs est in parochia de Zoemeren in alto et basso, quam pactionem Petrus de Millheze, filius quondam magistri Johannis, filii quondam Godefridi de Asten, erga Rodolphum, suum fratrem, filium dicti quondam magistri Johannis, acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem predictam dictus Petrus de Millheze in suo testamento prefate domui pauperum fratrum in Buscoducis legaverat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit michi ad opus dicti Jacobi de Fine, simul cum dictis litteris, instrumento et aliis et iuribus, promittentes per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes Monix et Brugman, datum XX[a] septembris.

R1272, fol. 413v
20 september 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Johannes dictus van den Berghe, filius quondam Willelmi dicti van den Berghe, hereditarie vendidisset Rodolpho, filio quondam Godefridi dicti de Asten, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Zoemeren, solvendam hereditarie Purificationis et in Zoemeren tradendam, ex quodam manso dicto tgoet Te Verscher, sito in parochia de Zoemeren, et ex terris, pratis, pascuis, mericis et attinenciis eiusdem mansi,

[110] *in afwijking van de gebruikelijke formulering is hier vergeten het woord* litteris.

singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, prout in litteris de Buscoducis, et cum deinde Johannes, filius naturalis domini Johannis Gobbels, quem ipse dominus Johannes suscitaverat ex quadam Jutta, filia naturali Martini van den Schoet, hereditarie supportasset et resignasset Petro, suo fratri naturali, etiam filio dicti domini Johannis, quem idem dominus Johannes suscitaverat ex quadam Margareta van den Aker, supradictum unum modium siliginis hereditarie pactionis, qui vero modius siliginis dicto Johanni in litteris testamentariis advolutus fuerat a Rodolpho Goyarts van Millis, suo avunculo, ut videtur in litteris de Zoemeren lacius contineri, cumque vero depost dictus Petrus, alias dictus de Millheze, filius dicti domini Johannis, condens suum testamentum, inter cetera inibi contenta domui pauperum fratrum in Buscoducis predictum unum modium siliginis hereditarie pactionis legasset, ut videbatur in quodam instrumento contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti domini pater et procurator, de quibus nominibus ut supra, dictam pactionem unius modii siliginis hereditarie supportaverunt michi ad opus Jacobi de Fine, simul cum dictis litteris, instrumentis aliis et iuribus, promittentes per totum ut supra mutatis mutandis.
Testes, datum iam supra.

R1272, fol. 413v-414r
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Johannes Buck, filius quondam Godescalci Buck, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sitis in parochia de Berlijckem ad locum dictum Belver, inter hereditatem Henrici de Lenxvelt ex uno, et inter hereditatem Ghiselberti dicti die dorre Janszoene ex alio, quam pactionem predictam dictus Johannes Buck erga Johannem, filium quondam Johannis dicti Wautgerszoene, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Wolteri, filii quondam Wolteri de Gael, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Brugman, datum tercia augusti.

R1272, fol. 414r
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Willelmus, filius Wolteri Willemss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Henrici Danels, et ipsa Yda, cum eodem, tamquam cum suo tutore, domum, aream et quandam vacuam hereditatem sibi retro adiacentem, olim dicti quondam Henrici, sitas in Buscoducis, in platea dicta die Lange Putstraet, sub quendam conum ibidem, inter plateam dictam Corte Putstraet ex uno, et inter hereditatem Berthe, relicte quondam Arnoldi dicti die Becker, ex alio, tendentes a dicta platea die Langh Putstraet vocata ad hereditatem Heilwigis dicte de Asten ac Gerardi dicti de Uden Janss., prout premissa ibidem sita sunt, et ad dictum quondam Henricum Danelss. olim pertinere consueverant, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Aelberto, filio quondam Jacobi dicti Post, cupifici, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditario censu quatuor librarum monete, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Kuyst et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 414r
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Dictus Aelbertus promisit super omnia et habenda dictis Willelmo et Yde, eius uxori, decem et dimidiam libras monete, Nativitatis Baptiste proxime futuro, item totidem libras et quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 414r
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Idem Aelbertus promisit adhuc super omnia et habenda eisdem Willelmo et Yde, eius uxori, quatuor et dimidiam libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos, item totidem libras necnon triginta unum et dimidium consimiles peters, a Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 414r-414v
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Petrus, filius quondam Cornelii Goyartszoen, promisit ut debitor principalis Henrico, filio quondam Rodolphi van den Loeck, quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditarium censum sex librarum monete, anno quolibet hereditarie Petri ad vincula, de et ex domo, area et orto dicti Petri, sitis in Buscoducis in platea dicta die Wyntmoelenberchstraet, inter hereditatem Johannis, filii quondam Martini Paeuweters, ex uno, et inter hereditatem Guedeldis, relicte quondam Johannis de Lytt, spintrificis, ex alio, tendentibus a communi platea predicta ad hereditatem dicti Johannis, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impeticionem deponere, exceptis censu fundi atque hereditario censu undecim librarum monete, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Kuyst et Brugman, datum tercia augusti.

R1272, fol. 414v
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue quamlibet libram cum quinque et dimidia peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 414v
3 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Mathijs Brugman

Jacobus de Fine hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Marie Magdalene, et in Buscoducis libere absque precaria et aliis oneribus tradendum, ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi mutuo adiacentibus, maldratam terre vel circiter continentibus, Laurencii dicti van den Hulsberch, filii quondam Lamberti Laureynss., sitis in parochia de Doernen iuxta mericam ibidem, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Johannis dicti Snabben ex alio, item ex quodam prato eiusdem Laurencii, unum bonarium vel circiter continente, sito in dicta parochia in loco dicto In de Berct, inter hereditatem Petri dicti Loyen Geritss. ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Hermanni van den Bogart ex alio, item ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, sextariatam terre vel circiter continentibus, Johannis de Erpe, filii quondam Johannis de Erpe, sitis in dicta parrochia ad locum dictum Aent Kerceynde, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Theoderici Snoecx, ex uno et fine uno, et inter communem plateam ex alio, quem censum predictum dictus Jacobus de Fine erga Laurencium van den Hulsberch et Johannem de Erpe predictos emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Willelmi, filii quondam Zegeri Steenbecker, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dictis Laurencio et Johanni de Erpe reservata potestate redimendi censum predictum, iuxta continenciam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Brugman, datum tercia augusti.

R1272, fol. 414v
3 augustus 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Franco de Langel, filius quondam magistri Franconis de Langel, dedit Rycardo Janssoene de Boekel potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Busco et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 414v-415r
5 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Theodericus, filius quondam Godefridi Arnts Ennekens, ab eodem Godefrido et quondam Heilwige, sua uxore, filia quondam Theoderici sPapen pariter genitus, quinque et dimidium modios bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Eerssel, quos Lucas de Eyck Henricxsoen recognoverat se debere et promisisse dicto Godefrido Arnt Ennekenssoen dare et solvere anno quolibet Purificationis, levandos et percipiendos de et ex omnibus suis bonis et hereditatibus quas situatas habet infra parochias de Dusel et Eerssel, ut videtur in litteris de Erssel contineri, hereditarie supportavit Woltero, filio quondam Boudewini de Mertingen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, excepta tamen et dicto Luce de Eyck reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Kuyst et Boert, datum quinta augusti

R1272, fol. 415r
5 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Woltero adhuc promisit in casu quo dicta pactio imposterum per dictum Lucam de Eyck aut alios ab eodem potestatem habituros redimeretur pro minori precio quam scilicet dando pro quolibet modio dictorum modiorum viginti sex peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, quod tunc ipse Theodericus de illo minori pretio prefato Woltero realiter refundet et refundere tenebitur, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 415r
5 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Arnoldus Pels, filius quondam Johannis Pels, hereditarie vendidit Petro, suo fratri, filio dicti quondam Johannis, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Assumptionis Marie, et pro primo solutionis termino ab Assumptionis Marie proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendam, de et ex quodam domistadio terre, sex vasatas terre vel circiter continente, dicti Arnoldi, sito in parochia de Geffen iuxta plateam dictam die Vlyntsche straet, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Kepkens, ex uno, et inter hereditatem Rycoldi Ruelens ex alio, tendente a communi platea ad semitam ecclesie ibidem, atque de et ex duabus domibus in eodem domistadio consistentibus, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis undecim et dimidio stuferis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 415r
5 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 415r-415v
5 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Adrianus, filius quondam Johannis Goessenszoen van den Waude, ab eodem et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Godefridi Henricxs., pariter genitus, Lambertus Peterss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, et Goeswinus Gysbrechszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filiarum dictorum quondam Johannis Goessenss. et Geertrudis, sue uxoris, quecumque bona immobilia et hereditaria que ipsis seu eorum alteri per et post mortem quondam Johannis, filii dicti quondam Godefridi Henricxs., iure successionis hereditarie quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Anthonie, relicte quondam Theoderici Goyartss., simul cum toto IURE ipsis

quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum deponere.
Testes Boert et Brugman, datum quinta augusti.

R1272, fol. 415v
6 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Lucas van Erp

Theodericus de Merlair, filius quondam Bartholomei de Merlaer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Nycolai Bongyers, terciam partem ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantem in quadam domo, area et orto ac suis attinenciis, sitis in Buscoducis in vico dicto die Peperstraet, inter hereditatem Mechteldis, relicte quondam Ghiselberti Toelincx, ex uno, et inter quendam vicum dictum die Putstraet ex alio, tendentibus a dicto vico die Peperstraet vocato ad hereditatem dicte Mechteldis, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Ghysberti dicti die Cock, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes Kuyst et Erpe, datum sexta augusti.[111]

R1272, fol. 415v
6 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Ghibo, filius quondam Arnoldi, filii quondam Ghibonis, filii quondam Johannis dicti Zegerszoen, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione septem sextariorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradenda, de et ex pecia terre, septem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Oisterwyck ad locum dictum Berkel, inter hereditatem liberorum quondam Jacobi dicti Heylen ex uno, et inter hereditatem Ghibonis dicti Arnt Leytensoen et domicelli de Pereweys ex alio, item ex pecia terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Haren ad locum dictum Ghezel, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Arnoldi Wolphardi ex alio, quam integram pactionem predictam dictus Ghibo, filius quondam Johannis Zegerss., erga Nycolaum, filium quondam Johannis van den Leempoel, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Ghiselberto, filio quondam Lamberti de Gorcum, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 416r
6 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

[111] *deze akte is doorgehaald. In de linker marge staat erbij:* Cassatus est iste contractus de consensu ambarum partium. Datum 3ª januarii anno quarto.

Et poterit dictam medietatem redimere perpetue cum et mediante sedecim et dimidio florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum moderiam valuationem pro quolibet computando, necnon duobus et dimidio consimilibus stuvers, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Ghiselbertus de Gorcum hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Ghiboni repromisit, hoc salvo quod idem Ghibo huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Ghiselberto legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 416r
6 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Johannis van Boerde, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo, area et orto ac campulo terre sibi coadiacente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti supra aggerem ibidem, inter hereditatem Adriani Wychmans ex uno, et inter fundum cuiusdam molendini venti, dictum moelenwerff, ex alio, pridem venditum dicto Johanni ab Arnoldo Sparre, filio quondam Thome, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Petro Ghysen, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus, et cum arrestadiis unius anni ultimo preteriti, promittens dictus Johannes, sub obligatione duarum camerarum cum suis fundo et orto sibi retro adiacentibus, ad ipsum Johannem spectantibus, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem, infra ambas portas ibidem, ad locum dictum Opte Hostadt, inter hereditatem Johannis van der Stappen ex uno, et inter hereditatem Arnoldi, filii Peter Stevenss., multoris, ex alio, tendentibus alias ad Dyesam ibidem currentem, warandiam, omnes obligationem et impetitionem et satisfacere, excepta tamen et dicto Arnoldo Sparre reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes Busco et Boert, datum octava augusti, cum condicione communi et consueta.[112]

R1272, fol. 416r-416v
7 augustus 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Wolterus de Vucht, filius quondam Wolteri de Vucht, et Rutgerus, filius quondam Johannis de Meyelsfoirt, tamquam heredes quondam Willelmi Hals, filii quondam Willelmi, et quondam Johannis dicti Hals, filii quondam Johannis dicti Hals, et eo nomine potentes ad infrascripta, ut dicebant, quatuor libras hereditarii census de sex libris hereditarii census de hereditario censu duodecim librarum monete, solvendo anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, ex manso quodam quondam Theoderici van den Broeck, dicto Quade Brede, sito in parochia de Rode Sancte Ode, apud mericam, et ex attinenciis eiusdem mansi ubicumque locorum consistentibus, atque ex novemdecim lopinatis terre atque ex tribus pascuis dictis koeweyden et octo plaustratis feni vel circiter sibi coadiacentibus, olim Henrici dicti de Kuyc, sitis in parochia de Rode, inter hereditates Henrici dicti de Kuyck et liberorum eius ex utroque latere, insuper ex medietate Elisabeth de Palude, filie dicti quondam Theoderici van den Broeck, in sede sue viduitatis, per mortem quondam Katherine, sue sororis, iure successionis hereditarie advoluta in manso quodam dicto Ten Huls, sito in parochia de Rode prope Lyemde, quem censum duodecim librarum ultimodictum dicti Willelmus Hals, filius quondam Willelmi, et Johannes Hals, filius quondam Johannis Hals, erga Engbertum dictum van den Yvelair, filium quondam Willelmi dicti van den Yevelair, dudum acquisierat, prout

[112] *deze regel is geschreven door een andere hand.*

in litteris, de quibus vero sex libris hereditarii census predicti relique due libre sororibus de Orthen, domus Sancti Andree in Buscoducis, per et post mortem dicti Johannis Hals iure successionis hereditarie advolute sunt, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Johanni de Balen ad opus sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum quondam Willelmi Hals et Johannis Hals et suorum heredum deponere.
Testes Busco et Brugman, datum VII[a] augusti.

R1272, fol. 416v
7 augustus 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Wolterus de Vucht, filius quondam Wolteri, predictus, necnon sorores Elisabeth Carnauws, submater, Margaretha Goyens, procuratrix, Agatha Wouters et Hilla Pauli, sorores inhabitantes sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, in presencia et de expressis consensu et voluntate dominorum Johannis de Uden et Nycolai de Ravensteyn, presbiterorum et fratrum pro tempore inhabitantium dicte domus, patre vero et matre dictarum sororum pro tempore infirmis et egrotantibus, cum tutore, duas tercias partes ad ipsos et dictas sorores, ut dicebant, spectantes in annua et hereditaria pactione tredecim lopinorum siliginis, olim quondam Johannis Hals, mensure de Zonne, quam pactionem Willelmus, filius quondam Arnoldi dicti van der Heymoeden, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Henrico, filio quondam Johannis Rycoutss. de Os, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Zonne traditurum, ex medietate cuiusdam agri terre dicti Werners acker, siti in parochia de Zonne, inter hereditatem Theoderici dicti Diddensoen ex uno, et inter hereditatem dictam Truden acker, spectantes ad bona dicta Te Vroenhoven ex alio, pridem data ad hereditarium pactum dicto Willelmo ab Henrico predicto pro dicta pactione, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Rutgero de Meyelsfoirt, filio quondam Johannis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes dicti Wolterus et sorores, videlicet dictus Wolterus super omnia et habenda, et dicte sorores sub obligatione omnium bonorum dicte domus, habitorum et habendorum, ratam servare, et quod ipsi omnes obligationem et impetitionem, videlicet dictus Wolterus ex parte sui, et dicte sorores ex parte earum et dicte domus ac sororum eiusdem, presentium et futurarum, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 416v-417r
7 augustus 1504
Willem van den Bosch en Mathijs Brugman

Wouter van Vucht ter eenre, ende Rutger van Meyelsvoert ter andere zijden, op allen twisten ende gescillen als tusschen beyden zijn oft noch naemaels moigen oprysen, hoedanich die wesen muchten, aengaende den gueden, gebleven van Jan Hals etc., hebben zij hen compromitteert ende verbonden, in eerbare maniere, te wetene die voirs. Wouter in meester Jannen van Vladeracken ende Jannen Kanapart, ende die voirs. Rutger in Jannen van Hedel ende Jacoppen van der Eynden, als in mynlijke arbiters, et promiserunt dicte partes sub pena duodecim novorum aureorum florenorum archiducis Philippi sibi mutuo mediatim domino nostro archiduci et mediatim sororibus de Orthen ratam servare totum id et quidquid per dictos electos arbitros desuper unanimiter pronuntiatum et arbitratum fuerit, absque dolo.

Testes, datum supra.[113]

R1272, fol. 417r
8 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Johannes, filius quondam Johannis Gheris, peciam terre siliginee, sitam in parochia de Berchen ad locum dictum Opt Runssel, inter hereditatem Marcelii Colen ex uno, et inter hereditatem Johannis Henricxs. de Haren ex alio, tendente ab hereditate Johannis Arntss. ad hereditatem Lamberti Arntss., prout dicta pecia terre ibidem sita est et ad dictum Johannem pertineri dinoscitur, ut dicebat, hereditarie vendidit Nycolao, filio quondam Henrici Bitss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere similiter, exceptis circumspectionibus ad predictam peciam terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Kuyst et Monix, datum octova augusti.

R1272, fol. 417r
8 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Udo de Bruheze unum iuger terre, situm in parochia de Littoyen ad locum dictum In Walborgen kempken int Bynnenvelt, inter hereditatem dicti Udonis ex uno, et Arnoldi Berntss. ex alio, quod unum iuger terre predictum Johannes de Tuyll, filius quondam Johannis, prefato Udoni dudum hereditarie vendiderat et supportaverat, ut videtur in litteris de Littoyen contineri, hereditarie supportavit michi ad opus conventus Predicatorum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 417r
8 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Henricus, filius quondam Henrici Schoemekers, promisit super omnia et habenda Ghysberto Dircxs., pistori, septuaginta quinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia monete nunc currente pro quolibet computando, Ephiphanie (*aldus*) Domini, et sexaginta quatuor consimiles florenos Renenses Jacobi apostoli proxime futura persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 417r
8 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Aelbertus dictus Abe van der Perre promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Godefrido, filio quondam Hessellonis dicti Rademecker de Lyemde, et Paulo, filio quondam Henrici dicti Aelbrechssoen, pistori, hereditariam

[113] *rechts in de witregel onder deze akte is geschreven:* supradicti tres contractus sunt sic apportati per eosdem scabinos cum quadam cedulla de manu Johannis Balen, VII.

pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradituram, ex quodam domistadio, sito in parochia de Bucstel ad locum dictum Groter Lyemde, inter hereditatem Willelmi dicti van den Velde ex uno, et inter communem plateam ibidem ex alio, prout in litteris, et cum deinde Reynerus Krekelmans ac Elisabeth, sua uxor, legitima filia quondam Johannis Pels, dictam pactionem dimidii modii siliginis Johanni de Baecx donatione inter vivos absque spe aliquam revocandi, dedissent, contulissent et donassent, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Baecx dictam pactionem hereditarie supportavit Willelmo, filio Thome de Broegel, tinctori, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 417v
9 augustus 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Cornelii dicti Schoemekers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti Thoniss., et Johannes, filius quondam Wolteri dicti van der Quadewass, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue filie[114] quondam Willelmi Janss., hereditarie vendiderunt Johanni Keymp, filio quondam Johannis Keymp, ad opus Mechteldis, sue matris, relicte dicti quondam Johannis Keymp, hereditarium censum quindecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, et novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, pro XX^{ti} quinque stuferis, et aliam pecuniam pronunc valuatam nae advenande, solvendum hereditarie Michaelis archangeli, et pro primo solutionis termino a Michaelis archangeli proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque precariis ac ceteris oneribus et exactionibus libere tradendum, ex domo, area, horreo et orto predicti Johannis, sitis in parochia de Eyndoven in loco dicto In den Bleeck, inter muminen dictum die Vest opidi Eyndoviensis ex uno, et inter communem plateam ex alio, tendentibus ad hereditatem Johannis Ketheler cum uno fine, item adhuc ex quodam horreo ac eius fundo et orto sibi adiacente, eiusdem primodicti Johannis, sitis ibidem ultra plateam predictam, inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Johannis Thonijs, ex uno, et inter hereditatem Petri Doerkens ex alio, tendentibus ab hereditate Petri de Eyck ad dictam plateam, item ex quodam agro terre, eiusdem primodicti Johannis, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Blaerthem Sancti Lamberti, inter hereditatem liberorum quondam Aleidis Noykes ex uno, et inter hereditatem Petri de Audenhoven ex alio, tendente ab hereditate reliqua primodicti Johannis ad communem viam, item ex domo, aera, domo posteriori, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, secundodicti Johannis, sitis infra opidum Eyndoviensis, ad locum dictum Aenden Corten Steenwech, inter hereditatem Johannis Steenwech ex uno, et inter communem plateam et hereditatem Marie, relicte quondam Johannis de Acht, ex alio, tendentibus a communi platea ad munimen dicti opidi Eyndoviensis, ut dicebat, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno grosso antiquo et tribus antiquis denariis, aude zwarten vocatis, ex dictis bonis primodicti Johannis, atque uno grosso antiquo census fundi et dimidio modio siliginis

[114] *tussen de woorden* sue *en* filie *is waarschijnlijk het woord* uxoris *vergeten.*

hereditarie pactionis ex dictis bonis secundodicti Johannis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Erpe et Brugman, datum IX[a] augusti.

R1272, fol. 417v
9 augustus 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum ducentis et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes Keymp nomine dicte Mechteldis, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Mechteldi legitime preintimabunt ac preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 418r
9 augustus 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus iam precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes, filius quondam Cornelii Schoemekers, et Johannes, filius quondam Wolteri van den Quadewass, palam regnoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt quod videlicet primodictus Johannes, filius quondam Cornelii, undecim florenos Renenses, et secundodictus Johannes, filius quondam Wolteri, quatuor florenos Renenses hereditarii census de dicto hereditario censu quindecim florenorum Renensium exnunc deinceps dabunt et solvent, rediment et acquitabunt, dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebuntur ac tenebitur eorum alter, quod uni ab alio ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 418r
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes Brant dedit michi ad opus Jacobe, uxoris legitime dicti Johannis, et domini Henrici Brant, fratris eiusdem Johannis, ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 418r
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes, filius Wolteri dicti Jannes, Johannes Post, filius quondam Johannis Post, et Henricus, filius quondam Johannis Eyckmans, commorantes supra Dungen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Henrico, filio quondam Henrici Boyens, triginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 418r
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Hillegondis, filia quondam Lamberti Philipss., ab eodem quondam Lamberto et Bela, sua uxore, pariter genita, cum tutore, quecumque domus utensilia et bona parata, haeflike gueden communiter vocata, que sibi per et post mortem dictorum quondam Lamberti et Bele, sue uxoris, videlicet patris et matris dicte Hillegondis, iure successionis hereditarie advoluta sunt, quocumque locorum repienda, exceptis tamen et dicte Hillegondi reservata de premissis dumtaxat quodam lecto cum suis pertinentibus, tribus et duobus pulvinaribus, tribus cussinis dictis zitten cussen, cum armis dictis met vuesten, et duobus huiusmodi cussinis cum armis dictis met papegayen, ut dicebat, hereditarie supportavit Elisabeth, sue sorori, filie Lamberti et quondam Bele predictorum, ad opus sui et ad opus Petri, sui fratris, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 418r
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Epina, relicta quondam Henrici Bull alias dicti Pess., promisit super omnia et habenda michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci, domus Beate Marie Virginis ad Castrum, site in Buscoducis ad locum dictum den Ulenborch, centum et sexaginta florenos Renenses, viginti stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi florenorum computando, a festo Nativitatis Domini proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 418v
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Gerardus, filius naturalis domini Willelmi Boest, filii quondam magistri Gerardi Boest, in presencia et de expressis consensu et voluntate Anthonii Boest, filii dicti quondam magistri Gerardi, et Johannes de Os Hermanss., maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Katherine, sue uxoris, filie quondam Florencii Heerman, ab eodem et quondam domicella Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam magistri Gerardi Boest, pariter genite, tamquam proximorum de sangwine supradicti Gerardi naturalis, ymmo propter notorium commodum et meram oportunitatem eiusdem Gerardi naturalis, ut ipsi asserebant, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione sex modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem iamdictam Johannes Suyskens, filius quondam Johannis Suyskens, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum domicelle Heilwige, relicte dicti quondam magistri Gerardi Boest, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis traditurum, ex manso quodam, sito in parochia de Dynther ad locum dictum Vorstenbosch, inter communem stegam ex uno, et inter hereditatem dictam Coppenbeempt ex alio, tendente a communitate de Dynther ad hereditatem Mathie de Zochel, quadam hereditate, dicta enen wall, ibidem interiacente, simul ex medietate eiusdem hereditatis, wall vocate, item ex prato quodam, dicto dat Steeghbeempken, sito ibidem inter hereditatem dictam die Bontmekers hoeve ex uno, et inter communem stegam ex alio, atque ex omnibus et singulis terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentiis ceterisque iuribus et attinenciis eiusdem mansi, quocumque

locorum consistentibus, pridem datis ad hereditarium pactum dicto Johanni Suyskens a domicella Heilwige predicta, pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, necnon de et ex omnibus aliis bonis eiusdem Johannis Suyskens, quocumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, prout in litteris, et quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predictum dicta domicella Heilwigis in suo testamento prefato Gerardo naturali pure propter Deum et in puram elemosynem legaverat et reliquerat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci, domus ad Castrum Beate Marie Virginis, site in Buscoducis ad locum dictum den Ulenborch, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam domicelle Heilwigis, sue avie et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, cum conditione consueta. Testes Boert et Brugman, datum IX[a] augusti.[115]

R1272, fol. 418v-419r
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Anthonius Boest et Johannes de Os Hermanss. palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda michi ad opus dictarum sororum promiserunt in casu quo imposterum dictus unus modius siliginis hereditarie pactionis eisdem sororibus via iuris evincetur, et hoc per fratres seu sorores dicti Gerardi naturalis aut per proximiores heredes dicte domicelle Heilwigis, quod extunc huiusmodi sic facta, dicti Anthonius et Johannes prefatis sororibus adstatim solvent et refundent solvereque et refundere tenebuntur summam vero quadraginta florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia, monete nunc currente pro quolibet computando, quibus sic solutis et refusis, dicte sorores dictum unum modium siliginis hereditarie pactionis prefatis Anthonio et Johanni resupportabunt et resupportare tenebuntur, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte domus deponere promittent, prout sorores Mechteldis de Bucstel, mater, Dympna de Bucstel, procuratrix, et Anthonia, filia Johannis de Loen, conventualis, dicte domus, nomine earum et eiusdem domus et quarumcumque aliarum sororum dicte domus, hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum eiusdem domus prefatis Anthonio et Johanni repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 419r
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Anthonius Boest, filius quondam magistri Gerardi Boest, ab eodem et quondam domicella Heilwige, sua uxore, pariter genitus, et Johannes de Os Hermanss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Katherine, sue uxoris, filie quondam Florencii Heerman, ab eodem et quondam domicella Elisabeth, sua uxore, filia dictorum magistri Gerardi et domicelle Heilwigis pariter genite, tres modios siliginis hereditarie pactionis ad ipsos, ut dicebant dicebant (*aldus*), spectantes, in dicta hereditaria pactione sex modiorum siliginis, de qua in contractu .A. signato mentionatur, et fiat narratio ex eodem ut in forma, hereditarie supportaverunt michi ad opus dictarum sororum, simul cum dictis litteris et iure, occasione promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex

[115] *in de linker marge staat bij deze akte:* . A .

parte eorum et dicte domicelle Katherine necnon ex parte dicte quondam domicelle Heilwigis ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 419r-419v
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Sorores Mechteldis de Bucstel, mater, Dympna de Bucstel, procuratrix, et Anthonia, filia Johannis de Loen, conventualis, sororum tercie regule Sancti Francisci, domus ad Castrum Beate Marie Virginis, site in Buscoducis ad locum dictum den Ulenborch, cum tutore, in presencia et de expressis consensu et voluntate fratris Huberti de Herentals, earum confessoris, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, ex hereditate quadam dicta die Wyelshem, quinque iugera terre vel circiter continente, sita in parochia de Orthen iuxta locum dictum die Donck, inter aggerem ibidem ex uno, et inter dictum locum die Donck vocatum ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Fyoleer ad communem aquam ibidem, die Meer vocatam, et ex piscaria in eadem existente, insuper ex medietate unius et dimidii bonariorum prati, sitorum in parochia de Roesmalen, inter hereditatem magistri Gerardi Hoernken ex uno, et inter hereditatem Nycolai dicti Coel Keyser et Henrici Kuyst ex alio, item ex quadam pecia terre, sita in dicta parochia in hereditate quondam Arnoldi Heymer, depost Hermanni de Bronchorst, quam pactionem predictam Rutgerus de Arkel ad opus dictarum sororum tercii ordinis Sancti Francisci in Buscoducis supra locum dictum Ulenborch commorantium erga magistrum Gerardum Boest emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Anthonio Boest, filio dicti quondam magistri Gerardi Boest, et Johanni de Os Hermanssoen, marito et tutori legitimo domicelle Katherine, sue uxoris, filie quondam Florencii Heerman, ab eodem et dicte quondam domicella Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam magistri Gerardi Boest, pariter genite, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes, cum tutore, sub obligatione omnium bonorum dictarum sororum seu domus predicte, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte domus et quarumcumque aliarum sororum eiusdem domus, presencium et futurarum, deponere.
Testes Boert et Brugman, datum IX[a] augusti.

R1272, fol. 419v
deze akte is onvolledig; in de marge staat vacat

Matheus, filius quondam Aelberti de Berse, Arnoldus Paeuweter, filius quondam Henrici, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, et Franco de Langel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filiarum dicti quondam Aelberti de Berse, dederunt michi ad opus Johannis Bacx

R1272, fol. 419v
9 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Matheus, filius quondam Aelberti de Berze, et Franco de Langel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Aelberti, pro se ipsis et pro Arnoldo Paeuweter, tamquam marito et tutore legitimo Agnetis, sue uxoris, filie eiusdem quondam Aelberti, pro quo se fortes fecerunt, dederunt potestatem monendi mihi ad opus Johannis Bacx, quoscumque census, pactiones, redditus et credita quecumque ipsos pariter

concernentes atque etiam dumtaxat ad dictum Matheum spectantes, que eis debentur ac debebuntur a personis quibuscumque etc. ut in forma, usque ad revocationem, hoc salvo quod dictus Johannes Bacx de suis perceptis et levatis iustum computum, rationem legalem ac satisfactionem realem prefatis Matheo, Franconi et Arnoldo ad eorum requestam semper prestabit et prestare tenebitur, absque contradictione.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 419v
12 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes Glavyman Willemss., calcifex, promisit super omnia et habenda Giselberto, filio quondam Lamberti de Gorcum, quadraginta duos et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum XII^{a} augusti.

R1272, fol. 419v-420r
13 augustus 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Wy Erpe et Roever, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelycken dat huyden sdaigs datum sbriefs voir ons gestanden is geweest Jan van Elderen ende heeft gekent ontfangen te hebbene van Anthonyssen Hinckart, onderscouthen der stat voirs., nae uuytwysen zijnre hilixer vorwarden, die somme van achthondert Rijnsgulden, ende die voirs. Jan schaut dair af quyt den voirs. Anthonyssen ende alle andere dair af quitancie behoevenden. In kennessen der wairheit soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven XIII^{a} augusti.

R1272, fol. 420r
14 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Petrus Poynenborch, filius quondam Petri Poynenborch, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Petri Goyartss., quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Assumptionis Marie, et pro primo solutionis termino a crastina die ultra annum, de et ex quodam prato, quatuor plaustratas feni vel circiter annuatim portante, sito in parochia de Bucstel ad locum dictum Aen de Roent, inter hereditatem domini Henrici de Tongeren, presbiteri, ex uno, et inter hereditatem Martini, filii Andree Corstiaens, ex uno, tendente a communi via ad hereditatem Katherine dicte Moelengraefs, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et quatuor lopinis siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum XIIII^{ta} augusti.

R1272, fol. 420r
14 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro Poynenborch repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 420r
14 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Mathias Brugman hereditarie vendidit Henrico Glavyman Willemss. hereditarium censum quinque aureorum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, boni auri et iusti ponderis, vel XX^{ti} octo stuvers aut valorem eorundem in alia pecunia monete pronunc valuate pro quolibet computando, solvendum hereditarie Bartholomei apostoli, de et ex quodam manso eiusdem Mathie, venditoris, sito in parochia de Vucht Sancti Petri ad locum dictum Opte Hoeven, atque de et ex attinenciis et iuribus eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad XX^{ti} quinque stuferos ascendentibus, et hereditaria pactione duorum et dimidii modiorum siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione, quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue dum sibi placuerit, cum et mediante octuaginta consimilibus florenis Renensibus vel valorem eorundem in pecunia superius specificata, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, si que protunc restiterint solvenda de censu predicto.
Testens Jordanus de Boert et Geerlacus die Roever, datum decima quarta die mensis augusti.

R1272, fol. 420v
14 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Henricus, filius quondam Henrici die Coster, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Oirle, quam pactionem Theodericus, filius naturalis quondam Ghiselberti dicti Staeckmans, promiserat Lamberto de Doernen, filio Christiani, ad opus Ghiselberti, Hille, Heilwigis, Katherine et Elisabeth, liberorum Theoderici, filii naturalis quondam Ghiselberti Staecmans, quod ipse daret et solveret dictis suis liberis anno quolibet hereditarie Purificationis, et in parochia de Oirle traderet ex pecia terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Oirle ad locum dictum den Eyndelenbeempt, inter hereditatem Petri dicti Michielssoen van den Brande ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Meeus et domus de Postula ex alio, et quam pactionem predictam Theodericus, filius quondam Ghiselberti, filii quondam Theoderici, filii naturalis quondam Ghiselberti dicti Staeckmans, pro se et Jutta, sua sorore, Katherina et Elisabeth, sorores, liberi dicti quondam Theoderici, et Paulus, filius dicte Elisabeth, Laurencius, filius quondam Gerardi Laureynszoen, Katherina, filia quondam Theoderici de Merlair, et Johannes, filius quondam Johannis van den Parre, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti, filii dicti quondam Theoderici, dudum supradicto Henrico, filio quondam Henrici die Coster, hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Paulo, filio quondam Pauli Jan Abens., ab eodem et dicta Elisabeth pariter genito, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam

servare, obligationem et impetitionem ex parte sui in dicta pactione existentes ac eventuras deponere.
Testes Boert et Brugman, datum XIIII^{ta} augusti.

R1272, fol. 420v
17 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius Willelmi Hoernkens, hereditarie vendidit Woltero, filio quondam Petri van den Loeck, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Assumptionis Marie, et in Buscoducis tradendam, de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus partim arabilibus et partim pascualibus sibi mutuo adiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Bucstel in tribunali de Lyemde ad locum dictum Casteren, inter hereditatem Johannis van der Stappen ex uno, et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Johannis de Mulsen ad hereditatem magistri Henrici Eyckmans, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditaria pactione septem sextariorum siliginis et duorum sextariorum ordei, hereditaria pactione novem lopinorum siliginis et novem lopinorum ordei, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XVII^{a} augusti.

R1272, fol. 420v-421r
17 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX^{ti} octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, moderni archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 421r
deze akte is onvolledig

Henricus, filius quondam Johannis Pouwelszoen, pistor

R1272, fol. 421r
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum Johannes Pynappel, filius quondam Mathei Pynappel, relictus quondam Heilwi

R1272, fol. 421r
17 augustus 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum domini Henricus de Essche et Willelmus de Petershem, presbiteri, domum et domustadium (*aldus*) terre unacum terra arabili dicta Roglant ad premissa spectantes, prout premissa ad locum dictum Op Amstel in parochia de Os sita sunt, inter hereditatem Theoderici Janss. ex uno, et communem plateam ex alio, hereditarie supportasset Henrico, filio quondam Johannis Pouwelssoen, prout in litteris, cumque Johannes Pynappel, filius quondam Mathei Pynappel, relictus legitimus Heilwigis, sue uxoris, usufructum sibi competentem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, olim Johannis, filii quondam Wynrici van den Heck, octo hont terre vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia de Os ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Johannis de Amstel ex uno, et inter communem vicum ex alio, item in dimidio iugere terre, olim Nycolai, filii dicti Johannis, filii quondam Wynrici, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem Johannis Rutten ex uno, et inter hereditatem Henrici de Ben ex alio, item adhuc in dimidio iugere terre, olim Johannis Nycolai, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem dicti Johannis de Loen ex uno, et hereditatem heredum quondam Yngrami de Doerne ex alio, legitime supportasset Matheo, filio Johannis Pynappel et quondam Heylwigis predictorum, ad opus sui et ad opus Johanne, filie eorundem Johannis et quondam Heilwigis, et cum deinde dictus Matheus pro se et dicta Johanna, sua sorore, iampremissa hereditarie supportasset dicto Henrico, filio quondam Johannis Pouwelssoen, pistori, prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus, filius quondam Johannis Pouwelssoen, pistor, premissa sibi in dictis litteris, ut premittitur, supportata, hereditarie supportavit Johanni Arntssoen multori, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, et cum eo Johanna, eius filia, cum tutore, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere; promiserunt indivisi insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris, de et ex premissis plus fore solvendum quam hereditaria pactio duorum modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, rectori altaris Beati Georgii, siti in hospitali de Oirschot, hereditaria pactio unius modii siliginis Henrico de Daventria, et hereditarius census sex librarum monete liberis seu heredibus quondam Lamberti Corstiaenss., annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebant, hoc plus dicti Henricus et Johanna, eius filia, prefato Johanni, filio quondam Arnoldi, multori, penitus deponent.
Testes Roever et Brugman, datum supra.[116,117]

R1272, fol. 421r-421v
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd; hij is tevens doorgehaald. In de marge: vacat

Notum sit universis quod cum ita actum esset et fiat usque finem sub forma breviori relacio, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus, Johannes et Johanna, eius liberi, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Johanni Arntssoen adhuc promiserunt quod ipsi quecumque arrestadia que adhuc de dictis pactionibus duorum et unius modiorum siliginis et dicto censu sex librarum restant solvenda seu cesserunt usque in diem hodiernam et huiusmodi pactiones seu census annales que adhuc occasione dictarum

[116] *in de linker marge staat bij deze akte:* . A .
[117] *deze akte is doorgehaald. In de linker marge staat, d.d. 18 februari 1505:* XVIII[a] februarii anno quinto, in presentia Campen et Langel, et de mandato partium cancellatus est presens contractus.

pactionum et census cedent seu provenient solvendi infra hinc et a Purificationis proxime futuro, ultra annum videlicet usque idem festum Purificationis ultra annum exclusive dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur, sic et taliter quod dicto Johanni Arntss. ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.

R1272, fol. 421v
17 augustus 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu .A. signato et fiat relacio ex eodem, usque finem, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus et Johanna, eius filia, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Johanni Arntssoen, multori, adhuc promiserunt quod ipsi quecumque arrestadia que adhuc de dictis pactionibus duorum et unius modiorum siliginis et dicto censu sex librarum restant solvenda seu cesserunt, usque in diem hodiernam, atque huiusmodi pactiones et census annales qui adhuc occasione eorundem pactionum et census cedent seu provenient solvenda infra hinc et festum Purificationis proxime futurum inclusive, dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur, sic et taliter, quod dicto Johanni Arntss., multori, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Roever et Brugman, datum XVIII[a] augusti.[118]

R1272, fol. 421v
17 augustus 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Dictus Johannes Arntss., multor, promisit super omnia et habenda dicto Henrico viginti quinque peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, infra hinc et Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 421v-422r
17 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Geerlacus, filius quondam Johannis de Rycxstel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Wolteri, filii quondam Godefridi Goeswijnszoen, quatuordecim vasa siliginis hereditarie pactionis de hereditarie pactione quinque modiorum et trium lopinorum siliginis, mensure de Waderle, de octo modiis siliginis et dimidio modio boni et dativi bladi, mensure predicte, quos octo et dimidium modios siliginis et dimidium modium bladi Gysbertus, filius quondam Godefridi Goeswijnssoen, se debere et solvere promisisse Theoderico Mossus, eius sororio, et Mechteldi, eius uxori, filie quondam Godefridi Goeswijns, hereditarie Purificationis ex hereditate dicta Gelage, cum domibus supra eandem stantibus, que fuerat quondam Godefridi Goeswijns, sita in parochia de Waderle, item ex medietate agri terre dicti den Boschacker, siti in parochia predicta, item ex medietate agri dicti dat Buchtken, siti in dicta parochia, item ex agro terre dicto dat Cloetken, sito in parochia predicta, item ex hereditate Driessche vocata, dicta Smeelen, sita in parochia predicta, item ex pecia terre mericalis, sita in parochia predicta, item ex pecia prati

[118] *deze akte is doorgehaald. In de linker marge staat:* XVIII[a] februarii anno quinto, in presentia Campen et Langel, et de mandato partium cancellatus est presens contractus.

dicta die Steetrompt, sita in dicta parochia, item ex pecia prati, dicta die Berct, siti in parochia de Waderle predicta, et de qua pactione quatuordecim vasorum siliginis predicta dictus Geerlacus duas tercias partes erga Henricum, filium quondam Johannis Pouwelss., maritum legitimum Johanne, sue uxoris, et Johannem, filium quondam Johannis Belyen, maritum legitimum Aleidis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Wolteri, acquisierat, prout in litteris, et que pactio primodicta cum certis aliis bonis dicto Geerlaco mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos coheredes dudum habita, in partem cesserat, ut videtur in litteris de Geldrop contineri, hereditarie supportavit domino Nycolao Hoyberchs. presbitero, simul cum dictis litteris aliis et iuribus et iure (*aldus*), occasione promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere, excepta tamen una spinta (?) si et in quantum eadem de dictis quatuordecim vasis siliginis de iure minus debeatur, ut dicebat, cum conditione consueta.
Testes Busco et Boert, datum supra.

R1272, fol. 422r
20 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum Lambertus et Arnoldus, fratres, liberi quondam Engberti van den Hezeacker, duas quartas partes ad ipsos spectantes in quodam manso, olim dicti quondam Engberti, sito in parochia de Haren ad locum dictum Belveren ad locum dictum Aen den Hezeacker, atque in iuribus et attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac solvendis, simuleciam in quibuscumque bestiis et pecoribus ad et supra eundem mansum existentibus, prout et quemadmodum premissa omnia et singula ad dictum quondam Engbertum pertinere consueverant, et idem Engbertus in eisdem decessit, demptis tamen de premissis et prolibus legitimis quondam Goeswini de Beeck, ab eodem quondam Goeswino et Margareta, sua secunda uxore, filia dicti quondam Engberti, pariter genitis, reservatis, duabus peciis terre pascualis, sitis in dicta parochia de Haren ad locum predictum Belveren vocatum iuxta repagulum dictum den dreyboem, atque tercia parte cuiusdam prati, siti in palude dicta in Noirtbroeck, hereditarie supportassent Beatrici, filie dicti quondam Engberti van den Hezeacker, et Petro Toelinc, filio quondam Ghysberti, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Beatrix, cum tutore, medietatem totamque et omne ius ad ipsam, ut dicebat, spectantes in manso ac eius iuribus et attinenciis predictis, hereditarie supportavit dicto Petro Toelinc, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto Arnoldo, filio quondam Engberti van den Hezeacker, reservata sua hereditaria pactione quinque et dimidii modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, quam pactionem dicta Beatrix et Petrus prefato Arnoldo pridem exinde promiserant iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum; promisit insuper dicta Beatrix, cum suo tutore predicto, sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex dicto manso et eius attinenciis predictis plus fore solvendum quam dicta pactio quinque et dimidii modiorum siliginis et onera infrascripta, videlicet unus grossus antiquus census fundi domino duci, dimidius grossus antiquus domino de Bucstel, unus grossus antiquus vel circiter iuratis in Haren, item unus grossus antiquus vel circiter domino de Braken, item due et dimidia libre pagamenti cuidam Hospitali Pauperum Virorum sito in Buscoducis ad locum dictum Opten Papenhuls, item due libre pagamenti pauperibus domesticis tronci iuxta capellam Sancte Barbare in Buscoducis, item unum sextarium siliginis conventui de Porta Celi prope Buscumducis, atque hereditaria pactio duorum modiorum siliginis Thome Henric Maeszoen, annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, aut si dicto Petro de dicto manso et eius attinenciis predictis imposterum iuridice

aliquid evincentur, quod ipsa Beatrix hoc plus et dampna ex huiusmodi evictione evenientia portabit et portare tenebitur pro una quarta parte, absque dolo.
Testes Busco et Boert, datum XX[a] augusti.

R1272, fol. 422v
20 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Petrus Toelinck, filius quondam Ghysberti Toelinck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, hereditarie vendidit Goeswino van den Hezeacker hereditarium censum decem et octo florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento monete iam valuate pro quolibet computando, solvendum hereditarie Jacobi apostoli, ex quodam manso eiusdem Petri, sito in parochia de Helvoirt ad locum dictum den Dystelberch, atque de et ex iuribus et attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, duobus lopinis siliginis, duobus sextariis siliginis, et dimidio modio siliginis hereditariarum pactionum, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XX[a] augusti.

R1272, fol. 422v
20 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Et poterit redimere perpetue cum tricentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 422v
22 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Daniel, filius quondam Johannis Geritszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Guedeldis, sue uxoris, filie quondam Johannis Huyben, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Heymerici Scepens, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, de et ex quodam prato, unum bonarium prati vel circiter continente, sito in parochia de Vessem, inter hereditatem liberorum quondam Goeswini de Baelen seu eius heredum ex uno, et inter hereditatem Heylwigis, relicte quondam Petri Dirck Heylen, et Willelmi dicti van den Hove ex alio, tendente ab hereditate Wolteri van den Dyck ad hereditatem Lipperti van den Hove, quadam via interiacente, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Roever, datum XXII[da] augusti.

R1272, fol. 422v
deze akte is onvolledig

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout

R1272, fol. 422v
22 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut mediatim et mediatim videlicet quemlibet huiusmodi florenorum cum sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 422v
22 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Arnoldus Remmen, Henricus de Heze, Theodericus Geritss. van Monwyck et Christianus, filius quondam Henrici Corstiaens, promiserunt indivisi super omnia et habenda Nycolao Pels viginti quatuor florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 423r
22 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Wolterus, filius quondam Jacobi Stynens., promisit super omnia et habenda Petro Toelinc undecim florenos Renenses, XX^{ti} st. vel valorem pro quolibet computando, et unum huiusmodi stuferum, mediatim Remigii confessoris et mediatim Nativitatis Domini proxime futura persolvendos.
Testes Busco et Boert, datum XXII^{da} augusti.[119]

R1272, fol. 423r
22 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Henricus Geritss. van den Waude promisit super omnia et habenda Arnoldo, filio quondam Johannis Arntss., viginti novem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Philippi et Jacobi apostolorum proxime futura persolvendos.
Testes Boert et Rover, datum supra.

R1272, fol. 423r
22 augustus 1504

[119] *in de witregel onder deze akte staat:* dictus Wolterus confitebatur istam promissionem fecisse pro Woltero Wolterss. die Man.

Jan van Boert en Gerlach de Rover

Johannes Roelof Henricxs. et Gerit Reyner Geritss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Godefrido van der Graft quadraginta tres et dimidium denarios, aude scilde vocatos, XXX^{ta} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Pasche et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futura persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 423r
22 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Elisabeth, filia quondam Henrici van der Vloet, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area et orto ac agro terre sibi adiacente, sitis in parochia de Oirschot in pastoria de Verrenbest, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem Ghysberti Ketheler ex alio, insuper ex quodam agro, sito ibidem inter hereditatem Petri Joirdens ex uno, et inter hereditatem Petri Geerlix ex alio, quam pactionem dicta Elisabeth erga Heilwigem, filiam quondam Petri Maerkolffs, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Jacobi dicti die Rademecker, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 423r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Johannes, filius quondam Johannis Borkens, promisit super omnia et habenda michi ad opus Johannis de Tangeren Rutgerssoen viginti sex et dimidium florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Petri apostoli ad Cathedram et mediatim Philippi et Jacobi apostolorum proxime futura persolvendos.

R1272, fol. 423r
30 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Jacobus Wouterszoen, calcifex, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda michi ad opus Danielis de Vlierden Danelszoen viginti quinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Roever, datum XXX^{ta} augusti.

R1272, fol. 423r
deze akte is onvolledig

Goeswinus Jonckers, filius quondam Jonckers,[120] promisit super omnia et habenda dictum Jacobum et eius bona de premissis atque dampis indempnis servare.

R1272, fol. 423v

[120] *vóór dit woord is een ruimte opengelaten voor een voornaam, die echter ontbreekt.*

27 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Rycardus, filius quondam Engberti Rycoutss., promisit ut debitor principalis domino Johanni van den Dael, presbitero, ad opus domini Macharii die Loyer, prebiteri, quod ipse dabit et solvet eidem domino Machario hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradet, de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, tres vasatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Hees ad locum dictum Op Zochel, inter hereditatem Nycolai Lemmens ex uno, et inter Hillegondis, relicte dicti quondam Engberti Rycouts, et eius liberorum ex alio, tendentibus ab hereditate Ghibonis, filii iamdicti Engberti ad communitatem ibidem, item adhuc ex quatuor vasatis terre vel circiter, sitis in parochia de Geffen, dictis communiter tDunenlant, inter hereditatem Willelmi de Achelen ex utroque latere, tendentibus ab hereditate Petri Melis ad communem plateam, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem stuferis ex dictis domo, area et orto, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione, quod dictus Rycardus, promittens, dictam pactionem redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante decem et octo et dimidio florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Johannes nomine dicti domini Macharii hoc palam recognovit et consentiit, hoc salvo quod idem promittens huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato domino Machario legitime preintimabit, sub conditione eciam communi et consueta.
Testes Busco et Boert, datum XXVI^{ta} augusti.

R1272, fol. 423v
deze akte is onvolledig

Johannes, filius quondam Christiani, filii quondam Henrici Gheenens., medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter sex vasatas terre vel circiter pariter continentibus, olim dicti quondam Christiani, sitis in parochia de Heze iuxta plateam dictam Eemerick, inter hereditatem Johannis Hoers ex uno, et inter hereditatem Henrici, filii Peteri Boelen, et inter hereditatem heredum quondam Nycasii Zweers ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam

R1272, fol. 423v-424r
26 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius quondam Christiani, filii quondam Henrici dicti Gheenens., medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter sex vasatas terre vel circiter continentibus, olim dicti quondam Christiani, sitis in parochia de Heze iuxta plateam dictam die Eemericxsche straet, inter hereditatem Johannis Hoers et Henrici, filii Petri Boelens., ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Willelmi Thijs ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Nycasii Zweers ad communem plateam predictam, item in pecia prati, quinque vasatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia inter quendam aggerem dictum den Auden dyck

ex uno, et inter hereditatem Adriani Dircxs. et liberorum quondam Henrici Snoec alio[121], tendente ab aquam dicta die Aa ad communem paludem ibidem, item in pecia terre pascualis dicta den Hoolenberch, sita ibidem inter hereditatem Johannis Geritss. ex uno, et inter hereditatem Gerardi Gheenen et Wolteri Deliss. ex alio, tendente ab aquam dicta Aa ad paludem predictam, item in pecia terre pascualis dicta die Laeck, sita ibidem inter hereditatem Servacii van den Rull ex uno, et inter hereditatem Henrici van der Braken ex alio, item in quibuscumque aliis hereditatibus et bonis hereditariis, in quibus dictus quondam Christianus, eius pater, et Mechteldis, eius mater, decesserunt, atque in huiusmodi hereditatibus seu bonis hereditariis que dicto Johanni per et post mortem quondam Henrici, filii quondam Johannis Heylen, sui avunculi, et Heilwigis, filie eiusdem quondam Johannis Heylen, sue martartare, iure successionis hereditarie advoluta sunt, dempto tamen et dicto Johanni reservato huiusmodi modio siliginis hereditarie pactionis, quem dictus Henricus, eius avunculus, sibi in suo testamento sibi legaverat, ut dicebat, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, dedit ad annuum pactum Henrico, suo fratri, filio dicti quondam Christiani Gheenens., ab eodem iure hereditarie habendum et possidendum pro antiquis oneribus, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio termino et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro annua et vitali pensione novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, danda et solvenda sibi ab alio anno quolibet ad vitam dicti Johannis et non ultra, mediatim Purificationis et mediatim Jacobi apostoli, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, de et ex medietate premissorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Johanni, suo fratri, dictam vitalem pensionem novem florenorum Renensium anno quolibet ad vitam eiusdem Johannis et non ultra, mediatim et mediatim terminis solucionis predictis, de et ex medietate predicta atque ex reliqua medietate premissorum; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Busco et Boert, datum XXVI^{ta} augusti.

R1272, fol. 424r-424v
28 augustus 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Gerardus, filius quondam Godefridi van den Amer, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Godefridi, filii quondam Lamberti van Oeventken, medietatem cuiusdam domistadii, siti in Buscoducis in vico tendente a ponte dicto Lofsbrugge versus domum quondam Johannis dicti Coninc Jan van Steensel, regis armorum, inter hereditatem quondam domini Gerardi de Aa, militis, ex uno, et inter hereditatem Johannis dicti Drusken ex alio, item peciam hereditatis, viginti sex pedatas in longitudine et viginti pedatas in latitudine minus una quarta parte unius pedate continente, de hereditate quondam Henrici van der Schaut, sitam in Buscoducis retro domum habitationis quondam Arnoldi Berwout, selliparii, in opposito habitationis Jordani, filii Arnoldi Tielkini, hereditarie supportasset Lamberto, filio quondam Gerardi de Oeverbeke, et cum deinde Theodericus, filius quondam Lamberti, filii quondam Gerardi dicti de Overbeke, medietatem ad ipsum spectantem in medietate supradicti domistadii ac pecie hereditatis predicte hereditarie supportasset Arnoldo, filio quondam Johannis dicti Sanderss., suo sororio, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes die Greve Janss., relictus quondam Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Jan Sanderss.,

[121] *waarschijnlijk is vóór dit woor het woord* ex *vergeten.*

usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate domistadii et pecie hereditatis predictorum, que vero pronunc domus, area et ortus esse dinoscuntur et siti sunt ibidem inter hereditatem Johannis Pynappel et eius liberorum ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Zoemer ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem Johannis de Vlierden Danelss., ut dicebat, legitime supportavit fratri Arnoldo, conventuali conventus de Porta Celi, siti prope Buscumducis, filioque Johannis die Greve et quondam Margarete predictorum, necnon Gerardo, Margarete et Mechteldi, liberis eorundem Johannis et quondam Margarete, atque Gerardo, filio Nycolai Broessen, marito et tutori legitimo, Geertrudis, sue uxoris, filie Johannis die Greve et quondam Margarete predictorum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Monix, datum XXVIII[a] augusti.

R1272, fol. 424v
28 augustus 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis frater Franciscus de Prato, provincialis ordinis Sancti Willelmi provincie Francie ac prior pro tempore supradicti conventus, et dictus frater Arnoldus, conventualis eiusdem conventus, necnon dicti Gerardus, Margareta et Mechteldis atque dictus Gerardus, eorum sororius, cum tutore, premissa videlicet domus, area et ortus predicti (*aldus*), prout ibidem siti sunt, hereditarie supportaverunt domino Judoco, filio quondam Theoderici, filii quondam Johannis Roelofss. alias dicti Ketheler, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes videlicet dicti fratres Franciscus, prior, et Arnoldus, conventualis, sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitatorum et habendorum, et dicti Gerardus, Margareta et Mechteldis ac Gerardus, eorum sororius, cum tutore, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus et quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, necnon ex parte dicti quondam Arnoldi, filii quondam Johannis Sanderss., ac suorum heredum et successorum deponere, promittentes insuper sub obligatione premissa indivisi, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris, de et ex domo, area et orto predictis plus fore solvendum quam due et dimidie libre hereditarii census, quod dicti fratres Franciscus, prior, et Arnoldus, conventualis, nomine dicti conventus seu idem conventus, Gerardus, Margareta, Mechteldis et Gerardus, eorum sororius, hoc plus prefato domino Judoci deponent omnio, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 424v
28 augustus 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus dominus Judocus promisit super omnia et habenda dictis fratri Francisco, Johanni die Greve et Gerardo, filio Nycolai Broess., duodecim libras monete et quadraginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 424v-425r
28 augustus 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Dictus dominus Judocus promisit adhuc super omnia et habenda eosdem sex libras et quadraginta consimiles florenos Renenses a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 425r
29 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Johannes, filius Nycolai Geritssoen des Zoutcoepers, ab eodem et quondam Delyana, sua uxore, filia quondam Henrici van den Colff, pariter genitus, quecunque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, sibi per et post mortem dicte quondam Delyane, sue matris, iure successionis hereditarie advoluta, ac sibi per et post mortem dicti Nycolai, sui patris, et Margarete, sue uxoris moderne, filie quondam Adriani Janssoen, advolvenda, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Nycolao, suo patri, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Boert, datum XXIX[a] augusti.[122]

R1272, fol. 425r
29 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Dictus Johannes, filius Nycolai Geritszoen, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Nycolao Dircxsoen van Keeldonck aut latori presencium ad spacium quinque annorum Egidii abbatis proxime futuro sine medio sequente, videlicet quolibet dictorum quatuor annorum quinque florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et in quinto anno eorundem annorum septem consimiles florenos Renenses, Egidii abbatis, et pro primo solutionis termino ab Egidii abbatis proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dictis annis durantibus.
Testes, datum supra.[123]

R1272, fol. 425r
29 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Nycolaus Geritssoen Zoutcoeper promisit super omnia et habenda dicto Nycolao Dircxsoen aut latori presencium in casu quo dictus Johannes, eius filius, aliquo termino dictorum annorum eidem Nycolao Dircxsoen absque strepitu iuris dictos florenes Renenses, dum eum cessi fuerint modo premisso, non persolverit sed defectuosus fuerit in solutione eorundem quoad quemlibet terminum, quod ipse Nycolaus huiusmodi defectum adimplebit et adimplere tenebitur absque contradictione, dolo et fraude.
Testes, datum supra.[124]

---

[122] *in de linker marge staat bij deze akte:* . A .
[123] *in de linker marge staat bij deze akte:* . B .
[124] *in de linker marge staat bij deze akte*: . C .

R1272, fol. 425r
29 augustus 1504
Willem van den Bosch en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractibus A, et B, C signatis, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Nycolaus Geritssoen palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, suo filio, repromisit in casu quo idem Johannes quolibet termino dictorum annorum sic, ut premittitur, solutionem dictorum florenorum absque dampnis eiusdem Nycolai, sui patris, perfecerit, quod tunc, et alias non, supportatio pretacta erit cassa et nullius roboris et momenti, omnibus dolo et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 425r-425v
29 augustus 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Christina, relicta quondam Petri Bardeyn, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in duabus terciis partibus domus, aree cum suis attinenciis et iuribus, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis iuxta pontem dictum die Zwengelbrugge, ab ista parte eiusdem pontis inter quendam viculum ibidem protensum, Sint Anthonijs straetken vocatum, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Coenrardi die Cuyper ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamensi ad hereditatem Waltgeri Geritssoen alias dicti In den Wildeman, in illis videlicet duabus terciis partibus premissis, in quibus dictus quondam Petrus Bardeyn decessit et dicta Christina suum ad presens habet et possidet usufructum, atque que magistro Willelmo et domino Johanni, presbiteris, liberis Christine et quondam Petri predictorum, per et post mortem eiusdem quondam Petri, eorum patris, iure successionis hereditarie advolute sunt, et que eisdem per et post mortem dicte Christine, eorum matris, adhuc advolvende sunt, ut dicebat, legitime supportavit dictis magistro Willelmo et domino Johanni, presbiteris, simul cum toto iure sibi competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Monix, datum XXIX[a] augusti.

R1272, fol. 425v
deze akte is onvolledig

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti magister Willelmus et dominus Johannes, fratres, presbiteri, dictas duas tercias partes premissorum hereditarie

R1272, fol. 425v
29 augustus 1504
Jan van Boert en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Willelmus dictam suam tertiam partem domus et aree et suarum attinenciarum et iurium predictorum hereditarie supportavit dicto domino Johanni, suo fratri, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione dicte tercie partis promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 425v
29 augustus 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Domicella Adriana, uxor legitima Judoci de Donghen, dedit Johanni Monix, suo fratri, et Johanni Denijs, suo famulo, ad opus eorum et ad opus Arnoldi Monix, fratris dicte domicelle Adriane, Marcelii de Kryekenbeeck et Jacobi de Doernen ac alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Boert et Roever, datum supra.

R1272, fol. 425v-426r
30 augustus 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Jacobi Dircxsoen, et Johannes et Mechteldis, eius soror, liberi quondam Godefridi de Esch, cum tutore, promiserunt ut debitores principales indivisi Margarete, filie Petri dicti Kyevits, quod ipsi dabunt et solvent eidem Margarete, quamdiu in humanis vixerit et non ultra, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie mediatim prima marcii et mediatim prima septembris, et pro primo solutionis termino prima marcii proxime futuro, et in Buscoducis libere tradent, de et ex campo terre paludialis, quatuor iugera terre vel circiter continente, predicti Johannis, sito in parochia de Os ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Johannis de Os Dircxzoen ex uno, et inter hereditatem Gerardi Jacop Dircxs. ex alio, tendente ab hereditate Wolteri de Brede ad stegam ibidem, item adhuc ex quodam alio campo eiusdem predicti Johannis, sito ibidem, inter hereditatem Hermanni dicti Ruelens ex uno, et inter hereditatem dicti Gerardi ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Henrici Ghyselen ad stegam predictam, item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, dictorum Johannis et Mechteldis, eius sorori, viginti lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, sitis in dicta parochia ad locum predictum Op Amstel vocatum, inter hereditatem heredum quondam Petri Loyen ex uno, et inter hereditatem Hermanni, filii Petri Arntss., ex alio, tendentibus ab hereditate Theoderici Driessen ad communem plateam, item adhuc ex duobus campis terre arabilis, quatuordecim lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, eorundem Johannis et Mechteldis, eius sororis, sitis in dicta parochia ad locum dictum Aent Dorsselair, inter hereditatem Henrici Bogart Claessoen ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Henrici, filii quondam Reymboldi Spornyerss. ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Michaelis Zynssen ad communem plateam, item adhuc ex tribus iugeribus terre sibi mutuo coadiacentibus, eorundem Johannis et Mechteldis, eius sororis, sitis in dicta parochia ad locum dictum Opten Brant, inter hereditatem Ade Bollens ex uno, et inter hereditatem Nycolai, filii quondam Johannis Didden, ex alio, tendentibus cum finibus utrisque ad communes plateas, ut dicebant, promiserunt indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno pullo censuali, ac censu fundi, hereditario censu sex librarum pagamenti, et diversis pactionibus ad septem maldra siliginis ascendentibus, ex dictis campis primodicti Johannis et quibusdam aliis hereditatibus eiusdem Johannis, atque censu fundi, duobus pullis censualibus, hereditario censu trium librarum pagamenti, atque diversis pactionibus ad quinque maldra siliginis taxatis, ex dictis bonis et hereditatibus secundodicti Johannis et Mechteldis, eius uxoris, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, tali annexa condicione, quod dictus census statim post

decessum dicte Margarete et non prius ad dictos promittentes, si pertunc in humanis vixerint, alioquin ad suos veros et proximiores protunc in humanis agentibus iure hereditario succedet et devolvetur, etiam adiuncta tali conditione, quod iidem promittentes dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue cum quadraginta octo consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Margareta, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis promittentibus repromisit, hoc salvo, quod iidem promittentes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Margarete legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes Roever et Brugman, datum penultima augusti.

R1272, fol. 426r
30 augustus 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Zwederus de Gerwen, filius quondam Judoci, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Dympne, sue uxoris, filie quondam Willelmi die Bruyn, quendam campum terre dictum tHulsbroeck, situm in parochia de Leende, inter hereditatem Jacobi de Hall ex uno, et inter hereditatem domini Bartholomei Bartholomeeuss., presbiteri, ex alio, tendentem ab hereditate Theoderici dicti die Velkeneer ad aquam ibidem fluentem die Aa vocatum, ut dicebat, hereditarie vendidit Egidio, filio quondam Lamberti, filii quondam Theoderici Yewaenss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad quatuor stuferos vel circiter ascendente, atque adhuc XXX^{ta} stuferis hereditarii census Henrico Vriesen, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 426v
31 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Paulus, filius quondam Everardi, filii quondam Johannis Everitssoen, promisit ut debitor principalis Katherine, uxori legitime Petri, filii Michaelis de Hall, ad opus eiusdem Petri, sui mariti, quod ipse dabit et solvet eidem Petro hereditarium censum quinque librarum monete, anno quolibet hereditarie Egidii abbatis, de et ex domo, area, horreo et orto cum suis attinenciis, sitis in parochia de Bucstel in iurisdictione de Lyemde, ad locum dictum Grooter Lyemde, inter communem plateam et inter communitatem ex uno latere et finibus utrisque, et inter hereditatem Henrici dicti die Rademeker ex alio, ut dicebat; promisit insuper (*aldus*) omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu vicinorum ibidem, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione, quod dictus Paulus dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum viginti septem et dimidio florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Katherina nomine dicti Petri, sui mariti, cum tutore, hoc palam recognovit et consentiit.
Testes Boert et Brugman, datum ultima augusti.

R1272, fol. 426v
31 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Maria, filia quondam Gerardi dicti Graets, relicta quondam Johannis, filii Rodolphi Maeszoen, relicti dum vixerat quondam Hillegondis, filie quondam Petri Voss, cum tutore, usufructum ac totum ius hereditarium sibi, ut dicebat, competentem in quibuscumque huiusmodi bonis, immobilibus et hereditariis, necnon pactionibus et censibus hereditariis, que et quos dictus quondam Johannes Roeloff Maeszoen, constante matrimonio inter ipsum et dictam Mariam quovismodo acquisierat seu comparaverat et in quibus scilicet dictus quondam Johannes decessit et dicta Maria suos ad presens habet et possidet usufructum ac etiam ius hereditarium quocumque consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis nullis huiusmodi bonis demptis, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit Rycoldo, filio quondam Rodolphi Rycoutszoen, tamquam marito et tutori legitimo Anthonie, sue uxoris, filie dictorum quondam Johannis et Hillegondis, coniugum dum vixerant, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum et successorum deponere, excepta tamen et dicte Marie reservata annua et vitali pensione quinque modiorum siliginis, quam dictus Rycoldus prefato Marie ad eius vitam hodierna die promiserat, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Boert et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 426v-427r
31 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Anthonius, filius quondam Johannis dicti Willemszoen, ab eodem et quondam Aleide, sua uxore, filia dicti quondam Gerardi Graets, pariter genitus, Arnoldus die Leeuwe, filius quondam Egidii die Leeuwe, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie dictorum quondam Johannis Willemss. et Aleidis, sue uxoris, Gerardus et Anthonius, fratres, liberi quondam Arnoldi dicti van der Heiden Dircxsoen, ab eodem quondam Arnoldo et Hillegonde, sua uxore, filia dicti quondam Gerardi Graets, pariter geniti, Johannes, filius quondam Franconis Symonss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Anthonii Graets, filii dicti quondam Gerardi Graets, Egidius, filius quondam Gerardi van den Loeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie ultimodicti quondam Anthonii Graets, filii quondam Gerardi, et Andreas, filius quondam Arnoldi Driess., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Gerardi Graets, super dictis bonis, immobilibus et hereditariis, necnon pactionibus et censibus hereditariis predictis, per dictam Mariam, ut premittitur, supportatis, atque super toto iure ipsis seu eorum alteri suisque uxoribus predictis ac heredibus quovismodo competente, ac post mortem dicte Marie quovismodo competituro in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus dicti Rycoldi, filii quondam Rodolphi Rycoutszoen, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 427r
31 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Dictus Rycoldus, filius quondam Rodolphi Rycoutss., promisit super omnia et habenda supradicte Marie pro una medietate et supradictis renuntiantibus de quibus iam supra nominibus pro alia medietate, viginti novem florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, et quatuor consimiles stuvers infra hinc et Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 427r
31 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Dictus Rycoldus promisit ut debitor principalis dicte Marie, quod ipse dabit et solvet eidem Marie annuam et vitalem pactionem quinque modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam eiusdem Marie et non ultra, Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in parochia de Nysterle tradet, de et ex domo, area et horreo ac orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex vasatas terre vel circiter continentibus, olim quondam Johannis, filii quondam Rodolphi Maeszoen, sitis in parochia de Nysterle predicta ad locum dictum Opte Cleynwyc, inter communem plateam ex uno et fine uno, et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Henrici Roeloff Maess., ex alio, item ex duobus pratis dictis Twe Geslaigen vel circiter, dicti quondam Johannis, sitis in dicta parochia in loco dicto In Groetelair, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 427r-427v
31 augustus 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Godefridus de Yngen, rasor pannorum, et Elisabeth, eius uxor legitima, condentes eorum testamentum ac eorum ultimam et extremam voluntatem declarantes, inter cetera inibi contenta propter causam legitimam ymmo rationi consonam inibi satis declaratam legassent et in eorum testamenti (*aldus*) reliquissent Aleidi, eorum filie, vitalem pensionem quatuor librarum communis pagamenti post obitus eorundem coniugum amborum et non prius, ex domo et area sue inhabitationis, quoad vitam eiusdem Aleidis et non ultra habendam et percipiendam, ut videtur in quodam instrumento contineri, atque deinde dicta Elisabeth, relicta dicti quondam Godefridi de Yngen, attentis diversis et multisfariis subventionibus et oportunitatibus, laboribus manuum pretacte Aleidis, sue filie, tam ante quam de post in eorum paupertate iuxta noticiam et cognitionem communium vicinorum ibidem et plurimorum aliorum habitatis et receptis, volens sese de premissis reddere gratam quemadmodum secundum equitatem et de iure ymmo in foro conscientie teneretur, voluisset et mandasset et iuxta auctoritatem sibi in priori testamento pretacto concessam, causa sue ultime et extreme voluntatis et finalis dispositionis declarasset, quod dicta Aleidis, eius filia, pretactam vitalem pensionem quatuor librarum ad ius suum hereditarium et in censum hereditarium habebit et possidebit, cum potestate vendendi et alienandi iuxta libitum sue voluntatis, ut videtur in quodam alio instrumento contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus Michielszoen, tamquam maritus legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, et ipsa Aleidis, cum eodem tamquam cum suo tutore, palam recognoverunt se recepisse a Johanne Keymp, filio quondam Johannis Keymp, tamquam proprietario pro tempore supradicte domus et aree, que quidem domus et area sita sunt in Buscoducis ad locum dictum Zijle alias dictum After dWilt Verken, inter hereditatem

Mechteldis, relicte dicti quondam Johannis Keymp ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Theoderici Loyen ex alio, summam vero viginti octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et hoc in acquitationem supradicti census quatuor librarum, clamans inde quitum, promittens quod super omnia et habenda dictum Johannem Keymp domum et aream predictam de dicto censu et ab ulteriori solutione eiusdem, atque dampnis indempnem servare.
Testes Boert, Brugman, datum ultima augusti.

R1272, fol. 427v
2 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Adrianus, filius quondam Johannis Nijssen, commorans in Nuwenkuyck, promisit super omnia et habenda Willelmo, filio quondam Adriani van der Weteringen, viginti scuta, XIIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Petri apostoli ad Cathedram proxime futuro persolvenda.
Testes Boert et Brugman, datum secunda septembris.

R1272, fol. 427v
2 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Johannis Heymanss., promisit super omnia et habenda dicto Willelmo duodecim consimilia scuta, ad festum Petri ad Cathedram proxime futuro persolvenda.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 427v-428r
2 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Ghiselbertus, filius quondam Willelmi dicti Herinc, filii quondam Ghiselberti, duas libras hereditarii census de hereditario censu quatuor librarum monete, solvendas hereditarie Nativitatis Baptiste, ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis in vico dicto die Postelstraet, inter hereditatem Johannis dicti de Dueren, vitrificis, ex uno, et inter hereditatem Henrici dicti Int Bylken ex alio, quem integrum censum predictum dictus Willelmus Herinc, filius quondam Ghiselberti, ad opus sui et ad opus suorum fratrum et sororum, liberorum dicti quondam Ghiselberti, erga Reynerum dictum de Heyst, filium quondam Wolteri, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit michi ad opus sororum tercie regule Sancti Francisci, domus Sancte Elisabeth, site in Buscoducis, retro locum dictum After die Tolbrugge, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Willelmi, sui patris, atque ex parte fratrum et sororum eiusdem quondam Willelmi ac quorumcumque suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 428r
2 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Daniel, filius Jacobi Danelszoene, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Henrici van der Vest, hereditariium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Pasche, ex domo et area, sita in Buscoducis ultra pontem dictum die Tolbrugge, inter hereditatem Johannis Pels ex uno, et inter hereditatem Johannis Pouwelssoen des spelmekers ex uno (*aldus*), quem censum supradicta Yda erga Franconem, filium quondam Johannis Breeuwe, nastelmecker, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus fratrum Carthusiensium, domus Sancte Sophie, site in parochia de Vucht, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Yde, sue uxoris, deponere.
Testes Roever et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 428r
2 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Jutta, relicta quondam Jacobi dicti van der Heyden, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in sex et dimidio lopinis siliginis et dimidio lopino havene, annue et hereditarie pactionis, mensure de Zonne, solvende anno quolibet hereditarie Purificationis, ex hereditatibus in profundo et sicco, in duro et in molli, sitis ad locum dictum Worchheester, in parochiis de Woenssel et de Zonne, quos sex et dimidium lopinos siliginis et dimidium lopinum havene dictus Jacobus van der Heiden, filius quondam Jacobi, erga Gerardum dictum van den Rode, filium Johannis, maritum et tutorem legitimum Engele, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti van der Oest, dudum acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Rutgero, filio quondam Henrici van der Heiden, filii dicti quondam Jacobi, et Petro, filio quondam Gerardi Lucaszoen, marito et tutori legitimo Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici van der Heiden, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Roever et Brugman, datum supra.

R1272, fol. 428r
2 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Rutgerus et Petrus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Henrice, sue uxoris, dictos sex et dimidium lopinos siliginis et dimidium lopinum havene hereditarie pactionis, hereditarie supportaverunt Gerardo Moens alias dicto Ketheler, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda indivisi ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Henrice, necnon ex parte dicti quondam Jacobi van der Heiden ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 428r-428v
3 september 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Godefridus, filius quondam Andree van der Stegen, promisit ut debitor principalis Geertrudi, filie quondam Symonis Janss. de Berlijkem, quod ipse dabit et solvet eidem Geertrudi hereditarium censum sex librarum monete, anno quolibet hereditarie Nativitatis Marie, et pro

primo solutionis termino a Nativitatis Marie proxime futuro ultra annum, de et ex domo, area, orto ac domo posteriori cum suis attinenciis, dicti promittentis, sitis in Buscoducis in vico dicto die Corte Putstraet, inter hereditatem Geertruidis dicte Scaeps. ex uno, et inter hereditatem olim Theoderici de Hezewyc, nunc vero Lamberti Woutersss. ex alio, tendentibus a vico predicto, ad hereditatem ad decanatum ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis spectantibus, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque diversis hereditariis censibus ad viginti sex libras pagamenti ascendentibus, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Monix ac Brugman, datum 3ª septembris.

R1272, fol. 428v
3 september 1504
Jan Monix zoon van Jan en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue quamlibet libram cum septem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando in moneta seu pecunia secundum modernam valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Geertrudis hoc palam recognovit et super omnia et habenda, cum tutore, dicte promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 428v
4 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Agnes, relicta quondam Jacobi Valkenborch, cum tutore, usufructum ac totum ius hereditarium sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto dictis In de Sterre, sitis in Buscoducis ad locum dictum Aen den Wyntmoelenberch, inter hereditatem cuiusdam hospitalis, siti ibidem ex uno, et inter hereditatem sororum regularissarum conventus de Bethania, siti ibidem, ex alio, tendentibus a platea communi ad Dyesam ibidem, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit Petro, filio quondam Henrici dicti de Volken, Udoni de Bruheze, tamquam marito et tutori legitimo, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, et Johanni, filio quondam Theoderici de Hessel, tamquam marito et tutori legitimo Engele, sue uxoris, filia dicti quondam Henrici de Volken, simul cum toto iure sibi, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Brugman, datum quarta septembris.

R1272, fol. 428v
18 januari 1505
Maarten van Campen en Frank van Langel

Dicti Petrus necnon Udo et Johannes, tamquam mariti ut supra, premissa hereditarie supportaverunt Henrico de Davantria Hermans, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suarum uxorum, ac ex parte dicti quondam Jacobi Valkenborch et suorum heredum deponere.
Testes Campen et Langel, datum XVIII ianuarii.[125]

[125] *deze akte is later geschreven in de witregel tussen voorgaande en navolgende akte.*

R1272, fol. 428v-429r
5 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Henricus, filius quondam Willelmi Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Henrici de Thuystheze, hereditarie vendidit Rodolpho dicto Roeff, filio quondam Johannis Roeverss., hereditariam pactionem octo lopinorum, mediatim siliginis et mediatim ordei, mensure de Vechel, solvendam hereditarie Nativitatis Beate Marie Virginis, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Marie proxime futuro ultra annum, et in Vechel tradendam, de et ex pecia terre arabilis, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Uden ad locum dictum Opt Erpt, inter communitatem ex uno, et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad dictam communitatem, item ex pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem Johannis Peterss. ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Lamberti Oyen ex alio, tendente a communi platea ad quandam aquam dictam den Leygrave, item adhuc ex una lopinata terre vel circiter, sita in parochia de Nysterle, inter communem plateam ex uno, et inter hereditatem reliquam dicti venditoris et Adriani Danelss. ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Arntss. ad hereditatem Johannis van der Bolst, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac tribus maldris siliginis hereditarie pactionis, mensure de Buscoducis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum quinta septembris.

R1272, fol. 429r
5 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sedecim peters, XIX stuvers vel valorem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 429r-429v
5 september 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Johannis Gieliss., Johannes, filius quondam Rodolphi Maeszoen, Bartholomeus, filius quondam Willelmi, filii quondam Johannis Ghybenzoen, et Henricus, filius quondam Arnoldi van der Wyst, hereditarie vendidissent Marcelio, filio quondam Petri van den Hoevel, pellifici, hereditarium censum octo aureorum florenorum, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie prima maii et in opido de Buscoducis ab omnibus precariis, exactionibus et subventionibus ceterisque incommodis, si que fuerint, libere tradendum, ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, decem et octo lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Nysterle ad locum dictum Cleynwyck, insuper ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia et loco predictis, item ex domo, area

et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continentibus, sitis in dicta parochia ad locum dictum Op Oesterwyck, insuper ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sex vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in dicta parochia ad locum dictum Op geen Elst, prout in litteris, quarum data continet nona maii, quarta post Jubilate, anno Domini millesimo quadrigentesimo octuagesimo septimo, cum vero census predictus emptus esset cum pecunia levis monete, videlicet in eisdem estimandum denarium dictum tdobbel vueryseren ad duos stuferos et tres quartas partes unius huiusmodi stuferi, ut dictus Marcelius dicebat, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus, filius quondam Arnoldi van der Wyst, et Johannes, filius dicti quondam Bartholomei, filii quondam Johannis Ghybens., pro se ipsis et dictis suis covenditoribus et eorum heredibus, palam recognoverunt se recepisse a dicto Marcelio in promptis denariis, tot videlicet denarios, quibus levitas monete pretacta est moderata et redicta ad monetam gravem, ymmo pronunc existentem, et quod dictus Marcelius addidit et ipsis Henrico et Johanni ultra prius receptos denarios adhuc porrexit tot denarios, quod quocumque ipsi Henricus et Johannes seu heredes dictorum suorum covenditorum predictorum dictum censum octo florenorum Renensium redimere voluerint, quod ipsi protunc eundem censum octo florenorum Renensium, videlicet quemlibet eorum florenorum, non minus rediment seu redimere poterunt, quam cum decem et septem florenis Renensibus, XX^{ti} stuvers vel pro quolibet computando, estimando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses ad viginti octo stuferos, et denarios dictos dobbel vueryseren ad duos stuferos et quartam partem unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, promittentes super omnia et habenda huiusmodi recognitionem ratam servare, et non contravenire, ut in forma; quibus factis dictus Marcelius palam recognovit et super omnia et habenda dictis Henrico et Johanni, filio quondam Bartholomei, ad opus eorum et ad opus heredum dictorum suorum covenditorum repromisit, quod iidem Henricus et Johannes ac heredes predicti pretactam redemptionem supradicti census dum eum eandem facere voluerint, facere poterunt modo iam pretacto, redimendo videlicet quemlibet dictorum florenorum cum decem et septem florenis in moneta et pecunia iam ultimo specificata, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc salvo, quod huiusmodi redimens huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Marcelio legitime preintimabit et preintimare tenebitur, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes Boert et Roever, datum quinta septembris.

R1272, fol. 429v
6 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Johannes, filius quondam Petri van den Bogart, tamquam maritus et tutor legitimus Katherine, sue uxoris, filie quondam Danielis van Vrillichoven, hereditarie vendidisset Thome Janszoen Anglico hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, ex domo, et area dicta In den Rogge, dicti Johannis, venditoris, sita in Buscoducis ad finem vici Hynthamensis, supra conum vici dicti Sint Jacopsstraet, inter communem plateam ex uno et fine anteriori, et hereditatem heredum quondam Marcelii de Ekart ex alio, et cum deinde dictus Thomas Janss. Anglicus, relictus legitimus Yde, sue uxoris, filie quondam Egidii, filii quondam Egidii, tamquam potens vigore testamenti seu ultime voluntatis Thome et quondam Yde predictorum, dictum hereditarium censum trium librarum unacum certis aliis censibus hereditarie supportasset Heilwigi, relicte quondam magistri Ghysberti, filii quondam Michaelis Luey, prout in diversis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Heilwigis palam recognovit se recepisse a supradicta Katherina, filia quondam Danielis de

Vrillichoven, relicta dicti quondam Johannis, filii quondam Petri van den Bogart, uxoreque moderna Nycolai dicti Cristoffels, summam vero sedecim florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et hoc in acquitationem supradicti hereditarii census trium librarum, clamans igitur dicta Heilwigis Katherinam predictam ac supradictam domum et aream In den Rogge vocatam ac omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissa summa ac ab ulteriori solutione census predicti quitos.
Testes Roever et Brugman, datum sexta septembris.

R1272, fol. 429v-430r
7 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Henricus, filius quondam Theoderici van der Heiden, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Arnoldi Willemss. van Haenvelt, fabro, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni precaria ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum, de et ex tribus domistadiis terre cum suis attinenciis sibi mutuo coadiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Druenen, inter hereditatem Amelii Tyelmanss. ex uno, et inter hereditatem Arnoldi dicti die Vrieze ex alio, tendentibus a communi platea ad quasdam hereditates dictas Totten Hootsloet, ut dicebat, ab eodem, promittens, et cum eo Theodericus, eius filius, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impeticionem deponere, exceptis censu fundi atque duobus lopinis siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Erpe et Roever, datum septima septembris.

R1272, fol. 430r
7 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 430r
7 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Petrus, filius Theoderici Goyartszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Goeswini Heer, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste, ex una octava parte et dimidia octavia parte ad Johannem dictum Delyensoen, filium quondam Gerardi de Casteren, spectantibus, in quadam pecia prati, siti in parochia de Bucstel in iurisdictione de Lyemde, in loco dicto In Azeer beempde, item ex pecia prati, dimidium bonarium prati continente, siti in dicta parochia in iurisdictione de Lyemde, in loco dicto die Hainsvoirt, item ex una et dimidia

lopinatis terre siliginee, sitis in parochia et iurisdictione predictis ad locum dictum Hezelaer, atque ex domistadio, domo et orto, sitis in dicta iurisdictione de Lyemde, quiquidem census predictus dicto Petro et Laurencio, filio quondam Johannis de Bladel, marito et tutori legitimo Lane, sue uxoris, filie dicti quondam Goeswini Heer, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes dudum habita, unacum certis aliis bonis pariter in partem cesserat, prout in litteris divisionum, et de quo censu dictus Laurencius medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum in eodem censu spectantes, supradicto Petro depost hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Laurencio, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Margarete, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 430r-430v
7 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Petrus, filius Theoderici, filii Godefridi van den Eynde, tamquam maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filie quondam Goeswini Heer, hereditarie vendidisset Ghiselberto dicto Loekemans hereditarium censum novem florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureum florenum Renensem, dictum den gouden Rynsgulden van gewichte, pro XX^{ti} octo stuferis, aureum florenum pronunc per archiducem Philippum noviter monetatum, dictum den nyewen philippusgulden van gewichte, pro XX^{ti} quinque stuferis, denarium dictum tdobbel vueryseren pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum illam valuationem, solvendum hereditarie Penthecostes, ex medietate ad dictum venditorem spectante in domo, area, orto ac domibus posterioribus sibi retro adiacentibus, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi, inter hereditatem Ghiselberti van den Polle ex uno, et inter hereditatem Henrici die Meester, pillificis (*aldus*), ex alio, et cum dictus emptor palam recognosset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictum censum redimere posset perpetue simul et semel cum centum et viginti sex consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Laurencius, filius quondam Johannis de Bladel, promisit super omnia et habenda dicto Petro, venditori, quod ipse Laurencius exnunc deinceps dictum censum dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur, de et ex contrapignoribus predictis, sic et taliter, quod dicto Petro, venditori, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro quovismodo.
Testes Erpe et Roever, datum septima septembris.

R1272, fol. 430v
11 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Willelmus de Zittert dedit michi ad opus Willelmi, filii quondam Petri Janss. alias dicti Hillen, et Wolteri de Acht ac alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Boort et Brugman, datum XI septembris.

R1272, fol. 430v-431r
12 september 1504

Jan van Boert en Mathijs Brugman

Johannes, filius quondam Laurencii Dircxsoen, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii confessoris, et in Buscoducis tradendam, ex domo, area et orto ac quibusdam hereditatibus eisdem adiacentibus, unam modiatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Gemonden ad locum dictum Berseler, in iurisdictioni de Rode Sancte Ode, inter hereditatem Gerardi Vranckenzoen ex uno, et inter communem plateam ex alio, quam pactionem Henricus et Geerburgis, liberi quondam Laurencii Dircxs., magistro Symoni de Couderborch ad opus supradicti Johannis hereditarie vendiderant, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Gerwen ad opus confraternitatis Beate Marie Virginis in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen supradictis Henrico et Geerburgi et ipsis reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam litterarum predictarum; quo facto dictus Henricus, filius quondam Laurencii, ad maiorem securitatem solutionis pactionis predicte, quandam pascuam, duos et dimidium pastus dictos scharen weyen vel circiter continentem, sitos in parochia de Scijnle iuxta plateam dictam die Broeckstraet, inter hereditatem Gerardi de Rode ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi die Momber, tendentes ab hereditate Henrici van den Steen ad hereditatem cuiusdam domicelle dicte de Eyndhouts, item adhuc medietatem cuiusdam campi terre, tres diurnatas terre vel circiter continentis, siti in parochia de parochia (*aldus*) de Bucstel in tribunali de Gemonden, inter hereditatem Lamberti die Roever ex uno, et inter quendam campum terre diversorum hominum ibidem ex alio, tendentis ab aqua dicta die Dommel ad quandam aliam aquam ibidem, ut dicebat, pro solutione eiusdem pactionis ad pignus imposuit et iure hereditario firmiter obligavit, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere atque dictam pactionem absque omnibus precariis, exactionibus ceterisque incommodis in Buscoducis libere tradere.
Testes Boert et Brugman, datum XII[a] septembris.

R1272, fol. 431r
12 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Willelmus, filius quondam Johannis, filii quondam Arnoldi dicti van den Venne, hereditarie vendidit domino Marcelio, filio quondam Nycolai van den Hout, presbitero, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Assumptionis Marie, et pro primo solutionis termino Assumptionis Marie proxime futuro, et in Buscoducis absque omnibus precariis, exactionibus ceterisque incommodis libere tradendam, de et ex pecia terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Scijnle ad locum dictum Aent Wezelair bosch, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex uno, et inter communem viam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Henrici dicti Delis, item adhuc ex alia pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sita ibidem inter dictum locum, tWeselaer bosch vocatum, et ecclesiam ibidem, inter hereditatem dicte Mense ex uno, et inter hereditatem liberorum quondam Henrici Pouwelss. de Gerwen ex alio, tendente cum finibus utrisque ad communes vias ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 431r
12 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Et poterit redimere infra spacium decem annorum festum Assumptionis Beate Marie Viginis ultimo preteritum sine medio sequente semper dicto annorum spacio durante, cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo, quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 431r
13 september 1504
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Heilwigis, relicta quondam Arnoldi van den Steen, dedit Arnoldo, filio quondam Arnoldi van den Steen, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Boert et Roever, datum XIII[a] septembris.

R1272, fol. 431r-431v
18 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Mechteldis, filia quondam Jacobi Veselairs, aurifabri, ab eodem et quondam Elsbena, sua uxore, pariter genita, et Sanderus, filius quondam Petri Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Cornelie, sue uxoris, filie dictorum quondam Jacobi et Elsbene, cum tutore, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectantes in domo, area ac quadam vaca hereditate, sitis in Buscoducis retro pontem Theolonii, inter hereditatem Aleidis de Wetten ex uno, et inter hereditatem cuiusdam dicti Screynmakers ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam aliam plateam, item in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Empel, inter hereditatem domini de Empel ex uno, et inter quoddam fossatum dictum den Meygrave ex alio, tendentibus cum fine uno ad hereditatem Jacobi Peterss., ut dicebant, hereditarie supportaverunt Willelmo, filio quondam Petri Mostarts, marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, filie quondam Jacobi Veselairs et Elsbene predictorum, simul cum toto iure ipsos seu eorum alteri, ut dicebat, competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Cornelie deponere.
Testes Erpe et Brugman, datum XVIII[a] septembris.

R1272, fol. 431v
16 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Andreas, filius quondam Jacobi Driess., relictus legitimus quondam Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Thome dicti die Poirtere, carpentarii, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto, sitis in Buscoducis ad vicum tendentem a vico Hynthamensi versus locum dictum Wynmoelenberch, inter hereditatem Rodolphi dicti Tymmerman ex uno, et

inter hereditatem Elisabeth dicte de Uden et eius liberorum ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Thomas die Poirter, carpentator, erga Gerardum, filium quondam Gerardi dicti de Rode, acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Mechteldi, filie Andree et quondam Mechteldis predictorum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promitens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Erpe et Roever, datum XVI^{ta} septembris.

R1272, fol. 431v-432r
16 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Judocus, filius quondam Godefridi de Loevenich, tamquam maritus legitimus dicte Mechteldis, sue uxoris, et ipsa Mechteldis cum eodem Judoco, suo marito, tamquam cum suo tutore, domum, aream et ortum predictos hereditarie supportaverunt Henrico, filio quondam Rodolphi van den Loeck, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Thome ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere; promiserunt insuper sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino duci, due et dimidio libre pagamenti conventui Predicatorum in Buscoducis, atque tres libre hereditarii census pagamenti capelle Sancti Anthonii in Buscoducis, necnon hereditarium census unius aurei floreni Renensis Aleidi, relicte quondam Willelmi de Geldrop, annuatim prius exinde e iure solvendi, ut dicebat, quod dicti Judocus et Mechteldis hoc plus prefato Henrico penitus deponent et deponere tenebuntur(?) et poterunt, dando videlicet pro quolibet denario sic plus invento decem et novem consimiles denarios, et quem hereditarium census unius aurei floreni predictum dictus Henricus elapso Baptiste proxime futuro extunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere ac redimere tenebitur, sic et taliter, quod dictis Judoco et Mechteldi ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Judoco et Mechteldi, eius uxori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 432r
16 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda dicto Judoco et Mechteldi, eius uxori, undecim libras monete ac triginta octo et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia in pronunc valuata pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 432r
16 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Idem Henricus promisit super omnia et habenda eisdem Judoco et Mechteldi, eius uxori, quinque et dimidiam libras monete ac triginta octo et dimidium consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.

Testes, datum supra.

R1272, fol. 432r
16 september 1504
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Idem Henricus promisit super omnia et habenda eisdem Judoco et Mechteldi, eius uxori, quindecim consimiles peters minus duobus blanccis, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 432r
deze akte is onvolledig en niet gepasseerd

Ghiselbertus de Straelen dedit michi ad opus Hillegondis, sue uxoris, potestatem monendi usque ad revocationem usque ad revocationem (*aldus*), ut in forma.

R1272, fol. 432r
18 september 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Wij Erpe et Brugman, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelijcken dat huyden sdaigs datum des briefs voir ons gestanden is geweest Gysbert van Straten, ende heeft in allen zijnen zaken die gehaven zijn oft noch gehaven zullen werden, oft oick die hij te doen zall moigen hebben voir scouthet ende scepenen der voirs. stat, tegen ennige persoonen, wye se oick weren, gestelt ende constitueert Hillegonden, zijn wittige huysvrouwe, gevende der selver Hillegonden volcomen macht ende zunderlinge bevele die voirs. zijn saken te verantwoirdene, in recht te defenderene ende te vervolgene, het zij in aenleggers oft verwerders stadt, ende generalic allet dair inne te doen, te procureren ende voirt te keren, dat die voirs. Ghysbert, present wesende, selver zoude moigen doen, procureren ende voirt keeren, duerende dese voirs. constitucie totten wederroepen des voirs. Ghysberts, ende nyet langer. In kennessen der wairheid soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven XVIII[a] septembris.

R1272, fol. 432v
deze akte is onvolledig

Jan Willemssoen heeft geloeft als sculder principael op verbyntenisse van allen zijnen gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, my, tot behoeff Goyarts Groetart van Os, allen alsulkenen scult als Willem Janssoen, woenende tot Roesmalen, saliger gedachtenis, den selven Goyarden sculdich is oft sculdich sal werden, te betalen naevolgende der geloeften by Willemen voirs. dair af gedaen[126]

R1272, fol. 432v
19 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

[126] *in de marge* vacat

Johannes, filius quondam Johannis Willemssoen, promisit super omnia et habenda mihi ad opus Godefridi Grotart de Os septem florenos Renenses, XX stuvers vel valorem pro quolibet huiusmodi floreni computando, et tredecim consimiles stuvers, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum XIX septembris.[127]

R1272, fol. 432v
20 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Petrus, filius quondam Arnoldi dicti Moykenss., relictus legitimus quondam Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii quondam Ghiselberti van den Steen, ab eodem et quondam Geertrude, sua uxore, pariter genite, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in integris domo, area et orto cum suis attinenciis, sitis in Buscoducis ad vicum dictum den Auden Huls, inter hereditatem Godefridi Jacopssoen ex uno, et inter hereditatem Margarete, relicte quondam cuiusdam dicti Groet Michiel, ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Arnoldi die Decker, de quibus vero domo, area, orto ac suis attinenciis predictis Maria et Johanna, sorores, filie dicti quondam Henrici van den Steen Ghysbrechtszoen, totam partem et omne ius ad ipsas spectantes ac imposterum spectaturas in premissis, prefato filio quondam Arnoldi Moykenss., eorum sororio, hereditarie supportaverant, prout in litteris, et de quibus etiam domo, area, orto cum suis attinenciis iamdictis Henricus et Ghysbertus, fratres, liberi dicti quondam Henrici van den Steen Gysbertss., totam partem et omne ius ad ipsos spectantes ac imposterum spectaturas in eisdem, magistro Henrico Pelgrom ad opus dicti Petri, filii quondam Arnoldi Moykenss., eorum sororii, eciam hereditarie supportaverant, prout in aliis litteris, insuper totum ius hereditarium ad ipsum Petrum adhuc, ut dicebat, spectans in medietate domus, aree et orti ac suis attinenciis predictis, legitime et hereditarie supportavit Johanni van den Steen, filio quondam Ghiselberti van den Steen iunioris, filii dicti quondam Ghiselberti van den Steen, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Roever et Brugman, datum XX[a] septembris.

R1272, fol. 432v-433r
20 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Arnoldi Moykens, tamquam maritus et tutor legitimus Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Henrici van den Steen, hereditarie vendidisset magistro Willelmo Busco ad opus Johannis, sui fratris, filii dicti quondam Arnoldi, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, ex domo, area et orto ac domo posteriori cum suo fundo, sitis in Buscoducis ad locum dictum die Weverplaetse, inter hereditatem Godefridi Jacopssoen ex uno, et inter hereditatem Margarete, relicte quondam cuiusdam dicti Groet Michiel, ex alio, prout in litteris, et cum deinde dictus Johannes et Mechteldis, eius uxor legitima, filia quondam Henrici Zeckers, condentes suum testamentum inter cetera inibi contenta legassent pauperibus domesticis in vicinio eorum iuxta capellam Sancte Barbare ibidem duas libras hereditarii census de dicto censu trium librarum, et fabrice capelle Sancte Barbare predicte unam libram hereditarii census de eodem censu trium librarum, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus

[127] *deze akte is waarschijnlijk geschreven door een andere hand dan Van Os.*

palam recognovit et publice confessus est quatenus ipse dictas tres libras, videlicet duas libras ad manus Mathie Vrancken Lamberti de Scijnle, Petri de Ghent et Wolteri Scuerman, tamquam magistrorum dictorum pauperum, et unam libras (*aldus*) ad manus Johannis Arnt Moykenss. et Henrici Osman, tamquam magistrorum dicte fabrice, redemit et acquitavit et hoc cum et mediante denariis seu pecuniis dicti Johannis van den Steen, promittens super omnia et habenda ratam servare et non contravenire, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 433r
20 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Henricus de Lynther, filius quondam Johannis de Lynther, hereditarie vendidit Wolteri Bolcx et Johanni die Wolff Claeszoene, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Godefridi Cuypers Goyartszoen ad opus Sophie, relicte dicti quondam Godefridi, quoad eius usufructum necnon ad opus Henrici, filii eorundem Sophie et quondam Godefridi Cuypers, quoad ius hereditarium, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX^{ti} stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac sex cameris sibi mutuo retro adiacentibus, sitis in Buscoducis in vico Vuchtensi supra conum platee dicte die Postelstraet, inter eandem plateam die Postelstraet vocatam ex uno, et inter hereditatem Henrici de Uden, pellificis, ex alio, tendentibus a dicto vico Vuchtensi retrorsum usque ad quondam parvum viculum ibidem retro protensum, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac decem et octo libris hereditarii census monete, diversis personis, necnon hereditario censu sex florenorum Renensium, dictis Sophie et Henrico, eciam prius adhuc annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis condicionibus, in casu quo dictus census imposterum redimeretur, quod tunc denarii ex huiusmodi redemptione provenientes iterum debeant converti ad opus ut supra in consimilem censum, atque quod primodictus census seu census in casu predicto emendus, casu quo dictus Henricus absque prole seu prolibus legitima seu legitimis decederet, post mortem dictorum Sophie et Henrici amborum et non prius, succedet et iure hereditario devolvetur ad proximiores heredes eiusdem Henrici ex parte vero sui patris predicti iuxta tenorem testamenti pretacti, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 433v
21 september 1504
Lucas van Erp en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, computando videlicet viginti stuferos vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet huiusmodi florenorum, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Wolterus et Johannes, tamquam executores testamenti predicti, nomine et ex parte dictorum Sophie et Henrici, eius filii, hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad eorum exccutionem spectantium primodicto Henrico de Lynther repromisit.
Testes Erpe et Brugman, datum XXI^{a} septembris.

R1272, fol. 433v

23 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Elisabeth, filia quondam Henrici Oems de Zoemeren, cum tutore, peciam terre dictam den Denen acker, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Zoemeren ad locum dictum Aen gheen Schoet, in loco dicto In die Loghen, inter hereditatem Danielis, filii quondam Marcelii van den Camp, ex uno, et inter hereditatem rectoris pro tempore altaris Sancti Spiritus in ecclesia de Zoemeren ex alio, tendentem ab hereditate heredum quondam Arnoldi sBruynen ad aqueductum dictum waterlaet, insuper peciam terre, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in dicta parochia ad locum dictum Aent Schoet, inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Gevarts, ex uno, et inter hereditatem Johannis die Witte de Asten ex alio, tendentem ab aqueductu ibidem ad communem viam dictam den Tiendwech, insuper adhuc peciam terre dictam den Haeck, unam lopinatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia et loco predictis iuxta viam dictam den Moelenwech, inter hereditatem Everardi, filii quondam Michaelis Scepers, ex uno et fine uno, et inter hereditatem heredum quondam Johannis die Raven ex alio, tendentem cum reliquo fine ad viam predictam, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Petri Oems, filii quondam Johannis Oems, ab eodem, promittens, cum tutore, super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi heredibus Johannis de Kessel ex secundadicta pecia, annuatim e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Roever et Brugman, datum XXIII[a] septembris.

R1272, fol. 433v
23 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Dicta Elisabeth, cum tutore, domum et aream ac peciam terre sibi adiacentem, sitam in parochia de Zoemeren ad locum dictum Aent Schoet, inter hereditatem Henrici, filii Johannis van der Ijnden, ex uno et uno fine, et inter hereditatem Jacobi de Fine ex alio, tendentem cum reliquo fine ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Sanderi, filii quondam Henrici Oems, fratris dicte Elisabeth, ab eodem, promittens, cum tutore, super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione duorum lopinorum siliginis, mensure de Zoemeren, Jacobo de Fine predicto, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 434r
24 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Goeswinus, filius quondam Godefridi Reymboutszoen, hereditarie vendidit fratri Nycolao de Dumo, ministro pro conventus fratrum bogardorum de tercia regula Sancti Francisci, siti in Buscoducis iuxta vicum tinctorum, ad opus eiusdem conventus hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni precaria ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum, de et ex quadam pascua dicta een weye, octo lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Oisterwyck retro ecclesiam ibidem, inter hereditatem Thome van der Elst ex uno, et inter hereditatem Reyneri die Brouwer ex alio, tendentem cum uno fine ad quendam

aqueductum dictum waterlaet ibidem, item adhuc ex medietatem ad dictum venditorem, ut dicebat, spectantem in quodam prato, sito in dicta parochia in loco dicto In die Dieze, inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex uno, et inter aquam die Aa vocatam ibidem currentem ex alio, de quo quidem prato reliqua medietas ad Katherinam Clercx spectare dinoscitur, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impeticionem deponere, exceptis uno et dimidio pullis censualibus ex dicta pascua prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Boert et Brugman, datum XXIIII[a] septembris.

R1272, fol. 434r
25 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Lambertus, filius quondam Johannis Jacopszoen de Berlijkem, promisit ut debitor principalis Andree, filio quondam Judoci Oedens., quod ipse dabit et solvet eidem Andree hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradet, de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus et mericalibus, sibi adiacentibus, quinque modiatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti promittentis, sitis in parochia de Berlijkem ad locum dictum Myddelroy, inter hereditatem Gerardi de Achelen ex uno, et inter hereditatem olim domini Johannis die Roever, militis, nunc vero heredum quondam Judoci Weels ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem heredum quondam Anthonii Spierincx, ut dicebat; promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditariis pactionibus ad tres et dimidium modios siliginis taxate, hereditario censu sex librarum monete, ac hereditario censu trium florenorum Renensium, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Roever et Brugman, datum XXV[a] septembris.

R1272, fol. 434r
25 september 1504
Gerlach de Rover en Mathijs Brugman

Et poterit redimere perpetue cum triginta novem peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia monete iam valuate pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Andreas hoc palum recognovit et super omnia et habenda dicto Lamberto, promittenti, repromisit, hoc salvo, quod idem Lambertus huiusmodi redemptionem per spaciium dimidii anni prefato Andree legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1272, fol. 434v
22 september 1504
Willem van den Bosch en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum Geertrudis, relicta quondam Johannis dicti van Ghenderen, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, ex tribus iugeribus terre, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis in loco dicto die Donck, atque ex quatuor lopinatis terre siliginee, sitis inter hereditatem Jacobi, filii quondam Arnoldi

Ghenenzoen, et inter hereditatem Baudewini, filii dicti quondam Arnoldi, atque annuum et hereditarium censum viginti solidorum monete, solvendum hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, de domo et area Gerardi dicti Wilsen, sita in Buscoducis in vico ecclesie, item quadraginta solidos grosso turonensi, denario monete regis Francie antiquo, pro sedecim denariis in hiis computato, solvendum hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, ex domo et area Engelberne dicte de Esch, sita in Buscoducis in vico Vuchtensi, hereditarie supportasset Reynero Loden, tamquam provisori domus leprosorum dicte Ter Eyendonck, site iuxta Buscumducis extra portam Hynthamensem, ad opus leprosorum et pauperum, presencium et futurorum, ibidem commorancium, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Henricus die Leeuwe, tamquam magister seu rector pro tempore dicte domus leprosorum dicte Ter Eyendonck, in presencia et de expressis consensu et voluntate scabinorum infrascriptorum, tamquam provisorum dicte domus, dumtaxat dictum annuum et hereditarium censum viginti solidorum monete predicte, quem vero censum iamdictum Gerongius de Busco annuatim solvere tenebatur, de et ex supradicta domo et area in dicto vico ecclesie situata, que pronunc ad ipsum Gerongium spectare dinoscitur, ut dicebat, hereditarie supportavit eidem Gerongio, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione dicti census viginti solidorum promittens sub obligatione omnium bonorum ad dictam domum leprosorum spectantium, presencium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem deponere simpliciter.
Testes Busco et Roever, datum XXII[a] septembris.[128]

R1272, fol. 434v
26 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Willelmus, filius quondam Henrici dicti van den Brande, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Henrici van der Braken, hereditariam pactionem quatuordecim lopinorum siliginis, mensure de Oirscot, solvendam hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in parochia de Oirscot tradendam, ex pecia terre seu prati dicta Geenkens dyck, unum bonarium prati vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Oirschot in pastoria de Vorstenbest, inter hereditatem Johannis dicti Crijns ex uno, et inter hereditatem Godefridi Goessens ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Barbyers ad communitatem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad novem stuferos ascendentibus, annuatim exinde prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Boert et Brugman, datum XXVI[ta] septembris.

R1272, fol. 434v-435r
26 september 1504
Jan van Boert en Lucas van Erp

Laurencius dictus Willemszoene quatuor hont terre vel circiter, quondam Arnoldi, filii quondam Lamberti van der Hoeven, et Adriane, sue uxoris, sita in parochia de Tefelen ad locum dictum Op Creyenhoevel, inter hereditatem Gerardi de Maren ex uno, et inter hereditatem Henrici de Os Willemszoen ex alio, tendentia a communi stega ad hereditatem heredum quondam Arnoldi van der Hoeven predicti, que quatuor hont terre predicta Udo, filius quondam Johannis Wychens, pro se ipso, Henrico, suo fratre, et Lamberto, filio quondam Henrici Willemszoen, Johannes, filius dicti quondam Johannis Wychens, pro se

[128] *in de witregel onder deze akte staat:* Sic apportatum per eosdem scabinos.

ipso, Mechtelde, sua sorore, et Theoderico, eius fratre, Henricus, filius quondam Reymboldi Spornyerszoen, pro Marcelio, filio quondam Gysberti Valant alias dicti Lyscap, marito et tutore legitimo Mechteldis, sue uxoris, et Theoderico, filio quondam Gerardi dicti die Blezer, Theodericus, filius quondam Johannis de Drueten, tamquam maritus et tutor legitimus Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Wychens, Marcelius, filius Henrici Gysbrechss. alias dicti Beeck sHoessen, pro Henrico dicto Ruysschen, Johannes, filius quondam Arnoldi Janszoene, Rodolphus, eius frater, necnon Maria, Yda et Adriana, eorum sorores, filie dicti quondam Arnoldi Janssoen, Elisabeth dicta Lyeken et Margareta, sorores, filie quondam Henrici Willemss., necnon Henricus, filius Petri Janssoen, fabri, tamquam maritus et tutor legitimus Cornelie, sue uxoris, filie quondam Rodolphi Janssoen, magistro Petro de Os, ad opus dicti Laurenci Willemssoen hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Petri de Maren, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Erpe, datum supra.

R1272, fol. 435r
26 september 1504
Jan van Boert en Mathijs Brugman

Ghibo dictus de Waelwyck, filius quondam Ghibonis, et Henricus, filius quondam Egidii Janssoen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Symoni, filio quondam Wolteri Buckinx, viginti quinque florenos Renenses, XX^{ti} stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Purificationis et mediatim Philippi et Jacobi apostolorum proxime futura persolvendos.
Testes Boert et Brugman, datum XXVI septembris.

R1272, fol. 435r-436r
8 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Anthonius Hinckart, filius quondam Willelmi Hinckart, duos campos terre, quorum unus sex et alius quatuor iugera vel circiter continent, sitos in parochia de Empel, inter hereditatem heredum quondam Johannis Bathenzoen ex uno, et inter hereditatem fabrice ecclesie de Empel ex alio, tendentes ab hereditate domus sororum tertie regule Sancti Francisci, site in Buscoducis ad locum dictim den Ulenborch, Maioris Hospitalis in Buscoducis et plurium aliorum, ad aggerem dictum den zegedyck ibidem, hereditarie supportasset Johanni, filio Jacobi Marsmans, et Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes, filius Jacobi Marsmans, et Johannes, filius quondam Johannis de Herssell, palam recognoverunt et publice confessi sunt se quandam divisionem hereditariam mutuo fecisse de dictis duobus campis terre, quorum unus sex iugera et alter quatuor iugera terre, ut premittitur, continent et qui duo campi terre pronunc siti sunt ibidem inter hereditatem heredum quondam Johannis Dircxsoen ex uno, et inter hereditatem heredum quondam Henrici de Beeck alias sBressers ex alio, et tendunt ab hereditate dicte domus sororum tercie regule Sancti Francisci, dicti Maioris Hospitalis ac domini Laurencii de Eyck, presbiteri, et plurium aliorum, ad dictum aggerem den zegedyck vocatum, ut dicebat, mediante qua divisione dictus campus sex iugera continens, prout ibidem situs est, supradicto Johanni, filio Jacobi Marsmans, cessit in parte, prout dictus Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, hoc palam recognovit, super quo campo sex iugerum terre dicto Johanni, filio Jacobi Marsmans, in partem ut dictum est cesso

supradictus Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, atque super toto iure sibi in eodem campo sex iugerum quovismodo competente, ad opus dicti Johannis, filii Jacobi Marsmans, legitime et hereditarie renunciavit effestucando, modo in talibus consueto, promittens dictus Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, super omnia et habenda huiusmodi divisionem et renunciationem ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, et mediante qua divisione alter campus predictus, quatuor iugera continens, prout idem campus terre ibidem situs est, dicto Johanni, filio quondam Johannis de Herssell, cessit in partem, prout dictus Johannes, filius Jacobi Marmans, hoc palam recognovit, super quo campo quatuor iugerum terre dicto Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, in partem ut dictum est, cesso supra dictus Johannes, filius Jacobi Marsmans, atque super toto iure sibi in eodem campo quatuor iugerum terre quovismodo competente, ad opus dicti Johannis, filii quondam Johannis de Herssel, legitime et hereditarie renunciavit effestucando, modo in talibus consueto, promittens dictus Johannes, filius Jacobi Marsmans, super omnia et habenda huiusmodi divisionem et renunciationem ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui in dicto campo terre quatuor iugerum dicto Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, in partem, ut dictum est, cesso existentes, eidem Johanni, filio quondam Johannis de Herssel deponet omnino, tali conditione annexa, quod dicti Johannes, filius Jacobi Marsmans, et Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, secundum quantitatem suorum camporum predictorum quascumque circumspectiones et aggeres dictos die zegedycken ad eosdem campos e iure conservandum spectantes, sic et taliter conservabunt et conservare tenebuntur ac tenebitur eorum alter, quod uni ab alio ad et supra se ac campum suum pretactum dampna exinde non eveniant in futuro, prout iidem Johannes, filius Jacobi Marsmans, et Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, condividentes, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Henricus Kuyst et Johannes Monix, filius Johannis, datum VIII[a] augusti.[129]

R1272, fol. 436r-437r
8 augustus 1504
Hendrik Kuyst en Jan Monix zoon van Jan

Notum sit universis quod cum Johannes et Anthonia, eius soror, liberi quondam Heymanni dicti die Hoell, filii quondam Johannis, et Rutgerus, filius Theoderici Michielss., tamquam maritus et tutor legitimus Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Heymanni, agrum terre dictum den Nedersten acker, quinque iugera minus duobus hont terre vel circiter continentem, situm in parochia de Empel ad locum dictum Gewanden, prope sluysam ibidem, inter hereditatem Nycolai Willemss., fossato quodam interiacente, ex uno, et inter communem aqueductum ibidem ex alio, tendentem ab hereditate reliqua dicti Heymanni die Hoel, filii quondam Johannis, fossato quodam interiacente, usque ad aggerem quendam ibidem situm, dictum den zegedyck, simul cum medietatibus fossatorum predictorum, item adhuc peciam terre supradictam (*aldus*) de quodam agro terre den Oversten acker vocato, que pecia terre sita est in dicta parochia ad locum dictum Op Henxthen, inter hereditatem Heymanni die Hoell, filii quondam Johannis predicti predicti (*aldus*) ex uno, et inter hereditatem Martini, filii quondam Henrici Matheeuss. de Bakelaer, ex alio, tendentem ab hereditate Nycolai Willemss. ad ortum dicti Hermanni, simul cum integro fossato, sito ibidem inter hereditates Hermanni et Martini predictorum, hereditarie supportassent Johanni, filio Jacobi Marsmans, et Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes, filius Jacobi Marsmans, et Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, palam recognoverunt inter se mutuo quandam divisionem hereditariam

[129] *in de witregel onder deze akte staat:* Postea prothocollatum.

fecisse de supradicto agro dicto den Nedersten acker et pecia terre predicta de agro den Oversten acker, supradicta, qui vero ager terre dictus den Nedersten acker et pecia terre de dicto agro den Oversten acker nuncupato supradicta, pronunc duo campi terre equalis magitudinis, sibi mutuo coadiacentes, ac continentes pariter quinque et dimidium iugera terre vel circiter esse dinoscuntur et siti sunt ibidem inter communem aqueductum ibidem dictum sHertogenweteringe ex uno, et inter hereditatem Johannis, filii Nycolai Willelmuszoen, ex alio, et tendunt ab hereditate heredum dicti quondam Heymanni die Hoell ad quendam aggerem dictum enen zegedyck ibidem, ut dicebant, mediante qua divisione unus campus terre de dictis duobus campis terre, videlicet ille campus terre, qui situs est contigue ad latus et iuxta aqueductum predictum sHertoge weteringe vocatum, simul cum medietate fossati intermedii, videlicet inter dictos duos campos iacientis, supradicto Johanni, filio quondam Jacobi Marsmans, cessit in partem, prout dictus Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, hoc palam recognovit, super quo campo et medietate fossati predicti dicto Johanni, filio Jacobi Marsmans, in partem, ut dictum est, cesso, supradictus Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, atque super toto iure sibi in eisdem quovismodo competente, ad opus dicti Johannis, filii Jacobi Marsmans, legitime et hereditarie renunciavit effestucando, promittens dictus Johannes, filius quondam Johannis de Herssel, super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui in campo et medietate fossati predictis dicto Johanni, filio Jacobi Marsmans, in partem, ut premittitur, cessis existentibus (?) eidem Johanni, filio Jacobi Marsmans, deponere omnino, et mediante qua divisione alter campus terre de dictis duobus campis terre, ille scilicet qui situs est contigue ad latus et iuxta dictam hereditatem dicti Johannis, filii Nycolai Willemssoen, simul cum medietate reliqua fossati predicti, supradicto Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, cessit in partem, prout dictus Johannes, filius Jacobi Marsmans, hoc palam recognovit, super quo campo et reliqua medietate fossati predictis dicto Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, in partem, ut dictum est, cessis, supradictus Johannes, filius Jacobi Marsmans, atque super toto iure sibi in eisdem quovismodo competente ad opus dicti Johannis, filii quondam Johannis de Herssel, legitime et hereditarie renunciavit effestucando, promittens dictus Johannes, filius Jacobi Marsmans, super omnia et habenda huiusmodi divisionem et recognitionem ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui in dicto altero campo terre et medietate fossati predictis dicto Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, in partem, ut premittitur, cessis existentibus (?) eidem Johanni, filio quondam Johannis de Herssel, deponet omnino, tali annexa conditione, quod dictus Johannes Marsman unam medietatem et dictus Johannes de Herssel reliquam medietatem, quatuor et dimidie virgatarum aggeris dicti zegedycx, sitarum iuxta aqueductum dictum sHertoge weteringe, inter partem aggeris Yewani de Dommelen ex uno fine, et inter partem aggeris communis diffinitorum ex alio, videlicet illam medietatem dictarum quatuor et dimidie virgatarum, que sita est contigue iuxta dictum aggerem dicti Yewani, dictus Johannes Marsman, et reliquam medietatem earundem virgatarum, que sita est contigue iuxta dictum aggerem dictorum diffinitorum, versus Gewanden, dictus Johannes de Herssel conservabunt et conservabit eorum alter, unacum circumspectionibus ad dictos eorum campos e iure conservandum spectantibus, sic et taliter, quod uni ab alio ad et supra se et campos predictos dampna exinde non eveniant in futuro, prout iidem Johannes Marsman et Johannes de Herssel, condividentes, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Kuyst et Monix, datum VIII[a] augusti.